ARISTOTELIS
ETHICORUM NICOMACHEORUM
LIBRI DECEM.

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM ET VETERUM EDITIONUM FIDEM RECENSUIT COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT IN USUM SCHOLARUM SUARUM EDIDIT

CAR. LUD. MICHELET
PHILOS. DOCTOR PROFESSOR PUBL. EXTRAORD. IN UNIVERSITATE LITERARIA FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

VOLUMEN ALTERUM
COMMENTARIUM CONTINENS.

BEROLINI
IMPENSIS AD. MT. SCHLESINGERI.
1848.


LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

Praefatio editionis alterius.

Cum omnia posterioris quidem voluminis exemplaria commentarium continentis et anno 1835 editi divendita fuissent, prioris vero voluminis textum continentis anno 1829 solum in lucem prolati et anno 1835 novo tantum titulo aucti compluria adhuc superessent, rogavit a me bibliopola, ut separatam commentarii editionem facerem. Cui rogationi, etsi invitus, ob textus conditionem in editionis prioris praefatione expositam, resistere nolui, ea tamen lege, ut novum novo cum anno titulum textui praefigi passus non sim, ne quis lector putaverit, mutandi textus copiam mihi factam fuisse.

E recensionibus criticis, ut vocantur, quae operis mei in Gallia ot Germania prodierint, duas tantum hic commemorabo, quippe quae solae accuratius singula perpendant. Majorem tamen fructum editio mea ex

humaniore Krischii recensione (*Jenaische allgemeine Literatur-Zeitung, December* 1835, No. 228-232, S.385-418) potuit percipere, quam ex acerbissima Stahrii (*Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik oder Kritische Bibliothek, Bd.* XIV., *Hft.* 8, *S.* 371-400), cujus inhumanitas hominem plerumque, non rem spectasse videtur. Quae singulatim iis aut obtemperavi aut aversatus sum, in commentario jam nunc exstant scripta.

Sed ut ad ea me convertam, quae in universum de textu Aristotelis constituendo Krischius proponit, non arbitror, quae passim in priore commentarii editione fusius quam in hac nova adnotavi, nempe uno alterove codice, praesertim M[b], vulgatam plerumque niti, haec stricte, ut Krischius (l. l. p. 397) vult, accipienda et pro principio totius artis criticae ponenda esse. Infitiandum sane non est, editionem principem ab uno codice profectam esse, saepissime in officina, postquam munere suo defunctus est, deperdito, et sequentes editiones per aliquot saecula hanc primi textus conditionem servasse reliquosque libros a viris doctis ad ea sola loca inspectos fuisse, quae ipsis gravioris momenti esse videbantur. Neque abnuerim, ut addit Krischius, Bekkerum vulgata meliorem recensionem perpetua codicum suorum collatione constituere voluisse. Quin puto, ubicunque Bekkerus tacite seu solus seu adstipulante Parisiensi Zellii vulgatam correxerit, sex vel septem codices vadimonium satis firmum novae lectionis facere. Non ausim affirmare, et Bekkerum, multis locis unius alteriusve codicis auctoritati nimis faventem, in perpetua vulgatae mutatione et ipsum, ut editores principes,

praeoptatum illum codicem tanquam fundamentum totius recensionis posuisse, ceterosque ad difficiliora tantum loca sananda evolvisse. Sed cum constet, comparatione variarum lectionum ex iis codicibus haustarum, qui et ab ipso et ab aliis collati fuerint, non paucos errores, ut in uno viro tam multa comparante aliter esse non potuit, irrepsisse, exspectaverim, in omnibus illis locis, ubi vulgata lectioni prorsus novae cesserit, omnium codicum consensum et explicate, firmandae lectionis causa, indicatum fuisse.

Ceterum perpetua Bekkerianae lectionis varietas in nova mea editione exstat, ut et ii, quibus Bekkeriana exemplaria in promtu non sunt, meo e commentario lectiones viri docti discere possint. Numerus capitum in summis commentarii mei paginis parenthesi inclusus Bekkerianam capitum distinguendorum rationem refert, in solo libro nono diversitate partitionis non obvia. Corais et Venetae editionis, quae commentario Eustratiano Aristotelicum textum, quem ῥητά vocari consueverunt, praemittit, perpetuam lectionis varietatem addidi. Ad libros VIII et IX de amicitia disserentes editionem Fritzschianam, quae post meam prodiit, comparavi. Nonnunquam tacite notis meis editor usus est, plerumque in textu constituendo cum Bekkero convenit; ita ut ejus lectiones non notaverim, nisi a Bekkero recesserint. Conferenti priorem meam editionem cum hac nova lectori apparebit, quam multa aut mutaverim, aut addiderim, ut magis magisque sensum Aristotelis saepe obscuriorem philosophiae et grammatices rationibus explanare

tentaverim. Quamobrem spero fore, ut et haec editio in strepitu rerum publicarum totius Europae recentissimis commotionibus vehementius concussarum et perturbatarum Antiquitatis studiosorum judicio et animis grata acceptaque fiat.

Scr. Berolini, pridie Cal. April.
MDCCCXLVIII.

Michelet.

Praefatio editionis prioris.

Cum commodiorem locum non habeam, quo de codicum ratione, qui textui conformando commentariisque illustrando servierunt, exponam, descriptionem eorum, qualemcunque et undecunque potui collectam, hic proponam, jam non verens ne eam Bekkero praeripiam (vide praef. meam vol. prioris, p. IV), quippe qui promissa sua non ita mature soluturus esse videatur.

Octo codicibus loco laudato indicatis, scilicet tribus Wilkinsonianis (El, NC, CCC), duobus Zellianis (Par, Vrat) et tribus meis (A, B, C), quos ad textum constituendum adhibere potui, accedunt jam Cardwelli et Bekkeri codices, quorum variae lectiones, quamquam post editum a me textum mihi innotuerunt, commentario tamen summae fuerunt utilitati. Cum inter sex Bekkeri codices (H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, O^b) unus (L^b) meus (A) reperiatur et Cardwelli quoque unicus codex (Laurentianus) in Bekkerianorum numero occurrat (K^b), tredecim in universum sunt codices, quorum praecipua lectionis varietas hisce in commentariis exstat. Sunt autem hi:

A (L^b). Parisiensis Regius 1854. Ad saeculum duodecimum refertur, plerumque cum codice 1417 consentit; adscripta sunt multa scholia manu recentiori, quae Michaëlis Pselli esse verisimile est.

B. Parisiensis Regius 2023. Demetrii Chalcondylae manu exaratus.

C. Parisiensis Regius 1853, sequioris aevi, de cujus habitu, quae Hasius mihi significavit, in praefatione prioris voluminis (p. IV-V. not.) jam retuli.

El. E Museo Joannis Mori Episcopi Eliensis.

NC. E bibliotheca Oxoniensi Collegii Novi.

CCC. E bibliotheca Oxoniensi Collegii Corporis Christi.

Par. Parisiensis Regius 1417. diligentissime scriptus: paucissima enim in eo scripturae menda deprehendis. Insunt in eodem scholia versibus interposita. sed non magni illa quidem facienda; sunt enim plerumque ex Aspasio vel Eustratio ad verbum depromta.

Vrat. Vratislaviensis in bibliotheca Rhedigeriana asservatus, chartaceus, literarum ductibus si non elegantibus tamen satis claris, quintum decimum saeculum non antevertens, et Passovio judice e scribendi genere conjectante in Italia exaratus. Liber non plane contemnendus est. sed in extrema operis parte multis librarii erroribus inquinatus.

H^a. Marcianus 214.

K^b. Laurentianus, in bibliotheca Medicea Florentiae servatus (cod. XI. plut. LXXXI ap. Bandin. Catal. T. III, p. 226) et saeculo decimo exaratus. Una cum Nicomacheis continet Moralia Magna, atque omnium, quotquot hodie supersunt, codicum Aristoteleorum antiquissimus est.

M^b. Marcianus 213.

N^b. Marcianus append. 1 53.

O^b. Riccardianus.

In bibliotheca Regia Parisiensi exstant in universum, undecim codices manuscripti Ethicorum Nicomacheorum.

Mei codices non ad omnes locos collati sunt, sed ad eos solum, quos majoris momenti duxeram, quique nondum per reliquorum codicum lectiones ita erant constituti, ut nihil dubitationis viderentur habere. Itaque tum demum lector eos collatos judicabit, cum expressis verbis eorum mentionem injectam invenerit. Partem eam variarum lectionum, quam Hasius ipse jam dudum mecum communicavit, ad textum recognoscendum adhibere potui. Altera pars, quam post editum demum textum ab Hasio petii, quamque per discipulum suum et collegam Millerum conscribendam curavit, asterisco in commentariis meis notata, commentario tantum, non textui utilitatem potuit afferre. Ob repetitum eximiae in me benivolentiae testimonium repetitas viro doctissimo gratias hic publice ago.

Reliqui codices ad omnes quidem dicuntur locos collati, ita ut, ubicunque Wilkinsonus, Zellius, Cardwellus, Bekkerus de suis quisque mentionem non fecerint, cum ipsorum textu convenire putandi sint. Quam ego doctorum virorum rationem in ipsorum codicibus citandis fere semper secutus sum.

Et Bekkerus quidem accuratissimam sane instituit collationem, multaque nova ad emendandum textum attulit. Plurimis tamen locis, alieno, ut videtur, confisus judicio, praeter Corais editionem, Cardwellianam quoque recensionem secutus est, praesertim ubi Laurentianus Cardwelli codex (K^b) cum uno alterove reliquorum ipsius codicum convenit. Inspexit codices et ad eos locos, de quibus, cum veteres editores nullam variam afferant lectionem, recentiores et ipsi tacuerint. Ita factum est, ut, praeter alias varias lectiones ad sensum pertinentes, verba quoque transposita in ejus editione crebro invenias, ubi plerumque Cardwello adstipulatus e consensu fere suorum codicum elegantiorem vulgata lectione structuram ver-

borum introduxit. Cardwellus interdum longius a vulgata abit, plura e codicis sui auctoritate omittens. Saepissime Parisiensis Zellii codex cum novis Bekkeri lectionibus consentit. Nonnunquam tamen Zellius variam quandam lectionem silentio plane praeterit, aut saltem codices non allegat. Quod cum saepius Wilkinsono accidisse inveniam, ad hos locos codices suos non inspexisse mihi videtur. Teneat igitur lector in universum, multos esse locos, in quibus, cum nullam codicum editoris alicujus variam lectionem propter ipsius silentium afferre potuerim, dubitem, utrum inspecti fuerint, necne. Nonnullorum vero aliorum locorum variae lectiones levioris momenti mihi visae sunt, quam ut notandas judicaverim.

Praeterea cum Zelliana editio multis operarum et negligentiae auctoris vitiis contaminata sit (id, quod vel ex eo cognosci potest, quod haud raro Wilkinsoni codices perperam citavit), nescio, an semper Parisiensis et Vratislaviensis lectionibus fides habenda sit. Nam etiamsi Schweighaeuserus, Passovius et ipse accuratissime collationem fecisse videantur, tamen sueta negligentia siglas codicum inter se permutasse Zellius putari potest; id, quod Bekkero ipsi nonnunquam accidisse credo. Nam in majore quidem parte earum lectionum, quae aliter a Cardwello, quam a Bekkero, e Laurentiano (K^b) afferuntur, quamquam et Cardwellus dicit, se in usum editionis suae minutam hujus codicis collationem faciendam curavisse, ipsius tamen Bekkeri oculis majorem fidem tribuendam censeo, quem mandatarii Cardwelliani. In quibusdam vero aliis locis dubitatio vix aliter expelli posse videtur, quam ut Bekkerum errasse dicas, sicut e commentariis meis apparebit.

Ad designandos locos, quos ex Aristotele citavi, eam capitum divisionem secutus sum, quam Bekkerus in sua editione praetulit, exceptis locis nostrorum Ethicorum Nicomacheorum, quos jure ex mea editione laudandos putavi. Capitum numeri,

quos parentheseos signis inclusos prioribus numeris nonnunquam adjecimus, si locus est ex Organo, Rhetoricis et Poëticis, Buhlianam editionem indicant, si ex Politicis, Heinsianam.

Cum prius volumen textum continens jam ante hos quinque annos prodierit, et quae ejus exemplaria per hoc tempus nondum divendita fuerint, ad aequalitatem quandam cum hoc altero volumine bibliopola voluerit reducere, novum anno mutato titulum priori volumini ut praefigerem, rogavit.

Ceterum lector si rationem desiderat, qua in nostra editione adornanda usi simus, nullis ambagibus eum ad praefationem prioris voluminis remitto, ubi brevi expositam inveniet. Commentarii modum et rationem significaturus illud hoc loco addo, me interpretum et vetustorum et recentium auctoritatem summa cum diligentia respexisse, et exemplum edere voluisse, quomodo a philosopho philosophi sententiae debeant illustrari, cum a solo philosopho philosophus possit penitus intelligi. Recentiorum temporum plerique interpretes, philologi magis quam philosophi, ex aliis quasi castris ad Aristotelem explicandum accesserunt. Ex quo factum est, ut permultos locos, eosque ad philosophi sensum declarandum gravissimos, aut omnino praetermiserint aut leviter attigerint. Et si qui hodie exstiterunt interpretes, qui in illustrando Aristotele philosophiam cum philologia se conjuncturos esse pollicerentur, ii ipsi sectae cuidam singulari, Kantianae verbi causa, addicti, ejusmodi opiniones (ut alicubi e commentario meo apparebit) in gravissimas Aristotelis sententias intruserunt, cum tamen iis, qui vere philosophi sunt, ipsi exprobrent, sua eos recentiora veterem in philosophum intulisse. Sed non potest Aristoteles neque ullus alius aut veterum aut recentiorum philosophorum ex singulae alicujus philosophiae principiis, nedum criticae, perspici, quae quidem, quid in obscurando Aristotele possit, Tennemanii ejusque omnigenorum satellitum exemplo vidimus.

Aristotelem. Platonem et unumquemque philosophum is demum percipit, qui omnes inde a Thalete veros germanosque philosophos ad communem finem tetendisse, et idem sensisse, historiae philosophiae expositione demonstraverit; ita ut tota philosophorum historica series unam conficiat veritatis doctrinam, quam quidem ultimus proposuerit philosophus omnium philosophorum principia in suam doctrinam conjungens ideoque omnium princeps. Eum autem Hegelium esse, nemo est, qui jure negaverit. Nihil intulit e sua philosophia in Aristotelem, quippe quae ex ipsa Aristotelea et optimi cujusque philosophi (Heracliti, Platonis, Procli, Boehmii, Spinozae, Leibnitzii, Schellingii) conflata sit et adunata. Itaque cum in Aristotelem quaedam intulisse dicatur, restituit tantum magistro suo, quae ex ipso mutuatus est, quaeque in libris ejus viris eruditis ἐκδεδομένα, vulgo, ut scripsit ipse Alexandro, etiam μὴ ἐκδεδομένα censenda sunt. Nam ut e nostra tantum aetate praeteritorum temporum series potest intelligi, cum quae olim separata et manca exstiterint, jam in unum totum sint conjuncta: sic et annulus quilibet in aurea illa philosophorum catena, quam Proclus esse voluit, alios non potest intelligere, ne criticus quidem philosophus, sed nostri demum temporis philosophia eruditus.

Non tamen is sum, qui philologicis studiis neglectis e solis philosophiae rationibus Aristotelem illustrandum putem. Nam si ullus veterum philosophorum dignus est, cui lucem afferat philologia, is certe est Aristoteles, quem non solum principem veterum philosophorum, sed etiam primum philologum jure nominare possimus, cum tam late patuerit ejus eruditio, quam profunda fuit philosophia. Conjunxi igitur philologiam cum philosophia, ut cuivis adparebit oculos in commentarium meum conjicienti; ita tamen ut primas partes philosophiae, quippe cum de philosopho agatur, concesserim

et accuratissimum linguae studium philosophiae serviendum putaverim. Philologiam autem ideo adhibendam censui, et latissime manare passus sum, ne qui mihi exprobrare possint, linguae Graecae ignorantia sensum philosophi a me turbatum fuisse, cum tamen illos ipsos, sensu philosophi grammaticis rationibus posthabito, ne grammaticum quidem sensum multis locis intellexisse appareat; alter enim ab altero sejungi non potest. Nec vero philologis sufficere debet ad Aristotelem interpretandum philosophiam primoribus labris degustasse, sed philosopho opus est, qui philologiae quoque per totam vitam incubuerit, sive privato quodam studio sive publico adeo officio, seu, quod mihi evenit, utroque adactus.

Hujus conjunctionis, qua demum verus Aristotelis sensus explanari poterit, exemplum prodere volui. Illud utinam sequantur alii! Nam praeter commentarios in Platonis Parmenidem (in praefatione prioris voluminis p. XI ideo promissos, ut et alterum Graecorum summum decus a me illustretur) et translationem Germanicam nostrorum Ethicorum (eo consilio conscribendam, ut probem, librum esse, qui non transactae solum memoriae vestigia contineat, sed ex quo nostrates etiam homines bene agendi praeclarissima praecepta possint haurire), nihil in praesenti, quod ad hoc literarum genus pertinet, publicae luci exponere in animo mihi est. His tamen ipsis otio sepositis, quam celerrime potero, me ad edendum tertium volumen Hegelianarum de historia philosophiae praelectionum jam convertam, quas sequetur editio praelectionum de historia philosophiae recentissimae apud Germanos a me ipso habitarum.

Finem praefationi impositurus facere non possum, quin viro doctissimo F. G. Aug. Mullachio Philosophiae Doctori, quocum plagulas ab operarum manu recentes communicavi, gratias agam quam maximas. Ita enim typothetarum errores

communis cura melius expellere poterat; et quod ab ipso propositum recepi, id ornamentum libro fore puto. Addenda ad calcem si nimia fuerint visa lectori, veniam peto monitumque eum velim, quo quis saepius Aristotelem manu versaverit, eo clarius densissima sententiis verba eum perspecturum esse, et sententiis sententias gignentibus semper aliquid habiturum, quod repertis subjungat. Itaque nec omnia, quae mihi in mentem venerunt plagulas sub prelum mittenti, adjicienda censui, sed ea demum, quae ad interpretandum auctorem deesse non posse videbantur.

Scribebam Berolini, ipsis Calendis Junii
MDCCCXXXIV.

Michelet.

Conspectus
Ethicorum Nicomacheorum.

Pars prima: De summo bono.

I. De beatitudine. Liber primus.

1. Prooemium. Utrum felicitas sit, et utrum homo possit eam acquirere. c. 1—3.

a. Caput primum: De universali boni appetitu, ac finium diversitate. Utrum in rebus humanis sit aliquis finis bonus.

α. Omnes actiones humanas dirigi ad aliquid bonum sive finem §. 1.

β. Exstare finium differentiam, et alios aliis esse praestantiores. §. 2—4.

αα. De differentia finium. §. 2.

ββ. Plures esse fines. §. 3.

γγ. Fines principales finibus sibi subjectis esse praestantiores. §. 4.

γ. Nihil interesse, sive fines sint opera sive operationes. §. 5.

b. Caput secundum: Unum esse agibilium finem, qui civilis sit facultatis.

α. Exstare ultimum finem, qui sit summum bonum. §. 1.

β. Utrum ultimi finis cognitio homini sit utilis et necessaria. §. 2.

γ. Ultimi finis explicationem pertinere ad philosophiam moralem, et rerum civilium cognitionem. §. 3—9.

c. Caput tertium: De modo procedendi et auditore morali.

α. Accuratam subtilitatem in ejusmodi materia requirendam non esse. §. 1—4. med.

β. Ut est materia, ita et ab auditore accipi debere; et eum demum idoneum auditorem esse. §. 4. med. — §. 5. med.

γ. Qui civilis scientiae auditor sit non idoneus. §. 5. med. — §. 8.

2. De natura et essentia summi boni. c. 4—8.

a. Quid non sit. c. 4—6.

α. Caput quartum: Quae sint opiniones de summo bono et quae methodus, qua ipsum investigare debeamus.
αα. De nomine omnes convenire. §. 1—2. ad fin.
ββ. Re varias aliorum opiniones dissentire. §. 2. fin — §. 4.
γγ. Utrum a principiis, an ad principia initium hujus doctrinae ducendum sit. §. 5—7.
a. Methodum esse duplicem. §. 5. init.
b. Cur modo hac, modo illa methodo uti debeamus. §. 5. fin.
c. Quae methodus in morali disciplina sit adhibenda. §. 6—7.
β. Caput quintum: Beatitudinem positam esse
αα. neque in corporis voluptate §. 1—3.
ββ. neque in honore §. 4—5
a. honorem enim in alio esse. §. 4.
b. honorem virtuti subjectum esse §. 5
γγ. neque in habitu virtutis §. 6—7.
δδ. neque in divitiis. §. 8.
γ. Caput sextum: Summum bonum non esse ideam Platonis.
αα. Bonum in universum ideam esse non posse. §. 1—7.
a. Quam difficultatem haec disquisitio Aristoteli habeat. §. 1.
b. Rationes, cur non sit una communis idea omnibus bonis. §. 2—6.
aa. Communem ideam non habere prius et posterius, bonum autem habere prius et posterius. §. 2.
bb. Bonum in omnibus categoriis dici; non igitur esse communem et universalem ideam boni. §. 3.
cc. Cum bonorum non una et eadem sit scientia, nec unam esse communem ideam. §. 4.
dd. Superflua esse universalia, quia inter universalia et individua nulla sit essentialis differentia. §. 5—6.
c. Pythagoreorum sententia de bono. §. 7.
ββ. Ne per se quidem bonum, sejuncto bono quod tantum utile est, ideam esse posse. §. 8—12.
a. Distinctio per se bonorum et bonorum propter aliud §. 8—9.
b. Cur per se bonis non sit communis idea. §. 10—11.
aa. Si species illa bonorum nihil aliud contineat, quam genus ipsum, ipsam esse inutilem. §. 10.
bb. Sin plura per se bona sint, non posse, utpote ratione diversa, ad unam communem ideam pertinere. §. 11.
c. Per analogiam bona univoce dici. §. 12.
γγ. Concesso, ut sint ideae, non opus esse quaerere hoc loco de iis. §. 13—16.
a. Ideam, ut bonum separatum, agi et acquiri non posse ab homine. §. 13.
b. Utrum cognitio ejus conferat ad bonum humanum. §. 14.
aa. Neminem artificem sua in arte curare de idea boni. §. 15.
bb. Artem quaerere non bonum in universum, sed circa singulos. §. 16.
b. Caput septimum: Quae sit vera felicitatis definitio.
α. Rudis ejus definitio e notionibus communibus depromta. §. 1-8.

αα. Revocantur praecedentia in memoriam auditorum. §. 1—2
ββ. Felicitatem, ut bonum perfectissimum, semper propter se expeti. §. 3—5.
γγ. Felicitatem esse sibi sufficientem. §. 6—7.
δδ. Felicitatem non esse summam connumeratam. §. 8.
β. Exacta et perfecta beatitudinis definitio. §. 9—15.
αα. Operationem animi esse.
a. Bonum esse in operatione. §. 10.
b. Esse opus homini, qua homo. §. 11.
c. Finem hominis esse operationem rationis. §. 12—13.
ββ. Secundum optimam virtutem. §. 14.
γγ. In vita perfecta. §. 15.
γ. Methodus definitiva beatitudinis naturam investigandi. §. 16—22
αα. Quomodo adumbratio depingenda sit. §. 16.
ββ. Non in omnibus eandem subtilitatem quaerendam. §. 17—18.
γγ. Quae sit in ethice principiorum natura. §. 19—22.
c. Caput octavum: Veram beatitudinis definitionem dictorum antiquorum auctoritate confirmari.
α. Alios felicitatem in operationibus animi ponere. §. 1—4.
αα. In tripartita bonorum divisione bona animi primum obtinere locum. §. 2.
ββ. Operationes dici finem. §. 3.
γγ. Bene agere et bene vivere haberi pro felicitate. §. 4.
β. Aliis virtutem esse felicitatem. §. 5 9.
γ. Alios bona corporis et externa pro felicitate ducere. §. 10—17
αα. Voluptatem esse felicitatem. §. 10—14.
ββ. Bona externa esse felicitatem. §. 15—17.
3. De accidentibus summi boni. c. 9—13.
a. Caput nonum: De modo assequendae felicitatis.
α. Utrum a causa divina proveniat felicitas. §. 1—3.
αα. Argumentum hujus capitis. §. 1.
ββ. Felicitatem esse donum divinum. §. 2.
γγ. Felicitatem, etsi ab homine profectam, tamen divinissimum. §. 3.
β. Felicitas cur doctrina et exercitatione acquiratur. §. 4—10.
αα. Felicitatem esse quiddam valde commune. §. 4.
ββ. Nobilissima non a fortuna proficisci. §. 5—6.
γγ. Idem probatur e definitione felicitatis. §. 7—10.
a. Felicitatem esse exercitationem quandam animi. §. 7.
b. Politicum cives ad virtutem exercere. §. 8.
c. Sola exercitatione contineri felicitatem, nec felicem dici posse, qui eam exercitationem aut nunquam (§. 9) aut nondum (§. 10) habeat.
γ. Nec excludendam esse causam externam in fortuna positam. §. 11.
b. Caput decimum: Vivine an mortui beati sint dicendi.
α. Quae sint quaestiones hoc et sequenti capite tractandae. §. 1—5.
αα. Solonem ante obitum neminem felicem praedicari voluisse. §. 1.
ββ. Mortuum beatum esse, absurdum. §. 2.

γγ. Habere aequam difficultatem: et pertinere ad mortuum fortunae mutationes et non pertinere §. 3–5.

β. Qui felix in vita, non post mortem demum felicem praedicandum. §. 6–10.

αα. Quod vere est ante mortem, ante mortem id et vere posse praedicari. §. 7.

ββ. Felicitatem non fortunae mutationes sequi. §. 8.

γγ. Felicitatem, in operationibus animi positam, stabile quiddam esse §. 9–10.

γ. Felicem omnino non esse, nisi vivum. §. 11–16.

αα. Felicem enim esse, qui secundum virtutem agat. §. 11.

ββ. Utrum fortuna momenti sit cujusdam ad felicitatem. §. 12–14

a. Virtutem et per magnas calamitates transfulgere. §. 12.

b. Felicem numquam miserum reddi calamitatibus. §. 13

c. Maximis calamitatibus beatitudinem, sed difficile, expelli. §. 14.

γγ. Definitio plenior felicitatis §. 15–16

a. Mortem vitae respondere debere. §. 15.

b. Eam felicitatem esse humanam, non divinam. §. 16.

c. Caput undecimum: An res adversae vel prosperae amicorum vel posterorum ad felices pertineant.

α. Calamitates posterorum et amicorum pertinere ad felices. §. 1–2

β. Multum tamen differre, utrum magnae sint necne, utrum per vitam an post mortem demum accidant. §. 3–4.

γ. Calamitates aut parum, aut omnino non ad mortuos pertinere. §. 5–6.

d. Caput duodecimum: Utrum beatitudo sit e numero eorum, quae laude, an eorum, quae honore sunt digna.

α. Quomodo differat laudabile ab honorabili. §. 1–3.

β. Beatitudinem non esse laudabilium bonorum, §. 4–6.

γ. sed honorabilium. §. 7–8.

e. Caput tertium decimum: Quaerendo, ubi sit felicitas, transitur ad disquisitionem virtutis.

α. Felicitatem poni in animi virtutibus. §. 1–8.

αα. De virtute politico disquirendum. §. 2–5.

ββ. Virtutem sitam esse in animo. §. 6.

γγ. Politicum animum cognoscere debere. §. 7–8.

β. In quot partes dividatur anima. §. 9–19.

αα. Quomodo pars rationalis ad irrationalem se habeat §. 9–10.

ββ. Partem nutritivam non ad nostram pertinere disquisitionem. §. 11–14.

a. Esse enim communem omnibus animantibus. §. 11.

b. In somniis maxime operari. §. 12–13.

γγ. De parte sensitiva vel vi cupiendi et appetendi, quae est particeps rationis. §. 15–18.

δδ. De parte rationali per se. §. 19.

γ. Quae inde derivetur virtutum partitio. Virtutum esse duas species: scilicet earum quae in ratione positae sunt, et earum quae ad mores pertinent. §. 20.

II. De virtute: Liber secundus.

1. Quae sit causa virtutis et quomodo ipsa gignatur in nobis. c. 1–4.

a. Caput primum: De origine virtutum.

α. Virtutem in ratione positam a doctrina oriri. §. 1.

β. Virtutem moralem consuetudine et usu rerum agendarum acquiri, non natura nobis insitam esse. §. 2—7.

αα. Quae natura constant, ea non, ut virtutes, aliter atque nata sunt, assuefieri posse. §. 2.

ββ. Virtutes tamen nec praeter naturam nobis ingenerari. §. 3.

γγ. In virtutibus non, ut in iis, quae nobis insunt natura, potentias tempore priores esse exercitationibus et operationibus. §. 4.

δδ. Omnes legum latores putare, virtute assuefieri cives posse. §. 5.

εε. E similibus operationibus omnem virtutem nasci atque interire. §. 6—7.

γ. Ut acquirantur habitus, operationes certo quodam modo instituendas esse. §. 8.

b. Caput secundum: Virtutem corrumpi excessu et defectu, servari mediocritate.

α. De actibus quaestionem habendam esse, et quomodo. §. 1—5

αα. Actiones, non cognitionem esse finem. §. 1.

ββ. Rectae rationi convenienter agendum esse. §. 2.

γγ. Materiam ethicces summam subtilitatem non ferre. §. 3—5.

β. Quales actus efficiant virtutem et quales eandem corrumpant. §. 6 - 7.

γ. Actus, qui virtutes genuerint, ipsos invicem e virtutibus gigni. §. 8—9.

c. Caput tertium: Virtutem moralem circa voluptates et dolores versari.

α. Indicium virtutis acquisitae esse voluptatem operationi comitantem. §. 1.

β. Cur *habitus* virtutis circa voluptatem et dolorem versentur. §. 1. fin. — §. 6.

αα. Educationem voluptatibus et doloribus ad formandos mores uti. §. 1. fin. — §. 2.

ββ. Omnem actum et affectum in voluptate et dolore versari. §. 3.

γγ. Vitia doloribus inferendis, contraria autem contrariis sanari. §. 4.

δδ. Propter voluptates ac dolores habitus vitiosos in nobis innasci. §. 5.

εε. Virtute voluptatem et dolorem ad meliora trahi. §. 6.

γ. *Homines* ipsos circa voluptatem versari. §. 7—11.

αα. Virum bonum recte judicare de honesto, utili et jucundo eorumque contrariis, vitiosum male. §. 7.

ββ. A teneris unguiculis actiones voluptatis et doloris regula dirigi. §. 8—9.

γγ. Difficilius esse voluptati quam iracundiae obsistere, virtutem autem in difficiliori occupatam esse. §. 10.

d. Caput quartum: Quomodo dici possit, justa agendo justos effici.

α. Justa agi, non juste, si alter praeeat ac suppeditet actionem. § 1—2.
β. Habitum virtutis non scientiam tantum, sed et consilium firmamque voluntatem requirere. §. 3—4.
γ. Agendo, non solum doctrina virtutis, bonum quemquam effici. §. 5—6.
2. Definitio virtutis. c. 5—6.
a. Caput quintum: Quid sit virtus genere.
α. Quid sit affectus, potentia et habitus. §. 1—2.
β. Cur virtutes non sint affectus neque potentiae. §. 3—5.
γ. Genus virtutis esse habitum. §. 6.
b. Caput sextum: Virtutis substantiam esse mediocritatem quandam.
α. Qualitatem boni habitus investigandam esse. §. 1—3.
β. De natura mediocritatis. §. 4—14.
αα. Omnem scientem id medium inter nimium et parum exquirere, quod ad nos refertur, non quod ex re ipsa judicatur. §. 4—8.
ββ. Moralem tantum virtutem esse mediocritatem, cum affectus et operationes, in quibus ipsa versatur, solae excessum, defectum et mediocritatem suscipiant. §. 9—13.
γγ. Cur mediocritatem assequi difficilius sit, quam extrema. §. 14.
γ. Quae sit virtutis plenissima definitio. §. 15—16.
δ. Non omnem actionem et affectum mediocritatem recipere, cum neque nimii aut defectus sit mediocritas nec mediocritatis nimium aut defectus. §. 17—20.
3. Definitio singillatim per particulas explicata. c. 7—9.
a. Caput septimum: Virtutis in suas species partitio.
α. Virtutes, quae in appetitu sui conservandi versantur. §. 1—9.
αα. Virtutes in voluptate et dolore versantes. §. 2—3.
a. Virtus et vitia in fugiendo dolore: Ignavia, Fortitudo, Audacia (Intrepiditas). §. 2.
b. Virtus et vitia in quaerenda voluptate: Stupor, Temperantia, Intemperantia. §. 3.
ββ. Virtutes in donandis accipiendisque pecuniis. §. 4—6.
a. Virtus et vitia in parvis impensis: Illiberalitas, Liberalitas, Prodigalitas. §. 4.
b. Virtus et vitia in sumtibus magnis: Sordes, Magnificentia, Profusio. §. 6.
γγ. Virtutes in quaerendo honore. §. 7—9.
a. Virtus et vitia in magno honore quaerendo: Pusillanimitas, Magnanimitas, Superbia. §. 7.
b. Virtus et vitia in parvo honore quaerendo: Inambitiosus, —, Ambitiosus. §. 8.
β. Virtutes, quae in appetitu sociali versantur. §. 10—13.
αα. Virtus et vitia in ira versantia: Lentitudo, Mansuetudo, Iracundia. §. 10.
ββ. Virtutes et vitia, quae in sermonum et actionum communitate versantur. §. 11—13.
a. Virtus et vitia in veritate, quae sermonibus et actionibus inest, versantia: Dissimulatio, Sinceritas, Jactantia. §. 12.
b. Virtutes et vitia, quae in sermonum et actionum jucun-

ditate positae sunt, cujus aa) altera pars in joco: Rusticitas, Urbanitas, Scurrilitas; bb) altera in iis omnibus, quae in vita quotidiana usu venire solent, cernitur: Acerbitas, Comitas, Blanditia (Adulatio). §. 13.

γ. Laudabiles quaedam affectuum mediocritates, quae tamen non sunt virtutes. §. 14—15.

αα. Mediocritas et extrema pudoris: Impudentia, Verecundia, Consternatio. §. 14.

ββ. Mediocritas et extrema versantia in doloribus et voluptatibus ob ea commoda susceptis, quae alteri obtigerunt: Malevolentia, Indignatio, Invidia. §. 15.

δ. De Justitia non simpliciter et uno modo dici posse. §. 16.

b. Caput octavum: De virtutum ac vitiorum mutua oppositione.

α. Tres illos in unoquoque affectu vel actione exstantes habitus omnes inter se quodammodo pugnare. §. 1.

β. Virtutem vitiis oppositam esse. §. 2—3.

γ. Vitia magis pugnare inter se, quam cum virtute. §. 4—5.

δ. Virtutem uni vitio magis, quam alteri contrariam esse. §. 6—8

c. Caput nonum: De praeceptis, quae ad ipsum medium ducunt

α. Quae sit difficultas inveniendae mediocritatis. §. 1—2.

β. Quae sit hujus difficultatis superandae ratio. §. 3—6.

αα. Ab eo extremo, quod magis contrarium est, longissime removearis oportere. §. 3.

ββ. Recedendum esse maxime ab eo extremo, ad quod proclioviores sumus. §. 4—5.

γγ. Summo studio quidquid nobis voluptatem affert, cavendum esse. §. 6.

γ. Medium in rebus singularibus accurate definire, difficile esse. §. 7—9.

III. De imputatione actionum: Libri tertii caput 1—5.

1. Caput primum: De eo quod sponte nostra suscipimus, et de eo quod inviti agimus.

a. Cur ad philosophiam moralem pertineat consideratio eorum, quae quis sponte aut invitus faciat. §. 1—2.

α. Quia laus et vituperium, venia et misericordia in iis locum habent. §. 1.

β. Quia legum latoribus ejusmodi disquisitio utilis est. §. 2.

b. De eo, quod inviti suscipimus. §. 3—19.

α. De iis, quae vi coacti agimus. §. 3—12.

αα. Violentum esse, cujus principium extra est, cum is, cui vis affertur, nullam operam conferat. §. 3.

β. De iis, quae metu majorum malorum aut honestate aliqua coacti agimus. §. 4—10.

a. Exempla actionum metu majorum malorum patratarum. §. 4—5.

b. Actiones, quas metu majorum malorum aut honestate aliqua coacti agimus, mixtas esse, cum, etsi simpliciter violentae, tamen spontaneis similiores sint. §. 6—8.

aa. Quia tales actiones tum, cum fiunt, finis alicujus gratia electae sunt. §. 6, l. 2—5.

bb. Quia principium agendi in nostra potestate situm est. § 6, l. 6—9.
cc. Quia in hujusmodi actionibus laudes et vituperium, interdum venia locum habent. §. 7—8.
ε. Quae quibus anteponenda sint dijudicare, interdum difficile esse, cum in rebus singularibus multae sint differentiae. §. 9—10.
γγ. Quae rerum jucundarum et honestarum causa agimus, ea prorsus esse spontanea. §. 11.
β. De eo, quod per ignorantiam fit. §. 13—19.
αα. Quem per ignorantiam factorum poenituerit, eum invitum, quem non, eum non sponte egisse. §. 13.
ββ. Ignorantiam ejus quod expedit et rerum universalium (ut officiorum, boni) non veniam recipere, sed improbitatis causam esse. §. 14—15.
γγ. Ignorantiam facti, i. e. rerum singularium, efficere, ut actio non sit spontanea, dummodo sequatur poenitentia. §. 16—19.
c. De eo, quod sponte fit. §. 20—24.
α. Spontaneum esse, cujus principium est in eo, qui agit, res singulares, in quibus actio consistit, non ignorante. §. 20.
β. Cur ea, quae vel ira vel cupidine hortante fiant, non sint invite facta. §. 21—24.
αα. Animalia et pueros sponte agere. §. 21.
ββ. Cum per iram aut cupidinem honesta sponte faciamus, de turpibus idem dicendum esse. §. 22.
γγ. Irascamur nonnunquam et quaedam concupiscamus oportere. §. 23. post med.
δδ. Quae invite fiunt, molesta, quae per cupiditatem, jucunda esse. §. 23. fin.
εε. Quae per iram peccantur, aeque ac quae per syllogismum, fugienda esse. §. 24. ad med.
ζζ. Iram et cupiditatem, a quibus actiones nostrae proficiscuntur, humanas esse. §. 24. fin.
2. Caput secundum: De proposito, cujus rudis definitio docetur.
a. Considerationem propositi pertinere ad philosophiam moralem. §. 1.
b. Quid non sit propositum. §. 2—15.
α. Spontaneum latius patere, quam propositum. §. 2.
αα. Puerorum et animalium facta, l. 1—4.
ββ. nec non repentina, etsi spontanea, tamen proposito carere. l. 5—7.
β. Cur propositum non sit cupiditas. §. 3—5.
αα. Cupiditatem etiam animalibus adesse. §. 3.
ββ. Cupiditatem et propositum sejungi posse. §. 4.
γγ. Pugnare eadem inter se. §. 5, l. 1—3.
δδ. Cupiditatem, non propositum jucundi et molesti esse. §. 5, l 3—5.
γ. Nec iram esse propositum. §. 6.
δ. Rationes, cur propositum non sit voluntas. §. 7—9.
αα. Voluntatem esse quoque impossibilium. §. 7.
ββ. Nec non eorum, quae per me fieri non possunt. §. 8.

γγ. Voluntatem esse finium, propositum eorum, quae ad finem conferunt. §. 9.

ι. Opinionem non esse propositum. §. 10—15

αα. Neque simpliciter. §. 10.

a. Opinionem ad omnia pertinere. §. 10. init.

b. Opinionis regulam esse verum, non bonum. §. 10. fin.

ββ. Neque quandam opinionem. §. 11—15.

a. Opinione boni bonos nos non fieri. §. 11.

b. Adipisci aut fugere opinionis non esse. §. 12.

c. Opinionis laudem versari in veritate. §. 13. init.

d. Opinionem esse earum, quae non nota sint. §. 13. fin.

e. Pravius esse interdum consilium opinione. §. 14.

ε. Propositum esse spontaneum, de quo prius consultatum sit. §. 16.

3. Caput tertium: De consultatione definitionem propositi perficiente.

a. Quid sit illud, quod cadat sub consultationem. §. 1-11.

b. Omnem consultationem esse inquisitionem. §. 12—14.

c. Quid intersit inter consultationem et propositum. §. 15—20.

4. Caput quartum: De voluntate, et de eo, quod sub voluntatem cadit.

a. Cum sit voluntas finis ultimi, eam aut boni, aut ejus, quod bonum videtur, esse oportere. §. 1.

b. Utramqua opinionem per se positam a vero aberrare. §. 2-3.

c. Veritatem conjungendis ambabus opinionibus elici. §. 4—6.

5. Caput quintum: An virtutes et vitia sint voluntaria, necne.

a. Cum virtus sit voluntaria, et vitium voluntarium sit necesse esse. §. 1—7.

b. Ea ipsa, quae per ignorantiam aguntur, cujus ipsi sumus auctores, nobis imputari. §. 8—20.

α. Negligentiam vituperabilem esse. §. 8—9.

β. Negligentiae habitum nostra culpa ortum esse. § 10—16

γ. Opinionum ipsarum nos auctores esse. §. 17—19.

c. Conclusio generalis ethicorum partis. §. 21—23.

Pars secunda: De virtutibus.

i. De virtutibus circa appetitus sui conservandi versantibus. L. III, c. 6. — L. IV, c. 4.

1. Virtutes in doloribus et voluptatibus versantes. L. III, c. 6—12.

a. De fortitudine. c. 6-9.

α. Caput sextum: Definitio fortitudinis. Quae sit hujus virtutis materia.

αα. Fortitudinem in formidine et fiducia verti. §. 1—2.

ββ. Circa quae metuenda vir fortis non versetur. §. 3—5.

γγ. Quibus in rebus formidolosis vir fortis cernatur. §. 6—12.

β. Caput septimum: De terribilium diversitate et fortitudinis extremis.

αα. In terribilibus, quae homini tolerabilia sint, mediocritatem et extrema consistere. §. 1—4.

ββ. Descriptio mediocritatis et extremorum. §. 5—10

a. Fortitudinis. §. 5—6.

b. Intrepiditatis et audaciae. §. 7—9.
c. Ignaviae. §. 10—11.
γγ. Virtus et vitia inter se comparata. §. 12—13.
γ. Caput octavum: Quinque species fortitudinis non verae.
αα. Fortitudo civilis. §. 1—5.
ββ. Fortitudo, quae ex usu et experientia oritur. §. 6—9.
γγ. Fortitudo, quae irae adscribitur. §. 10—12.
δδ. Fortitudo eorum, qui bona spe freti sunt. §. 13—15.
εε. Fortitudo, quae ex ignorantia periculi gignitur. §. 16.
δ. Caput nonum: De accidentibus fortitudinis.
αα. Fortitudinem magis in terribilibus, quam in fiducia versari. §. 1.
ββ. Ejus finem esse jucundum, media vero, quae ad eam ducunt, molesta. §. 2—5.
γγ. Esse etiam bonos milites, qui hujus fortitudinis non similes sint. §. 6.
b. De temperantia. c. 10—12.
α. Caput decimum: Definitio temperantiae. De materia. circa quam versatur temperantia et extrema ei opposita.
αα. Versari in corporis voluptatibus. §. 1—2.
ββ. In quibus corporis voluptatibus non versentur. §. 3—6.
γγ. Versari in iis, quae homini cum reliquis animantibus communes sunt, tactu scilicet et gustatu. §. 7—11.
β. Caput undecimum: Operationes, quae prodeunt a temperantia et vitiis ei oppositis.
αα. Cupiditates alias esse communes et naturales, alias proprias et adscitas. §. 1—2.
ββ. De intemperantia. §. 3—6.
a. De excessu in cupiditatibus naturalibus. §. 3.
b. De excessu in propriis cupiditatibus. §. 4.
c. De excessu in doloribus versante. §. 5—6.
γγ. De stupore, qui est defectus. §. 7.
δδ. Quomodo se habeat temperans in sua materia. §. 8.
γ. Caput duodecimum: De intemperantiae accidentibus.
αα. Utrum intemperantia magis quam ignavia sponte suscipiatur. §. 1—4.
ββ. De translatione nominis intemperantiae ad errata puerilia. §. 5—9.
2. Virtutes in dandis accipiendisque pecuniis versantes: Libri quarti c. 1—2.
a. Caput primum: De liberalitate et ejus extremis.
α. Definitio horum habituum. Materiam eorum esse opes et divitias. §. 1—5.
β. Qui sit liberalis, quaeque ejus operationes. §. 6—25.
γ. Describitur prodigus, et cum avaro comparatur. §. 26—34.
δ. De illiberalitate ejusque speciebus. §. 35—42.
b. Caput secundum: De magnificentia et ejus extremis.
α. Proponuntur definitiones. Materiam esse sumtus magnificos. §. 1—4.
β. Descriptio magnifici. §. 5—18.

αα. Magnificum ita versari in sua materia, ut eos faciat sumtus, qui opere sint digni. §. 5—9.
ββ. In quibus rebus potissimum hi sumtus fieri soleant. §. 10.
γγ. Ad quas personas pertineant hi sumtus. §. 11—13.
δδ. In quibus operibus etiam hi sumtus possint fieri. §. 14—18.
γ. De vitiis ei virtuti oppositis. §. 19—21.
αα. De insolentia. §. 19.
ββ. De sordibus. §. 10.
γγ. Haec vitia nullam turpitudinis notam inurere. §. 21.
3. Virtutes in quaerendo honore versantes. c. 3 4.
a. Caput tertium: De magnanimitate et ejus extremis.
α. Materia et definitiones magnanimitatis et vitiorum ei oppositorum. §. 1—14.
β. Describuntur, qui his habitibus praediti sunt. §. 15—34.
αα. Magnanimus. §. 15—32.
ββ. Pusillanimus. §. 33.
γγ. Inflatus. §. 34.
γ. Pusillanimitatem magis superbia virtuti oppositam esse. §. 35.
b. Caput quartum: De modestia et ejus extremis.
α. Versari circa parvum honorem. §. 1—2.
β. Cur extrema φιλότιμον et ἀφιλότιμον modo vituperemus modo laudemus. §. 3—4.
γ. Cum mediocritas nomine careat proprio, et ipsam ab extremis nomen accipere et extrema inter se pugnare. §. 5—6.
II. De virtutibus, quae in appetitu sociali versantur. L. IV, c. 5—L. V.
1. Caput quintum: De mansuetudine, ejusque extremis.
a. Ita definiuntur hi habitus, ut materia, circa quam versentur, ira esse dicatur. §. 1—2.
b. Describuntur medius et extremi. §. 3—11.
α. Mansuetus. §. 3—4.
β. De lentitudine, qui est defectus. §. 5—6.
γ. De iracundia, qui est excessus, ejusque speciebus. §. 7—11.
αα. Iracundi et summe biliosi. §. 8—9.
ββ. Acerbi et implacabiles. §. 10.
γγ. Infensi et saevi. §. 11.
c. Comparatur virtus cum vitiis ipsi oppositis. §. 12—14.
2. Virtutes et vitia in sermonum et verborum communitate versantia. c. 6—9.
a. Caput sextum: De comitate ejusque extremis.
α. Materia et definitio virtutis et vitiorum ei oppositorum. §. 1—2.
β. Describitur comis. §. 3—8.
αα. Quomodo comitas differat ab amicitia. §. 4—5.
ββ. Quae sint proprietates viri comis. §. 6—8.
γ. De ambobus vitiis excessus, obsequentia et adulatione: et de morositate, qui est defectus. §. 9.
. Caput septimum: De sinceritate et ejus extremis.
α. Quae sit materia horum habituum. §. 1.
β. Definitio hujus virtutis et vitiorum ei oppositorum. §. 2—6.
γ. Describuntur, qui his habitibus praediti sunt. §. 7—16.
αα. Sincerus. §. 7—9.
ββ. Ostentator. §. 10—13.

b. Justum distributivum esse proportionem geometricam disjunctam. §. 11—14. init.

γγ. Injuriam a proportione alienam et aversam esse. §. 11—16

δ. Caput quartum: De justo correctivo sive commutativo, ubi de obligationibus ex delicto praecipue agitur.

αα. Justum correctivum in damnis restituendis esse proportionem arithmeticam, cum non dignitas personarum, sed damni tantum magnitudo spectetur. §. 1—3.

ββ. Justum hoc, ut aequum, esse medium damni et lucri a judice constitutum. §. 4—7.

γγ. Describitur ejusmodi proportio, eaque continens, e similitudine trium linearum. §. 8—12.

δδ. Nomina damni et lucri ex iis obligationibus, quas sua sponte contrahunt homines, tracta et ad non voluntarias translata esse. §. 13—14.

ε. Caput quintum: De jure talionis sive justo commutativo. Illa justi correctivi pars praecipue spectatur, quae versatur in obligationibus voluntariis.

αα. Utrum jus talionis simpliciter jus sit. §. 1—5.

ββ. In communitatibus rerum contrahendarum et permutandarum talionem locum habere. §. 6—16.

a. Civitatis societatem niti hac reciproca permutatione secundum proportionem. §. 6—9.

b. Hanc proportionem in permutationibus observari posse ope nummi, qui (loco indigentiae) omnium rerum est mensura. §. 10—12.

c. Quomodo societas hominum indigentia contineatur, et quomodo nummus subeat vicem indigentiae resque mensuret. §. 13—16.

γγ. Quomodo justitia, qui est habitus, sit medioeritas vel medium, et injustitia extremum. §. 17—20.

a. Justitiam esse ipsius medii, injustitiam utriusque extremi. §. 17.

b. Justitiam esse electionem aequalitatis inter bonum nimium sibi et bonum minus alteri tribuendum. §. 18.

c. Injustitiam esse habitum, quo quis sibi nimium, alteri parum boni tribuit. §. 19.

b. De justi accidentibus, seu jure civili. c. 6—9.

α. Caput sextum: Definitio justi civilis.

αα. Fieri posse, ut is, qui injuste facit, nondum tamen sit injustus. §. 1—2.

ββ. Jus civile esse inter homines liberos societate vitae ita conjunctos, ut nihil foris requirant. §. 4—8.

γγ. Jus conjugale majorem similitudinem juris civilis prae se ferre, quam jus herile et paternum. §. 9—11.

β. Caput septimum: De speciebus juris civilis.

αα. Jus civile aliud naturale esse, aliud legitimum, vel, ut dicunt, positivum. §. 1.

ββ. Falsam esse opinionem eorum, qui contendunt, omnia jura non natura, sed legibus tantum constituta esse. §. 2—5.

γγ. Injustum et justum ab injuria et jure, ut universale a particulari differre. §. 6—8.

γ. Caput octavum: Solvitur accuratius quaestio supra (c. 6, §. 1—2) proposita, quomodo quis injuste facere possit, qui non sit injustus.

αα. Quae invite fiant, justa et injusta non esse nisi per accidens. §. 1—5.

ββ. In societate hominum quatuor esse damnorum genera. §. 6—12.

γγ. Ignorantiam facti venia dignam esse, ignorantiam juris non ita. §. 13.

δ. Caput nonum: Quid sit pati injuriam.

αα. Volenti non fieri injuriam. §. 1—7.

a. Quaestiones proponuntur, utrum injuriam pati sit semper invitum, an semper aut invitum aut spontaneum, an modo hoc modo illud. §. 1.

b. Distinctiones quaedam proponuntur ad solvendam hanc quaestionem. §. 2—4.

aa. Quosdam sponte, quosdam invite pati jus. §. 2.

bb. Injustum aut injuriam pati et agere non esse idem, ut nec justum aut jus. §. 3.

cc. Proponitur quaestio, an quis sibi injuriam facere possit §. 4.

c. Solutio quaestionis: Injustum volenti fieri posse, injuriam semper invite accipi. §. 5—7.

ββ. Utrum injuriam faciat is, qui plus alieni tribuit praeter ejus meritum ac dignitatem, an is, qui plus consecutus est. §. 8—14.

a. Qui sibi minus tribuit, quam alteri, se ipsum injuria non afficere. §. 9—10.

aa. Plus enim alius boni, ut honoris vel virtutis, sibi tribuere. §. 9.

bb. Sibi nocere, non vero injuriam facere. §. 10.

b. Qui alii aut sibi plus tribuit quam alteri injuriam facere, non qui accipit. §. 11—14.

aa. Esse enim in tribuente principium agendi. §. 11.

bb. Qui accipit injusta agere, non injuste. §. 12.

cc. Qui jus legitimum ignoravit, injustam esse quadammodo. §. 13—14.

γγ. Cur res haud ita facilis sit, justum esse et quae justa sint nosse. §. 15—17.

a. Habitum agendi non facile acquiri. §. 15.

b. Quamvis sit facile justa e legibus percipere, exsequi tamen quomodo oporteat difficilius esse. §. 16.

c. Omnino non actionem, sed habitum spectari in justitia et injustitia. §. 17.

δδ. In quibusnam justitia locum habere possit. §. 18.

e. Caput decimum: De aequitate et aequo.

α. Quomodo, si aequum in eodem genere sit ac justum et tamen ab ipso diversum, possit utrumque esse bonum. §. 1.

β. Aequo bonoque, quamvis jus sit, hanc vim ac naturam esse, ut

legis correctio sit peccantis propterea, quod generaliter locuta jus in singulo aliquo casu statuere non potuerit. §. 2—7.

γ. Virum aequum et bonum eum esse, qui non utitur summo jure, summam injuriam esse putans. §. 8.

d. Caput undecimum: De justitia et injustitia unius hominis in se ipsum.

α. Neminem sibi injuriam facere. §. 1—6.

αα. Qui se ipsum interficit, injuriam facere non sibi (sponte enim patitur), sed civitati, cum legitimam sive universalem justitiam laedat. §. 1—3.

ββ. Nec secundum particularem justitiam sibi ipsi aliquem injuriam facere posse, cum lucrum et damnum simul acciperet, justum tamen semper in pluribus esse necesse sit. §. 4.

γγ. Cum principium agendi in eo esse debeat, qui injuriam infert, non in patiente, ille vero, qui sibi ipsi injuriam facere dicitur, agens idem ac patiens sit: neminem posse se ipsum injuria afficere, cum etiam sua sponte acciperet injuriam. §. 5.

δδ. In singulis injuriandi speciebus, sine quibus injuriam nemo facit, non accidere, ut quis in se ipsum injuriam admittere possit. §. 6.

β. Per se deterius esse facere injuriam quam accipere, quamvis utrumque sit malum, et ex eventu injuriam accipere majus malum esse possit. §. 7—8.

γ. E translatione in eodem homine inter partem animae ratione praeditam, et eam partem, quae ratione vacat, exstare justum et injustum quiddam posse. §. 9.

III. De virtutibus cogitationis: Liber sextus.

1. De partibus animae, quae sunt principia nostrarum actionum. c. 1—2.

a. Caput primum: Definitur recta ratio.

α. Cum recta ratio in virtutibus moralibus mediocritatem determinet, quid sit recta ratio inquiratur necesse esse, quo perfectius moralium virtutum natura intelligatur. §. 1—3.

β. Rectam rationem definire nihil aliud esse, quam de virtutibus cogitationis exponere. §. 4.

γ. Duas esse animi partes ratione praeditas, alteram in qua vis sciendi, alteram quae ad ratiocinandum valet. §. 5—8.

b. Caput secundum: De principiis agendi et cognoscendi.

α. Sensum non esse principium agendi, idque propositum esse bonum, cujus appetitus ad rectam rationem accommodetur. §. 1—2.

β. Quomodo mens activa et contemplativa inter se differant. §. 3.

γ. De natura propositi, quod actionum nostrarum est principium. §. 4—6.

αα. Principia ipsius propositi esse appetitum et rationem. §. 4.

ββ. Cum actio ipsa sit finis, non opus, propositum esse mentem, quae ad appetitum excitat, aut appetitum, qui cogitandi vim habet. §. 5.

γγ. Propositum esse futurorum et contingentium. §. 6.

2. De quinque habitibus, quibus animus verum enuntiat. c. 3—7.

a. Caput tertium: De scientia.

α. Enumerantur quinque habitus, existimatione et opinione tamen exclusis. §. 1.

β. Objectum scientiae esse res necessarias et aeternas. §. 2.

γ. Scientiam aut inductione aut demonstratione comparari. §. 3—4.

b. Caput quartum: De arte.

α. Quod sub effectionem venit, differre ab eo, quod sub actionem, etiamsi utrumque eorum sit, quae aliter evenire possunt. §. 1—2.

β. Artem esse habitum ad efficiendum idoneum cum vera ratione conjunctum. §. 3.

γ. Quae sit materia, circa quam versetur ars. §. 4—5.

δ. Inertiam esse habitum ad efficiendum idoneum cum ratione falsa conjunctum. §. 6.

c. Caput quintum: De prudentia.

α. Prudentem esse eum, qui in iis, quae ad bene beateque vivendum conducant, bene consultare possit. §. 1—2.

β. Prudentiam neque scientiam esse, quia quod sub actionem venit, sese aliter habere potest: neque artem, quia aliud actionis aliud effectionis est genus. §. 3.

γ. Prudentiam esse habitum cum ratione vera conjunctum ad agendum idoneum, in bonis humanis occupatum. §. 4—6.

δ. Prudentiam non esse artem, sed virtutem ejus animi partis ratione praeditae, quae ad ratiocinandum vel ad opinandum valet. §. 7—8.

d. Caput sextum: De intellectu.

α. Neque scientiam, neque artem, neque prudentiam esse principiorum, sapientiamque non principiorum tantum. §. 1.

β. Principiorum esse intellectum. §. 2.

e. Caput septimum: De sapientia.

α. Sapientem in specie esse suae quemque artis peritissimum. §. 1.

β. Sapientiam in universum scientiarum omnium esse limatissimam et absolutissimam. §. 2—3.

γ. Quomodo sapientia et prudentia inter se differant. §. 4—8.

αα. Sapientiam esse scientiam earum rerum quae sunt honore dignissimae natura, circa ea versantem quae sunt eadem apud omnes, humana denique bona non curantem. §. 4—6.

ββ. Prudentiam versari in rebus humanis, quae aliter se habere possunt, de quibus consultari potest, quaeque sunt singulares. §. 7—8.

3. De prudentia accuratius explicanda. c. 8—13.

a. Caput octavum: De partibus prudentiae.

α. De diversis generibus civilis prudentiae. §. 1—3.

β. Etsi prudentia, proprie sic dicta, sit species quaedam cognitionis, *sua* tamen *nosse* definitionem ejus non absolvere, quatuor probatur rationibus. §. 4—7.

αα. Quamquam haec prudentia circa uniuscujusque bona et commoda versetur, tamen sine rei familiaris reique publicae cura esse non posse. §. 4.

ββ. Prudentiam longa tantum experientia acquiri. §. 5—6.

γγ. Non modo rerum singularium, sed et universalium cognitionem prudenti necessariam esse. §. 7.

δδ. Prudentiam esse principiorum non sciendi, sed agendi. §. 8—9

b. De speciebus prudentiae.

α. Caput nonum: De bona consultatione.

αα. Bonam consultationem non esse scientiam, neque opinionem, neque bonam conjecturam, neque sagacitatem. §. 1—3. init.

ββ. In genere bonam consultationem esse rectitudinem quandam cogitationis affirmationem nondum ponentis. § 3.

γγ. Accuratius definientibus bonam consultationem esse rectitudinem, qua secundum utilitatem pergitur ad aliquem finem, cujus ipsa prudentia est vera existimatio. §. 1—7.

β. Caput decimum: De perspicacitate.

αα. Perspicacitatem non esse scientiam, neque opinionem. §. 1.

ββ. A prudentia ita differre, ut illa praecipiat, ipsa autem judicet. §. 2.

γγ. Perspicacitatem eam esse, quae alio loquente bene judicat de rebus, circa quas prudentia versatur. §. 3—4.

γ. Caput undecimum: De sententia.

αα. Sententiam esse viri boni et aequi rectum judicium. §. 1.

ββ. Omnes hos habitus, sententiam perspicatitatem prudentiam, esse eorundem: extremorum scilicet et rerum singularium. §. 2—3.

γγ. Intellectum ipsum, qui est principiorum, si est activus, esse singularium, cum in agendo principia sint singularia et sensu quodam communi percipiantur. §. 4—6.

c. Caput duodecimum: De utilitate sapientiae et prudentiae.

α. Proponuntur tres dubitationes, quibus quaeritur, quidnam prosint sapientia et prudentia. §. 1—3.

αα. Sapientiam nihil eorum considerare, quibus homo beatus sit futurus; quod etsi faciat prudentia, tamen cognitionem solam nos meliores non reddere. §. 1.

ββ. Prudentiam nec habentibus virtutem esse utilem, nec non habentibus. §. 2.

γγ. Dubitari posse quomodo, cum sapientia sit major, prudentia tamen principatum obtinere possit. §. 3.

β. Tolluntur hae propositae dubitationes. §. 4—10.

αα. Sapientiam et prudentiam, cum sint virtutes, per se esse optabiles et expetendas operandoque felicitatis praecipuos quasi numeros obire. §. 4—6.

ββ. (a) Aptiores ad res honestas nos effici a prudentia, quae est sollertia instrumenta quaedam ad bonum finem idonea praecipiens. §. 7—10.

d. Caput tertium decimum: De prudentiae cum reliquis virtutibus connexione.

α. (b) Sollertiam se habere ad prudentiam, ut naturales virtutes ad proprie dictas virtutes. §. 1.

β. (c) Prudentiam esse, quae naturales virtutes ad proprie dictas virtutes transducit; unde fieri, ut illae alia ab alia quidem separari, hae vero non possint. §. 2—7.

γ. (γγ) Prudentiam non sapientiae imperare, sed ejus gratia. §. 8.

Pars tertia: De instrumentis virtutum.

I. De continentia et incontinentia: Liber septimus.

1. Opiniones et dubitationes de hac materia proponuntur. c. 1—2.

a. Caput primum: De continentia et incontinentia in genere.

α. Recensentur genera eorum, quae in moribus expetenda (virtus, continentia, virtus heroïca) vel fugienda sunt (vitiositas, incontinentia, feritas). §. 1—3.

β. Quid hoc libro, et quo ordine tractetur. §. 4—5.

γ. De continentia et incontinentia aliorum opiniones sex proferuntur: §. 6—7.

αα. Prima opinio. Continentiam et tolerantiam laudabiles, incontinentiam et mollitiem vituperabiles esse. §. 6, l. 1—4.

ββ. Secunda opinio. Continentem perstare in ratione, incontinentem egredi rationem. §. 6, l. 4—5.

γγ. Tertia opinio. Continentem et incontinentem scienter agere. §. 6, l. 6—8.

δδ. Quarta opinio. Continentem et constantem alii etiam temperantem, et incontinentem etiam intemperantem esse dicunt: alii non. §. 6, l. 8—12.

εε. Quinta opinio. Prudentem alii nunquam intemperantem esse dicunt, alii nonnunquam. §. 7, l. 1—4.

ζζ. Sexta opinio. Non cupiditatis tantum, sed etiam irae, honoris et lucri incontinentem esse. §. 7, l. 4—5.

b. Caput secundum: Dubitationes de continenti et incontinenti proponuntur.

α. Prima dubitatio. De tertia opinione. §. 1—4.

αα. In eo, cui insit scientia, cupiditatem non posse dominari. §. 1.

ββ. Si incontinens insciens fecit, quaerendum esse, quis iste inscientiae modus sit. §. 2.

γγ. Si non scientia, sed opinio eaque infirma et imbecilla cupiditati adversaretur et obsisteret, venia dignum esse incontinentem, cum tamen sit improbus et vituperandus. §. 3—4.

β. Secunda dubitatio. De quinta opinione. Prudentiam, si incontinentium cupiditatibus repugnaret, esse in eodem, in quo incontinentia. §. 5.

γ. Tertia dubitatio. De quarta (et prima) opinione. Continentem, si repugnet validis et malis cupiditatibus, non esse temperantem, quippe qui eas non habeat: sin cupiditatibus bonis aut debilibus, continentiam eas prohibentem non esse bonam aut gloriosam. §. 6.

δ. Quarta dubitatio. De secunda (et prima) opinione. §. 7—10.

αα. Continentiam, si in omni sententia perseveret, esse nonnunquam malam, incontinentiam autem bonam. §. 7.

ββ. In captiosis ratiocinationibus continentiam malam, incontinentiam bonam esse reperiri, cum standum non sit conclusionibus. §. 8.

γγ. Si quis bona pro malis habeat et contra faciat atque existimet, imprudentiam cum incontinentia conjunctam esse virtutem. §. 9.

ε. Quinta dubitatio. De prima (tertia et quarta) opinione. Intemperantem, qui ex mala persuasione agit, meliorem videri incontinente, qui contra bonam persuasionem agit, cum prior persuasione mutata corrigi possit. §. 10.

ζ. Sexta dubitatio. De sexta opinione. Absolute incontinentem esse, cujus incontinentia in voluptatibus versetur. §. 11.

2. Solutiones difficultatum. Accuratissime de continentia et incontinentia exponitur. c. 3—10.

a. Caput tertium: Solutio prima. Tollitur prima dubitatio, an sciens et quonam pacto sciens incontinens agat.

α. Tres tantum ex omnibus quaestiones nominatim tanguntur. Exponuntur quae in expellendis dubitationibus tractanda sint, et a quibus initium sumi oporteat. §. 1—2.

β. Primam dubitationem, quomodo in sciente cupiditas dominari possit, non bene exemtam fuisse ab iis qui dixerunt, opinionem non scientiam incontinenti inesse, cum opinioni non minorem fidem quam scientiae habere possit. §. 3—4.

γ. Solvitur prima quaestio vel dubitatio. §. 5—14.

αα. Quibus modis scire dicatur. §. 5—7.

a. Et eum qui scientia praeditus sit nec ea utatur, et eum qui utatur, scire dici. §. 5.

b. Cum scientia contineatur propositione majore et propositione minore syllogismi, aut illum qui utramque sciat altera tantum uti, aut agenti alteram (minorem nempe) ignotam esse posse. §. 6.

c. Habitus differentiam in eo niti, quod quis aut scientia sua utitur, aut non, aliqua animi perturbatione concitatus. §. 7.

ββ. Quo sensu incontinentes scire dicantur. §. 8—12.

a. Scire atque adeo pronuntiare verum incontinentes, sed nondum in succum et sanguinem convertisse. §. 8.

b. Etiamsi utraque propositio syllogismi incontinenti nota sit, majorem tamen perturbatione perverti et contrariam opinionem introduci. §. 9--11.

c. Redire pristinam scientiam cupiditate expulsa. §. 12.

γγ. Cupiditatem in scientiam dominari non posse, quatenus non major propositio, quae, ut universalis, est scientiae, sed minor, quae, ut particularis, est sensus, a perturbatione pervertitur. §. 13.

b. Solutio secunda, secundam et tertiam quaestionem amplectens. Tollitur sexta dubitatio, quaenam sit materia, in qua versetur continens et incontinens.

α. Secunda quaestio tractatur, utrum sit aliquis absolute continens et incontinens necne.

αα. Caput quartum: Circa quae et absolute et ex parte continens et incontinens versentur.

a. Simpliciter incontinentem versari in necessariis voluptatibus, incontinentem ex aliqua parte in iis, quae, cum minime necessariae sint, per se tamen sunt optabiles et expetendae. §. 1—3.

b. Simpliciter continentem et incontinentem in iisdem volu-

ptatibus versari, ac temperantem et intemperantem, sed alio modo. §. 4—6.

c. Qui nimio studio persequitur voluptates natura optabiles, non autem naturae contrarias, eum vituperari quidem, sed non vitium ei nec incontinentiam adscribi, cum per similitudinem tantum incontinens dicatur. §. 7—9.

ββ. Caput quintum: Feritatem esse speciem incontinentiae ex parte dictae.

a. Praeter naturam delectabilia fieri jucunda vel propter debilitationes corporum vel propter consuetudinem vel prepter vitiosas naturas. §. 1—3.

b. Habitus, qui ex his affectibus oriuntur, non simplicem incontinentiam admittere. §. 4.

c. Quomodo hi habitus ad continentiam et incontinentiam ex similitudine dictam referri possint. §. 5—8.

γγ. Caput sextum: Incontinentiam ex parte dictam esse minus turpem simplici incontinentia.

a. Cupiditatem enim ipsam esse ira deteriorem; cujus rei rationes quatuor afferuntur. §. 1—5.

aa. Iram nonnunquam rationi obtemperare, cupiditatem nullo modo. §. 1.

bb. Iram esse naturaliorem cupiditate. §. 2.

cc. Cupiditatem insidiari, iram non ita. §. 3.

dd. Cupiditatem cum voluptate agere, iram minime. §. 4.

b. Feritatem esse minus malum vitio humano etiamsi terribilius, cum non ad incontinentiam absolute dictam et ad intemperantiam, sed ad incontinentiam ex parte revocetur. §. 6—7.

β. Caput septimum: Quaestio tertia explicatur, scilicet utrum continens et constans, incontinens et mollis idem sint.

αα. Definiuntur hi quatuor habitus, et cum temperantia et intemperantia comparantur; constantem et mollem in dolore fugiendo ita versari, ut continentem et incontinentem in expetenda voluptate. §. 1—3.

ββ. Continentiam optabiliorem esse constantia. §. 4.

γγ. Mollem et incontinentem eos esse, qui ab illis affectibus vincantur, quibus plerique obsistunt. §. 5—6.

δδ. Ludo et joco magnopere deditum non intemperantem esse, sed mollem. §. 7.

εε. Incontinentiam esse aliam festinationem praecipitem, aliam imbecillitatem. §. 8—9.

c. Caput octavum: Solutio tertia. Quinta et tertia dubitatio tollitur. Quod discrimen sit inter incontinentem et intemperantem, et quisnam melior.

α. Meliorem esse incontinentem intemperante, quia, cum eum poeniteat, sit sanabilis: quia incontinentia non sit assidua et perpetua improbitas: quia non latent, ut vitiositas. §. 1.

β. Incontinentium eos esse meliores, qui festinatione, quam qui imbecillitate peccant, quia hi a minore perturbatione superentur et non sine deliberatione antegressa. §. 2.

γ. Incontinentiam non esse simpliciter vitiositatem, cum principium

agendi vel recta ratio, quae est optima, manserit incorrupta: in intemperante non ita. §. 3—5.

d. Caput nonum: Solutio quarta. Tollitur quarta et tertia dubitatio. De continentis et pertinacis convenientia et differentia.

α. Continentes et incontinentes proprie dictos esse eos, qui in vero consilio permanent aut non permanent: qui in quolibet, ex eventu tantum ita nominari. §. 1.

β. Pertinaces, etsi similes continentibus videantur, tamen diversos esse, cum, etiamsi ratio aliter suadeat, cupiditate et voluptate capti in sua permaneant sententia incontinentibusque potius sint similes. §. 2—3.

γ. Qui in mala sententia propter boni cupidinem non permanent, neque intemperantes neque improbos neque incontinentes esse. §. 4.

δ. Continentiam esse mediocritatem inter duo extrema vitiosa. §. 5—6.

ε. Esse quandam similitudinem inter temperantem et continentem, et inter intemperantem et incontinentem. §. 7—8.

e. Caput decimum: Solutio quinta. Secunda dubitatio tollitur. Prudentiam et incontinentiam simul in eodem esse non posse.

α. Prudentem non esse incontinentem, cum prudens non sciat solum, sed ad res etiam agendas sit idoneus; sollertem autem nihil prohibere incontinentem esse. §. 1-2.

β. Incontinentem e dimidia tantum parte malum esse, quia bono consilio, quod quidem sibi est, tamen non utitur. §. 3—5.

γ. Sanabiliorem esse incontinentiam quae e temeritate, quam quae ex imbecillitate gignitur, quaeque consuetudine, quam quae natura. §. 6.

3. De voluptate et dolore. c. 11—14.

a. Caput undecimum: Quae de voluptate opiniones sint.

α. Rationes afferuntur tres, cur de voluptate et dolore cognoscere sit ejus hominis, qui in civilis prudentiae studio se versari profitetur. §. 1—2.

β. Tres de voluptate opiniones breviter proponuntur. §. 3.

γ. Latius explicantur hae opiniones. §. 4—6.

αα. Prima opinio. Voluptatem omnino non esse bonum, sex rationibus probari. §. 4.

a. Prima ratio. Voluptatem esse ortum, non finem. l. 1—4.

b. Secunda ratio. Temperantem fugere voluptates. l. 4.

c. Tertia ratio. Indolentiam, non voluptatem quaeri a prudente. l. 4—5.

d. Quarta ratio. Prudentiam impediri voluptatibus. l. 5-8.

e. Quinta ratio. Voluptatis artem nullam esse. l. 8—9.

f. Sexta ratio. Pueros et bestias persequi voluptates. l. 9—10.

ββ. Secunda opinio. Non omnes voluptates esse bonas, cum nonnullae sint turpes et damnum afferant. §. 5.

γγ. Tertia opinio. Voluptatem non esse summum bonum, cum non sit finis sed ortus. §. 6.

b. Caput duodecimum: Improbatio rationum de voluptate propositarum, praesertim primae opinionis. Voluptatem esse bonum; id, quod prima opinio negaverat.

α. Improbantur breviter tres opiniones supra (c. 11, §. 3) propositae. §. 1—4.

αα. Improbatio primae opinionis. Ut bona ita voluptates alias esse ex eventu optabiles, nempe quotquot cum dolore aliquo conjunctae curationis causa adhibentur quaeque in naturalem habitum restituunt: alias per se esse jucundas et bonas, quae solae sunt verae voluptates, cum omnibus sint eaedem. §. 1—2.

ββ. Improbatur tertia opinio et prima ratio primae opinionis (c. 11, §. 4, l. 1-4). Non necesse esse voluptate aliquid praestabilius esse, cum voluptates non sint ortus, sed operationes, quarum non omnium fines sunt ab ipsis diversi. §. 3.

γγ. Improbatio secundae opinionis. Nihil assequi qui dicunt, quasdam voluptates esse pravas et damnosas, cum et per se jucunda et bona damnum possint inferre. §. 4.

β. Improbantur reliquae quinque primae opinionis rationes. §. 5—7.

αα. Improbatur quarta ratio. Prudentiam et omnem habitum sua voluptate adjuvari, impediri aliena. §. 5.

ββ. Improbatur quinta ratio. Nullius operationis artem esse, sed facultatis potius; unguentariam tamen et culinariam voluptatis esse artes videri. §. 6.

γγ. Improbantur secunda, tertia et sexta ratio. Voluptates non nisi ex eventu bonas (quae ad corpus pertinent) quaeri a pueris et bestiis, fugi a temperante et prudente. §. 7.

c. Caput tertium decimum: E voluptatum speciebus unam voluptatem esse summum bonum; id, quod tertia opinio negaverat.

α. Primae opinionis refutatio denuo tangitur. Voluptatem esse bonum, quia dolor ei oppositus sit malum. §. 1.

β. Quamvis multae voluptates sint pravae (quod secunda opinio proposuit), tamen non impeditam beatitudinis operationem esse voluptatem, quae summo bono continetur. §. 2—4.

γ. Cum omnia animantia voluptatem, etsi diversam, tanquam finem (quod negavit tertia opinio) sectentur, finem bonorum, ad quem quamvis inscii omnes forsitan tendunt, sine voluptate esse non posse. §. 5—7.

d. Caput quartum decimum: De corporis voluptatibus, ratione habita potissimum secundae opinionis.

α. Cum omnis dolor sit malum et inde sequatur, omnem voluptatem esse bonum, proponitur, corporis tamen voluptates ideo tantum bonas esse quod parant absentiam mali, et, quamquam malae quidem non ipsae, nimias tamen semper fugiendas esse. §. 1—2.

β. Exponuntur rationes, cur voluptates corporis magis expetendae videantur ceteris voluptatibus. §. 3—6.

αα. Voluptatem nimiam et quae est corporis discutere dolorem et immoderati doloris curationem esse, non tamen ideo has voluptates revera esse bonas, partim quia sunt actiones naturae vitiosae, partim quia curatio ejus est quod desiderat neque habet. §. 3—4.

ββ. Quaeri has voluptates ab iis, quibus aliae oblectationes non suppetunt, quique laboribus indigentiave defatigati voluptates consectari coguntur ex eventu tantum bonas. §. 5—6.

γ. Voluptatem animi corporis voluptate potiorem esse. §. 7—8.
αα. Voluptates animi expertes esse doloris, nihil nimium habere, et natura, non ex accidenti esse jucundas. §. 7.
ββ. Hominibus, quorum natura non est simplex, non idem semper jucundum esse, sed mutatione gaudere (corporis voluptatibus); cujus natura simplex est, ut Dei, illum semper una et simplici voluptate, quae est in quiete, potiri (voluptate animi). §. 8.

II. De amicitia. L. VIII et IX.
1. De essentia amicitiae ejusque speciebus: Liber octavus.
a. De amicitia aequalium. Respicitur imprimis materia sive objectum. c. 1—6.
α. Caput primum: De amicitia in genere.
αα. Agendum esse de amicitia philosopho morali, variis argumentis probatur. §. 1—5.
a. Prima ratio. Amicitiam esse virtutem quandam aut cum virtute conjunctam. §. 1, l. 2.
b. Secunda ratio. Amicitiam esse rem, quae ad vitam degendam maxime sit necessaria et felicibus et egentibus omnique aetati. §. 1—2.
c. Tertia ratio. Amicitiam homini inesse natura. §. 3.
d. Quarta ratio. Amicitiam continere civitates, et latoribus legum curae esse. §. 4.
e. Quinta ratio. Amicitiam non esse solum necessariam, sed etiam honestam. §. 5.
ββ. Afferuntur opiniones priscorum de amicitia, cum alii inter similes, alii disputationem altius et magis a natura repetentes inter dissimiles amicitiam esse statuant. §. 6.
γγ. Ad mores pertinere duas de amicitia quaestiones: Utrum inter omnes possit esse amicitia, an inter malos non possit; et utrum unica sit amicitiae species, an plures. §. 7.
β. Caput secundum: De amabili. Proponitur definitio amicitiae.
αα. Amabile esse bonum, jucundum et utile, vel simpliciter vel quod ita videbitur. §. 1—2.
ββ. Benevolentiam esse cupere, ut amabilia alteri contingant. §. 3.
γγ. Amicitiam esse benevolentiam reciprocam, non occultam neque incognitam. §. 4.
γ. Caput tertium: De tribus amicitiae speciebus, quae rebus amabilibus pari numero respondent.
αα. Imperfectas esse eas amicitias, quae voluptatis vel utilitatis causa contrahuntur. §. 1—5.
a. Has amicitias esse inter eos, qui se non propter se ipsos amant, sed ex eventu propter aliud quid. §. 1—2.
b. Dirimi facile ejusmodi amicitias, si non amplius jucundum et utile praebent. §. 3.
c. Amicitiam propter utile jungi maxime inter senes, amicitiam propter jucundum inter juvenes plerumque cerni. §. 4—5.
ββ. Perfectam amicitiam virtutis causa suscipi. §. 6—9
a. Ejusmodi amicos esse maxime amicos, amicitiamque talem maxime stabilem et optimam. §. 6—7.

b. Talem amicitiam esse raram et non facile contrahi, esti amicitiae conciliandae voluntas celeriter suscipiatur. §. 8—9.

δ. Caput quartum: Conferuntur hae tres amicitiae species inter se.

αα. In quibus similitudinem habere videantur imperfectae amicitiae cum amicitia perfecta. §. 1—2.

ββ. Quam habeat dissimilitudinem amicitia utilis cum jucunda, et quomodo ipsae differant ab illa. §. 3—7.

a. Imperfectas amicitias etiam inter malos intercedere posse. §. 3.

b. Solam virorum bonorum amicitiam criminationibus et calumniis vacare. §. 4.

c. Honestam amicitiam proprie dici amicitiam, reliquas vero ex similitudine. §. 5.

d. Imperfectas amicitias non saepe copulatas reperiri. §. 6.

e. Bonos esse simpliciter amicos, ceteros ex accidenti. §. 7.

ε. Caput quintum: Qui dicendi amici et qui ad amicitiam apti.

αα. Cum sit amicitia aut habitus aut operatio, operationis cessatione diuturna habitum quoque inobscurari. §. 1.

ββ. Neque senes neque austeros ad amicitiam esse idoneos, sed eos, qui inter se probati et accepti communi vitae consuetudine devinciuntur et boni sunt. §. 2—4.

γγ. Amicitiam esse potius habitum, quam affectum; cujus rei tres rationes afferuntur. §. 5.

a. Amicitiam esse ex proposito. l. 1—4.

b. Amicitiam esse cum electione boni conjunctam. l. 4—8.

c. Amicitiam consistere in aequa retributione boni et jucundi. l. 8—11.

ζ. Caput sextum: In qua amicitia plures esse possint amici.

αα. Etsi senes et austeri minus quam juvenes ad amicitiam apti sint, tamen benevolos inter se esse posse. §. 1.

ββ. Perfectam cum multis amicitiam nemini intercedere posse duabus de causis. §. 2—3.

a. Summum raro contingere. §. 2.

b. Bonorum amicitiam indigere longa experientia et consuetudine. §. 3.

γγ. Amicitiam jucunditatis causa factam magis esse amicitiam ea, quae est ob utilitatem. §. 4.

δδ. Qui sunt auctoritate aliqua et potestate praediti distinctis et divisis amicis uti. §. 5—6.

εε. Amicitiae species hactenus expositas in aequalitate positas esse. Summa eorum, quae de iis dicta sunt, repetitur. §. 7—8.

b. De amicitia inaequalium. Ratio habetur potissimum formae et personae. c. 7—12.

α. Caput septimum: De amicitiae genere, quod in excellentia positum est.

αα. Huic ipsi generi plures esse species inter se omnimodo diversas. §. 1—2.

ββ. Permanere hujusmodi amicitias, si primo aequale quod est in quantitate, secundo aequale quod est in dignitate proportione restituitur. §. 3—5.

γγ. Si tamen distantia fit nimia, amicitiam durare non posse. §. 6—9.

β. Caput octavum: Amicum magis consistere in eo ut amet, quam ut ametur.

αα. Cupere plurimos amari magis quam amare, quia honore tanquam beneficii accipiendi indicio et pignore delectantur. §. 1—2.

ββ. Amare esse proprium et virtutem et vinculum etiam inaequalium amicitiarum, non tamen posse diu nisi inter bonos existere. §. 3—5.

γγ. Stabiliorem oppositorum amicitiam esse, quo magis mutuo amore ex extremis ad mediocritatem quandam, quae est bona, pervenire cupiant. §. 6—8.

γ. Caput nonum: De civili amicitia.

αα. Amicitiam omnem, eodem modo ac justitiam, consistere in societate. §. 1—3.

ββ. Omnes societates ad civilem societatem revocari, et membra ejus esse. §. 4—6.

δ. Caput decimum: De tribus reipublicae generibus, eorumque declinationibus.

αα. Tres reipublicae species esse regnum, optimatium principatum et timocratiam sive politiam. §. 1.

ββ. Comparantur hae reipublicae species cum suis declinationibus, tyrannide oligarchia democratia. §. 2—5.

a. Tyrannidem, utpote regni, i. e. optimae civitatis, declinationem, esse pessimam, suam tantum cum spectet utilitatem, rex eorum, quibus imperat. §. 2—3.

b. Ex aristocratia in oligarchiam fieri commutationem, quando pauci imperio potiuntur, iique improbi ac vitiosi. §. 4.

c. Democratiam e timocratia mutatam minimum vitiosam esse reipublicae formam. §. 5.

γγ. Similitudines harum reipublicae specierum e familiis privatis sumi posse. §. 6—8.

a. Regnum patriam potestatem imitari, sed posse in tyrannidem abire. §. 6.

b. Jus conjugale ad aristocratiam proxime accedens fieri oligarchiam, marito omnia curante aut divite uxore imperante. §. 7.

c. Fraternam societatem timocratiae similem, si depravetur, in democratiam mutari. §. 8.

ε. Caput undecimum: De amicitiis, quae exstant in his diversis societatibus sive publicis sive privatis.

αα. De amicitia in societatibus rectis exstante. §. 1—5.

a. De amicitia regni et patriae potestatis. §. 1—3.

b. De amicitia aristocratiae et juris conjugalis. §. 4.

c. De amicitia timocratiae et fratrum. §. 5.

ββ. De amicitia in perversis societatibus exstante. §. 6—9.

a. In tyrannide et domini cum servo minimam esse amicitiam. §. 6—8.

ε. In democratia manere plurimum amicitiae, cum cives sint inter se pares. §. 9.

ζ. Caput duodecimum: Amicitiae societates partim natura, partim pactionibus constare.

αα. Civitatem et ejusmodi societates consensu et pacto constare. §. 1.

ββ. Amicitias consanguineorum a natura profectas pendere omnes e paterna. §. 2—6.

γγ. Inter virum et uxorem amicitiam non pacto solum, sed natura maxime fieri. §. 7—10.

c. De criminationibus et querelis amicorum. c. 13—14.

α. Caput tertium decimum: De criminationibus et querelis amicorum aequalium.

αα. Ejusmodi querelas locum non habere in amicitia bonorum et in ea, quae propter jucunditatem conciliatur. §. 1—3.

ββ. In amicitiae utilis utraque specie, sive legitima sive morali, querelas oriri plurimas. §. 4—8.

γγ. Quomodo ejusmodi criminationes praecaveri, vel ortae e medio tolli possint. §. 9—11.

β. Caput quartum decimum: De criminationibus et querelis amicorum inaequalium.

αα. Ejusmodi amicos dissentire et fieri querelas ab iis, quia postulat uterque, ut plus sibi tribuatur quam habeat. §. 1.

ββ. Cum aequa videatur utriusque postulatio, meliori plus honoris, egenti plus quaestus et emolumenti tribuendum esse. §. 2—5.

γγ. A minore, utpote semper melioris beneficiis obstricto, hunc abdicari nunquam posse, a meliore minorem posse. §. 6.

2. De accidentibus amicitiae. Variae proprietates proponuntur, solvuntur quaestiones sive dubitationes. Liber nonus.

a. Difficultates, quae circa aequalitatem constituendam aut turbatam versantur. c. 1—3.

α. Caput primum: Quomodo aequalitate introducenda conserventur amicitiae materiam spectantes.

αα. Difficultatem inde oriri, quod, qua mensura aequalitas constituatur, certis modis circumscribi non possit. §. 1—5.

ββ. In vera amicitia e consilio dantis faciendam remunerationem esse: in reliquis eam, quae utrique digna beneficio esse videatur, aut saltem accipienti. §. 6—11.

β. Caput secundum: Difficultates versantes circa aequam retributionem in amicitiis formam spectantibus instituendam.

αα. Proponuntur dubitationes. §. 1.

a. Prima dubitatio. Utrum oporteat filium tribuere omnia patri et in omnibus obedire, necne. l. 1—4.

b. Secunda dubitatio. Amicone potius, quam viro bono opera danda sit. l. 4—5.

c. Tertia dubitatio. Eine qui bene meritus est gratia sit referenda potius, quam sodali donandum. l. 5—7.

ββ. Tolluntur dubitationes. §. 2—10.

a. Solutio generalis: Unicuique e dignitate, et ut oportet tribuendum esse. §. 2 (§. 8, l. 1—4).

b. Solutiones particulares. §. 3—10.

aa. Prima solutio. Tollitur tertia dubitatio. §. 3—6.
aaa. Simpliciter beneficia potius reddenda esse, quam sodali gratificandum. §. 3.
bbb. Interdum honestius et magis necessarium esse amico subvenire, quam beneficium reddere. §. 4.—§. 5, l. 4.
ccc. Interdum ne aequum quidem esse parem gratiam referre, improbo scilicet viro. §. 5, l. 4—§. 6.
bb. Secunda solutio. Tollitur prima dubitatio. Quae singulis tribui oporteat, recensentur. §. 7—10.
aaa. Non eadem omnibus, neque patri omnia tribuenda esse. §. 7.
bbb. Consanguineos ad nuptias invitandos, ipsis vero ad funera accedendum esse. §. 8.
ccc. Parentibus victum necessarium et honorem, omni aetati grandiori honorem, sodalibus et fratribus orationis libertatem tribuendam esse, et sic deinceps. §. 9—10.
γ. Caput tertium: An, si mutuum et aequalitas in amore non servetur, amicitia sit dirimenda.
αα. Quando amicitiae utiles et jucundae dissocientur. §. 1—2.
a. Si amici iidem non permanent neque eadem praestant. §. 1, l. 1—6.
b. Si nomine verae amicitiae jucunda tantum et utilia quaesiverunt. §. 1. fin. — §. 2.
ββ. Quando verae amicitiae vincula solvantur. §. 3—5.
a. Si alter improbus factus est, discindendam amicitiam cum eo demum, cujus improbitas insanabilis. §. 3.
b. Sin amicorum (praesertim jam inde a pueritia conjunctorum) alter longe melior fiat, ita ut nimia distantia amicitiam permanere non sinat, aliquid tamen concedendum esse amicitiae pristinae. §. 4—5.
b. Solutiones nonnullae pertinentes ad operationes et proprietates verae amicitiae explanandas. c. 4—7.
α. Caput quartum: De origine verae amicitiae.
αα. Operationes et officia verae amicitiae, quae recensentur, originem habere ex iis, quae sibi quisque tribuit. §. 1.
a. Amicum poni, qui et amicum bonis ornatum esse cupit et ornat ipse quam plurimis illius gratia: l. 3—5.
b. aut eum, qui amicum vult esse et vivere ipsius causa. l. 5—7.
c. Quosdam autem amicum eum esse dicere, qui versetur una cum amico et eadem expetat: l. 7—8.
d. aut eum, qui doleat una atque gaudeat cum amico. l. 8—9.
ββ. In viro bono unumquidque horum, quae tribuit amicis, inesse erga se ipsum. §. 2—6.
a. Bonum velle, bona sibi evenire; bonum bona agere sui ipsius causa. §. 3, l. 1—4.
b. Bonum velle, se ipsum vivere et salvum esse. §. 3, l. 4.—§. 4.
c. Secum vivere bonum velle. §. 5.
d. Dolere et laetari una secum maxime. §. 6.

γγ. Cum bonus in amicum ita ut se ipsum amat sit animatus, amicitiam esse virtutem vereque amicos viros bonos. §. 7—8.

δδ. Improbos verae amicitiae esse expertes, cum haec omnia in iis erga se ipsos non insint. §. 9—12.

a. Pugnare secum improbos ac dissidere, spretisque bonis jucunda et damnosa sumere. §. 10.

b. Vitam eos fugere sibique manus inferre. §. 11, l. 1—3.

c. Se ipsos fugere, nec ullo erga se amoris affectu commoveri. §. 11, l. 3—8.

d. Neque secum una laetari neque secum pari dolore affici. §. 12.

εε. Improbos, cum nec se ipsos ament neque aliorum sint amici, esse valde miseros. §. 13.

β. Caput quintum: De benevolentia. Utrum benevolentia sit amicitia, an potius amicitiae principium.

αα. Benevolentiam non esse amicitiam neque amationem. §. 1—2.

ββ. Benevolentiam esse principium amicitiae. §. 3.

γγ. Non amicitiae utilis aut jucundae, sed verae amicitiae benevolentiam esse principium. §. 4—5.

γ. Caput sextum: De concordia. Utrum concordia sit amicitia, an solum ad eam pertineat.

αα. Concordiam non esse opinionum consensum, sed versari circa ea quae aguntur a nobis. §. 1—2.

ββ. Concordiam esse amicitiam civilem et bonorum. §. 3.

γγ. Malos concordes esse non posse. §. 4.

δ. Caput septimum: De beneficentia. Quare benefici eos, de quibus bene meriti sunt, vehementius ament, quam ii, qui beneficio affecti sunt, bene de se meritos.

αα. Ab eo qui beneficium contulit non spe recipiendi eum qui accepit magis amari, cum et hac spe destitutus nihilominus beneficus amet. §. 1—3.

ββ. Unumquemque opus suum diligere, cum simus operando nostrum quodammodo opus. §. 4—5.

γγ. Beneficum retinere memoriam pulchri facti, eum qui accepit utilitatis praeteritae oblivisci. §. 6—7.

δδ. Omnes ea magis amare quae magno labore consecuti sunt, conferre autem beneficium laboriosius quam accipere. §. 8.

c. Dubitationes circa amicitiam ex parte ipsius amantis propositae. c. 8—9.

α. Caput octavum: De amore sui. Utrum se ipsum maxime, an alium, amare conveniat.

αα. Contrariae opiniones de amore sui enarrantur. §. 1—2.

a. Hominem improbum omnia sua causa agere. §. 1.

b. Unumquemque hominem se ipsum maximis bonis ornatum velle. §. 2.

ββ. Ad solvendam difficultatem distingui debere, quo sensu amans sui accipiatur. §. 3—6.

a. Amantem sui vituperari eum, qui bonorum ad animae partem rationis expertem pertinentium majorem partem sibi tribuit et vindicat. §. 4.

b. Qui virtutum omnium maximam partem sibi tribuit et

animae suae meliorem partem, sc. ratione praeditam, maxime amat, eum, cum sit amantissimus sui, tamen laudari. §. 5—6.

γγ. Tollitur dubitatio de amore sui. §. 7—12.

a. Bonum sui amantem esse oportere, improbum vero non. §. 7—8.

b. Bonum, etsi amantem sui, tamen externorum bonorum atque adeo vitae jacturam amicorum aut patriae causa esse facturum, cum honestatem sibi relinquens majus sibi ipsi bonum tribuat. §. 9—10.

c. Quin et honesta nonnunquam amico facienda relicturum esse. §. 11.

β. Caput nonum: Utrum aliquando futurum sit ut amicis egeat beatus, necne.

αα. Contrariae opiniones hac de re proponuntur. §. 1—4.

a. Beato amicos non opus esse, cum omnium bonorum copia ei suppetat. §. 1.

b. Etiam beato amicos tribuendos esse. §. 2—4.

aa. Amicos maximum esse externorum bonorum. §. 2, l. 1—3.

bb. Beato amicos necessarios esse ad benefaciendum. §. 2. med. — §. 3.

cc. Absurdum esse, solitarium facere beatum. §. 4.

ββ. Solvitur difficultas quibusdam moralibus rationibus. §. 5—9.

a. Beato non opus esse amicos utiles et jucundos. §. 5.

b. Veram amicitiam beato necessariam esse. §. 6—10.

aa. Cum beatus bonas et honestas actiones intueri exoptet, facilius autem alterius quam nostras intueri possimus, beatum bonis egere amicis. §. 6—7.

bb. Solitariam vitam agenti assiduam et jucundam operationem, quam postulat beatitudo, facile contingere non posse. §. 8—9.

cc. E consuetudine et convictu bonorum virorum exercitationem quandam virtutis capi posse. §. 10, l. 1—2.

γγ. Tollitur dubitatio argumento magis e rerum natura petito sive metaphysico: Bonum virum bono optabilem amicum esse natura. §. 10—14.

a. Vitam, quae est potentia sentiendi et intelligendi, ad operationem deductam, viro bono per se bonam atque jucundam esse. §. 10—11.

b. Atqui sentire et intelligere nos sentire et intelligere, i. e. sentire et intelligere nos esse, per se bonum et jucundum esse. §. 12.

c. Ergo viro bono, cum amicus sit alter ipse, in societate victus atque vitae et in communicatione sermonis et cogitationis se esse sentienti et intelligenti dum amicum esse sentit et intelligit, amicum in rebus per se optabilibus habendum esse. §. 13—14.

d. Quaestiones et solutiones ad amicitiam pertinentes ex parte eorum, qui amantur. c. 10—12.

a. Caput decimum: Quot amici sint adsciscendi, multi an pauci.

αα. Quaestio proponitur. §. 1.

ββ. Difficultas solvitur ratione habita diversarum amicitiae specierum. §. 2—7.

a. Amicos utiles et jucundos non multos adsciscendos esse, quia utilibus nimiam gratiam referre deberes, jucundi pauci sufficiunt, quemadmodum in cibis condimentum. §. 2.

b. Veros amicos etiam non posse multos comparari. §. 3—6.

aa. Fieri non posse, ut quis cum multis vivat iisque omnibus sese dedat atque impertiat. §. 3.

bb. Difficile esse multos amicos etiam inter se usu et consuetudine vitae conjunctos esse. §. 4.

cc. Communi cum multis laetitia doloreque affici, difficile esse, ut et multos vehementer amare. §. 5.

dd. Amicitias, quae omnium sermone famaque celebrantur, inter duos tantum fuisse. §. 6.

c. In civili amicitiae specie fieri posse, ut quis sit multis amicus. §. 7.

β. Caput undecimum: Utrum in rebus secundis magis, an in adversis amici opus sint.

αα. Proponitur quaestio: Amicitiam in rebus adversis videri magis necessariam, in secundis pulchriorem atque honestiorem. §. 1.

ββ. Tollitur dubitatio: Praesentiam amicorum esse per se jucundam et in adversis et in secundis rebus. §. 2—5.

a. De praesentia amicorum in rebus adversis. §. 2—4.

aa. Levari dolore eos qui dolent, amicis aequam doloris partem ferentibus. §. 2.

bb. Amicorum praesentiam mixtam quandam esse minimeque simplicem, cum, etsi insit in amico quaedam vis consolandi, tamen sentire, amicum suum molestia e suis casibus adversis affici, grave ac molestum sit. §. 3—4.

b. Amicorum praesentiam in rebus secundis semper per se jucundam esse. §. 5, l. 1—4.

γγ. Praecepta quaedam observanda erga amicos tum in prosperis rebus tum in adversis. §. 5—6.

a. Amicos ad res secundas cupide studioseque vocandos, ad dubias autem et adversas dubitanter ac timide. §. 5, l. 4—11.

b. Ad eos, quos adversa et iniqua fortuna premit, cupide et ultro eundum esse, nec exspectandum dum voceris; ad res secundas, ut in rebus agendis adjutor sis, alacriter et cursim eundum esse: ut vero beneficium accipias, gradatim ac pedetentim. §. 6.

γ. Caput duodecimum: De praecipuo munere amicitiae.

αα. Vitae societatem in amicitia maxime requiri, quia cujusvis rei gratia quisque vivere exoptat, in ea vult cum amicis vitam traducere. §. 1—2.

ββ. In bonorum et malorum amicitia id, quod sunt utrique, quotidiano commercio et congressu amplificari. §. 3.

III. De voluptate et felicitate: Liber decimus.

1. De voluptate: c. 1—5.

a. Caput primum: Ad moralem philosophum pertinere considerationem voluptatis.

α. Voluptatem esse nostro generi conjunctissimam. §. 1, l. 1—4.

β. Ad gignendam virtutem dolorem et voluptatem maximi momenti esse. §. 1, l. 4—9.

γ. De voluptate magnam esse controversiam, ita ut veri sermones non solum ad cognitionem, verum etiam ad vitam bene degendam sint perutiles. §. 2—5.

b. Veterum opiniones de voluptate enumerantur et examinantur. c. 2—3.

α. Caput secundum: Sententia Eudoxi de voluptate consideratur.

αα. Proponitur Eudoxi opinio, voluptatem esse summum bonum, quam quatuor firmare studeat rationibus: §. 1—4.

a. Eam omnia animalia et ratione praedita et rationis expertia desiderare et appetere. §. 1—2.

b. Voluptatem omnibus expetendam esse, cum dolor, cui est contraria, per se omnibus fugiendus sit. §. 3, l. 1—3.

c. Voluptatem sua causa, non ob aliud esse expetendam. §. 3, l. 4—8.

d. Voluptatem cuivis bono additam facere illud magis expetendum. §. 3, l. 8.— §. 4.

ββ. Afferuntur rationes eorum, qui Eudoxi opinionem reprobabant, et infringuntur. §. 5—7.

a. E quarta Eudoxi ratione Platonem contra probare voluisse, voluptatem non esse summum bonum. §. 5.

b. Nihil dicere qui primam Eudoxi rationem impugnant, negantes id esse bonum quod omnia desiderant atque appetunt: cum non sola mentis expertia voluptates appetant, sed etiam ea, quae sapiunt et prudenter sentiunt. §. 6.

c. Eos, qui contra secundam Eudoxi rationem disputantes et mala sibi contraria esse dicunt, in quibusdam hoc recte contendere, in voluptate minime, cum illa quidem non fugienda sit. §. 7.

β. Caput tertium: Dicentium voluptatem non esse bonum refutatio, etsi non omnis expetenda sit.

αα. Voluptatem non ideo non esse bonum, quod non sit qualitas, cum etiam virtutis operationes et beatitudo non sint qualitates. §. 1, l. 1—4.

ββ. Neque vero voluptatem a bono sejungendam esse, quod non sit terminata, sed plus et minus suscipiat, cum et virtutes et valetudo, quae sunt bonae, intendi et remitti possint. §. 1, l. 4. — §. 3.

γγ. Refutantur qui dicunt, voluptatem non esse bonum, quia sit motus et ortus, atque ideo imperfecta, bonum autem perfectum. §. 4—8.

a. Voluptatem non esse motum, quia celeritas et tarditas in ipsa voluptatis operatione inesse non potest. §. 4.

b. Voluptatem non esse generationem. §. 5—8.

aa. Quia non corrumpitur in id, ex quo orta est. §. 5, l. 1—3.

bb. Quia non cujus rei ortus esset voluptas, ejus rei interitus est dolor. §. 5, l. 3—4.

cc. Quia non est expletio corporis, sed expletione corporis facta animus laetatur, cum tamen et aliae sint voluptates, quae nullo praecedente dolore existant. §. 6—8.

δδ. Refutantur qui dicunt, voluptatem non esse bonum, quia nonnullae voluptates sint turpes et probrosae. §. 9—15.

a. Prima solutio. Turpes voluptates non per se jucundas esse, sed male affectis. §. 9.

b. Secunda solutio. Voluptatem esse per se expetendam, sed non quae a rebus turpibus proficiscatur. §. 10.

c. Tertia solutio. Specie voluptates inter se differre, ita ut quae e rebus honestis capiuntur per se expetendae sint, aliae ne expetendae quidem neque bonae. §. 11—15.

c. Explicatio voluptatis. c. 4—5.

α. Caput quartum: De essentia voluptatis in genere. Quidnam sit voluptas, et quomodo omnem operationem perficiat.

αα. Quid voluptas non sit. Voluptatem non esse motum neque ortum. §. 1 – 5.

a. Voluptatem in quovis temporis momento perfectam esse, motum autem in pluribus demum temporis partibus. §. 1—4.

b. Fieri non posse, ut quis moveatur, nisi in tempore; sed ut voluptate afficiatur, posse. §. 5.

ββ. Quid voluptas sit. Naturam ejus in eo positam esse, ut omnem operationem perficiat. §. 6—9.

a. Unamquamque operationem jucundissimam esse et perfectissimam, cujus facultas bene affecta est ad eorum, quae sub ipsam cadunt, optimum. §. 6.

b. Operationem a voluptate perfici, non tamen eodem modo, quo res sensui subjecta et sensus ipse operationem perficiunt. §. 7.

c. Voluptatem in unoquoque sensu semper perfectissimam futuram, dummodo praesto sit optimum quidque agens et patiens. §. 8.

d. Perfici operationem a voluptate non tanquam habitu penitus insito, sed tanquam fine quodam subsequente. §. 9.

γγ. Quaestiones nonnullae solvuntur ad declaranda quaedam voluptatis accidentia. §. 10—12.

a. Perpetuam voluptatem gigni non posse, quia operatio non est assidua, et nonnulla non delectant, nisi quamdiu nova sunt. §. 10.

b. Omnes idcirco expetere voluptatem, quod vitae, cujus omnes cupidi sunt, operationem perficit. §. 11.

c. Ne quaeramus, utrum vita propter voluptatem, an voluptas propter vitam expetatur, cum alterum ab altero sejungi non possit. §. 15.

β. Caput quintum: Voluptates inter se specie differre.

αα. Specie differre voluptates e diversitate operationum. §. 1—6.

a. Prima ratio. Perfectiones operationum specie diversarum diversas esse specie. §. 1. — §. 2, l. 3.

b. Secunda ratio. Unamquamque voluptatem, cum operationi suae conjuncta sit utpote augens eam, ab aliena operatione specie esse diversam. §. 2.

c. Tertia ratio. Cum alienae voluptates operationi cuique sint impedimento aeque ac ipsius dolores, propriae autem ae-

curatiorem, diuturniorem et meliorem eam reddant, voluptates specie inter se differre. §. 3—6.

ββ. Voluptates specie differre respectu probitatis et improbitatis, quia operationes bonitate et vitio inter se differunt. §. 7.

γγ. Ostenditur diversitas voluptatum ex operationum diversa sinceritate. §. 8.

δδ. Specie inter se differre voluptates propter diversitatem subjectorum, in quibus suscipiuntur. §. 9—12.

a. Animalium, quae specie differunt, specie quoque differre voluptates. §. 9.

b. In ipso genere humano maximam voluptatum varietatem intercedere. §. 10.

c. Bonas esse voluptates, quae bono viro tales videntur. §. 11.

d. Hominis voluptates eas solas proprie dicendas esse, quae perfecti et beati viri operationes perficiunt. §. 12.

2. De felicitate: c. 6—8.

a. Caput sextum: De beatitudine in genere.

α. Beatitudinem non esse habitum, sed operationem per se optabilem. §. 1—2.

β. Cur non in ludo vita beata posita sit, sed in actionibus virtuti consentaneis. §. 3—7.

αα. Prima ratio. Operationem e ludo et joco profectam viro bono, tanquam normae et regulae boni, non optimam videri. §. 3—5.

ββ. Secunda ratio. Ludum, ut requiem, non finem esse, cum operationis gratia quiescamus et cessemus. §. 6.

γγ. Tertia ratio. Meliores esse res serias ridiculis ludicrisque ac jocosis. §. 7.

γ. Corporis voluptatum operatione beatam vitam non contineri. §. 8.

b. Caput septimum: De beatitudine contemplativa.

α. Praestantissimam beatitudinem esse operationem secundum virtutem mentis, i. e. ejus quod eorum quae in nobis sunt est divinissimum. §. 1.

β. Cur beatitudo contemplativa sit praestantissima. §. 2—7.

αα. Prima ratio. Contemplationem esse perfectissimam operationem. §. 2, l. 3—5.

ββ. Secunda ratio. Contemplationem esse maxime assiduam operationem. §. 2, l. 5—7.

γγ. Tertia ratio. Sapientiam esse jucundissimam, purissimam et stabilissimam omnium virtutis operationum. §. 3.

δδ. Quarta ratio. Beatitudinem, quae in rerum contemplatione versatur, maxime sibi sufficientem esse, alienaque ope indigere minime. §. 4.

εε. Quinta ratio. Felicitatem contemplativam solam propter se diligi. §. 5.

ζζ. Sexta ratio. Contemplationem in otio videri sitam. §. 6—7.

γ. Summam hanc beatitudinem, quamvis non sit hominis, homini tamen competere, cum sit homo quod in eo inest divinissimum. §. 8—10.

c. Caput octavum: De beatitudine activa.

α. Felicitatem activam inferiorem esse contemplativa. §. 1—8.

αα. Prima ratio. Felicitatem activam esse humanam, contemplativam vero divinam. §. 1—3.

ββ. Secunda ratio. Contemplationem externorum bonorum copia parum admodum aut minus egere, quam eum beatitudinem quae moribus continetur. §. 4—6.

γγ. Tertia ratio. Deos sola beatitudine, quae in rerum contemplatione posita est, frui, secundum virtutes morales non operari. §. 7.

δδ. Quarta ratio. Animalibus, quae felicitatis sunt expertia, penitus nullam esse contemplationis communitatem. §. 8.

β. Opus esse homini ad beatitudinem externis quoque bonis corporis et fortunae ceu adjunctis quibusdam et praesidiis. §. 9—14.

αα. Posse unumquemque, bonis mediocribus instructum, quae virtuti consentanea sunt administrare. §. 10.

ββ. Confirmatur hoc Solonis et Anaxagorae dictis ipsaque experientia. §. 11—13.

γγ. Cum sapiens Diis sit carissimus, utpote curam habens eorum, quae ipsis cara sunt, Deos gratiam ei referre et beneficiis ornare. §. 14.

3. Epilogus: Caput nonum.

a. Quid valeant moralia praecepta ad gignendam virtutem. §. 1—9.

α. Non satis esse cognoscere haec praecepta, sed oportere deducamus in actum et exsequamur. §. 1—2.

β. Doctrinam et naturam solas non sufficere ad bonitatem virtutemque comparandam. §. 3—5.

γ. Oportere legum vi honestis officiis assuefiamus. §. 6—9.

b. Educatione cives ad virtutem instituendos esse. §. 10—14.

α. Optimum esse, civium institutionem communiter ab omnibus et recte procurari. §. 10. — §. 11, l. 2.

β. Ubi privatim pater suis liberis ad virtutem comparandam operam navat, legum ferendarum scientiam consequi debere, cum ita demum hoc efficere posse videatur maxime. §. 11.

γ. Singulas et privatas institutiones a communibus eo differre, quod in illis singulo subtilior et limatior cura adhiberi potest, quamquam optime singulorum curam rationemque habebit, qui genus universum cognoverit, i. e. scientiam possederit. §. 12—14.

c. Unde et quonammodo haec scientia legum ferendarum acquiri possit. §. 15—22.

α. Quamvis facultas legum ferendarum politicae pars sit, tamen qui in republica gerenda versantur, hanc scientiam docere non posse, quum experientia potius quam doctrina ducti id agere videantur. §. 15—16.

β. Sophistas, qui hanc facultatem se tradituros profitentur, ab eo longissime abesse, ut docere possint, cum neque quid ea sit neque quibus in rebus versetur sciant. §. 17—19.

γ. Cum veteres philosophi legum ferendarum rationem accuratius exquirere praetermiserint, ab auctore, politicen a se ipso tractandam esse pollicito, illius operis, ad quod transit, ordinem partitionemque indicari. §. 20—22.

Commentarius

ad

Aristotelis Ethica Nicomachea.

Νικομαχείων) In ordinem, qui nunc exstat, has Aristotelis de Moribus praelectiones fortasse vel filius ejus Nicomachus, qui a Theophrasto institutus libros patris manuscriptos Theophrasto hereditate relictos adire potuit. Vel si maturius in bello occidit, quam ut hoc ipsum aggredi aut absolvere potuerit, Theophrastus aut perfecit, quae ille inchoata reliquit; aut ipse omnem in his libris operam consumsit, eosque auctoris et magistri sui filio dicavit. Eandem enim operam etiam Politicis tribuisse videtur, quae arctissime nostris cum Ethicis cohaerent. Cujus rei et alia sunt vestigia, et illud imprimis quod Πολιτικά apud Diogenem Laërtium non solum in elencho librorum Theophrasti (V, §. 45), verum etiam in elencho librorum Aristoteleorum (V, §. 24), et posteriore loco ita occurrunt: Πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου. Explicabis igitur Νικομαχείων nomen, utro volueris modo. Verisimilior sane prior explicatio, cum etiam Eudemus discipulus aliam Aristotelis seriore, ut videtur, tempore habitam in Lyceo de Moribus praelectionem in ordinem redegerit et publici juris fecerit, Ethica Eudemia nominatam. Qua in editione Moralium Aristotelis Ethica Nicomachea saepe explicantur, jamque incipit quod plura post saecula in Andronici Rhodii Peripatetici Paraphrasi apertius cernitur. Nec alia est Magnorum Moralium conditio, ratio et finis. Genuinae sunt uniuscujusque horum operum sententiae, sed ipsissima Aristotelis verba is

procul dubio maxime servavit. qui Nicomachea edidit, quamquam et reliqui Aristotelis verba saepe aut plerumque servasse videntur; nam praeterquam quod tres libri Nicomacheorum (V-VII) in Eudemiis (IV-VI) recurrunt toti, qui saltem sint genuini oportet, potuit ipse Aristoteles in diversis praelectionibus hoc illudve magis aut minus explicare et paulo secus proponere. Ad quid exile igitur revocetur quaestio, quodnam sit genuinum Aristotelis de Moribus opus, vides. Vero tamen simillimum, Aristotelem jam ipsum hasce quidem praelectiones ex schedulis suis in ordinem redegisse et, si vis, filio suo dicasse: quod exemplum Cicero imitatus esset, Marco filio suos de Officiis cum dicaret libros. Quod vero Samuel Petitus multis verbis probare conatur, Nicomacho filio non fuisse inscripta haec Ethica ab Aristotele, sed alterum esse Nicomachum ab ejus filio deque ejus amicis unum, id mihi levioribus argumentis niti videtur. — Piget hic repetere aliorum measque ipsius rationes, quibus optimo jure prae ceteris Nicomachea Ethica genuinum Aristotelis opus vocari possint. Id solum addam, hoc Aristotelis opus, ut reliqua omnia, ex brevioribus commentationibus consarcinatum fuisse, quae quidem vivo Aristotele in lucem prodierint, cum unaquaeque disciplina, e qua excerptae fuerint, in admirabilem illum quem habemus ordinem jam ab ipso Aristotele sive quodam ejus discipulo redacta, in libris Aristotelis manu scriptis latitaverit, qui hereditate ad Nelei prolem, ut notum est, transmissi, in cella illa subterranea Scepsia absconditi fuerunt, donec Apollonius Tejus et Rhodius Andronicus eos ediderint. Leguntur autem commentationum illarum de Moribus tituli in elencho librorum Aristotelis apud Diogenem Laërtium (V, §. 22-26): *περὶ ἀρετῶν* (Lib. II, III, c. 6 — fin, IV, nostrorum Ethicorum); *περὶ ἑκουσίου* (Lib. III, c. 1-5); *περὶ δικαιοσύνης* (Lib. V.); *περὶ φιλίας* (Lib. VIII-IX); *περὶ ἡδονῆς* (X, c. 1-5) etc. Plerumque enim non integra opera Aristotelis, sed singulos libros vel singula volumina diversarum disciplinarum Diogenes in elencho suo enumeravit. Cf. de tota hac disquisitione: Cicer. de Fin. V, 5; Sam. Petiti *Miscellaneorum* L. IV, c. 10, p. 53-63; Garve in praefatione versioni

praemissa, p. XII-XIII; Schleiermacher, *Grundlinien einer Kritik der bisherigen Sittenlehre*, p. 154-155; Zellium in praefatione editioni praemissa, p. XII-XIV; Michelet, *Die Ethik des Aristoteles in ihrem Verhältnisse zum Systeme der Moral*, p. 1-6, et *Examen critique du livre d' Aristote intitulé Métaphysique*, p. 206-209; Cardwelli Commentar. in Ethica Nicomachea, p. 1-2; Pansch, „De Ethicis Nicomacheis genuino Aristotelis libro. Dissertatio literaria;" Krische, *Jenaische Literatur-Zeitung, December*, 1835, p. 408. Anonymus de vita Aristotelis a Menagio (ad Diog. Laërt. V, §. 35) primum editus viginti libros Ethicorum in elencho operum Aristotelis citat; qui numerus expletur, si decem Ethicorum Nicomacheorum libris addas septem libros Eudemiorum, ambos Magnorum Moralium et librum singularem de vitiis et virtutibus.

LIBER I.

CAP. I. §. 1. *πᾶσα*) Saepissime Aristoteles, ut Eustratius jam adnotavit, initio librorum suorum propositione utitur universali; exempli gratia in Physicis, in Metaphysicis, in Analyticis posterioribus, De Coelo. Haec autem propositio praeclarissima est ad declarandam Aristotelis philosophandi rationem, quippe qui, ipsa experientiâ non neglecta, progrediatur in scientiam, quae causas et principia rerum contemplatur; quod enim omnibus singulis ejusdem generis commune est, id generi ipsi suapte natura contingit. — *μέθοδος*) Eustratius explicat: *ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου*, et addit recte, *μέθοδον* hoc loco scientiam ipsam significare, cum methodus ad veritatem ducat scientiamque prorsus efficiat. Quin et infra §. 3. *ἐπιστήμη* voci *μέθοδος* substituitur. In philosophia enim methodus et res ipsa, forma et argumentum, unum et idem sunt. — *προαίρεσις*) Quid sit propositum, explicat Aristoteles infra III, c. 2-3. — *ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι*) Sententia fusius explanatur infra libr. III, c. 4.

§. 2. *διαφορά*) Eodem modo *πρακτόν* et *ποιητόν*, *πρᾶξις*

et πεῖρσις distinguuntur infra libro VI, c. 2, §. 5 et c. 5, §. 4. Operatio ipsa finis est ex. gr. in actione philosophi veritatem contemplantis. Ejusmodi sunt quoque omnes virtutum actiones. Opus autem finis est textoris actione sua pannum efficientis, sutoris calceum, statuarii statuam etc. (Metaph. IX, c. 8). Sed etiam in artibus operatio, non opus, finis esse potest, ut notaverunt Paraphrastes et Eustratius; artis equitandi enim finis est bene equitare, non opus aliquod.

§. 4. ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν) ἀρετήν Vrat, CCC (in margine δύναμιν) et plerique Victorii codices (in quorum quidem margine item adscriptum δύναμιν), Aldina, Victorius, Turnebus, Morellius, Wilkinsonus, Zellius. Casaubonus δύναμιν edens primus veterem illam lectionem jure correxit. Est quidem ἀρετή saepissime sensu vulgari et improprio: *habitus*, *industria*, *peritia*. Sed artem et scientiam, quas hoc loco Aristoteles significari vult, solemni vocabulo semper δυνάμεις nuncupat, ut paulo infra c. 2, §. 3 et 6, et in Metaphysicis ubique; nec unquam totis in Ethicis ἀρετή alio sensu usurpatur, ac proprio sensu virtutis. Jam sensu nostram lectionem δύναμιν postulante, eam codicum quoque auctoritate confirmatam videmus. Ita enim legunt omnes sex Bekkeri codices (inter quos Laurentianus Cardwelli et Parisiensis meus A), praeterea B, C, Par, El, NC (in margine ἀρετήν), et nonnulli codices Victorii, Veneta, Paraphrastes, Eustratius, Argyropylus, Felicianus, Lambinus, Coraes, Cardwellus, Bekkerus. Eustratius: δύναμιν δὲ τὴν τέχνην ὠνόμασε διὰ τὸ ἔνυλον, ἡ γὰρ ὕλη δύναμις· καὶ αἱ τέχναι δυνάμεις ὡς ἐνδεχόμεναι καὶ τὸ ἐπαμφοτερίζειν ἔχουσαι περί τε ἀπότευξιν καὶ κατόρθωσιν (cf. Arist. Met, IX, 2, 8-9). Artes nimirum sunt merae facultates, necessitatem non habentes, cum materia, cui formas suas imprimunt, ut ad actum procedant, extrinsecus iis data sit. — χαλινοποιητική) Bekkerus unici codicis (Laurentiani, K[b]) auctoritatem secutus χαλινοποιική edidit, pugnante usu et analogia. Cardwellus ne affert quidem istam lectionem e suo codice. — δὲ τρόπον) δή pro δέ Bekk. sine varia codicum suorum lectione; sed saepius permutantur in libris istae particulae. — ἐν ἁπάσαις δέ) Particula δέ longa parenthesi interjecta, apodosin

enuntiationis, quae incipit ὅσαι δ᾽ εἰσί, ordiri videtur, omnium fere consensu; tum posita esset pro δή, quam solus exhibet M[b] et Coraes in textum recepit, apodosi, ut dicit, postulante. Sed recte jam vidit Krische (in Recensione hujus meae editionis: *Jenaische Literatur-Zeitung, December* 1835, p. 403), anacoluthon potius hic exstare, cum, parenthesi interjecta, ὅσαι δ᾽εἰσί mutatum sit in ἐν ἁπάσαις δέ, ita ut particula δέ tantum iteretur; cujus rei simile exemplum citat Metaph. I, 1 (p. 5, l. 4-7 ed. Brandis). Bekkeri igitur interpunctio claudicat. Nonnulli (inter quos Argyropylus ipse) distinguunt post τῶν τοιούτων, apodosin incipientes ab ὑπὸ μίαν: *Quaecunque vero hujusmodi sunt, uni alicui facultati subjiciuntur.* Sed primo duriusculum videtur omissum alterum εἰσί post δύναμιν. Deinde ne recte quidem se haberet sensus orationis. Non enim omnes artes hae earumque similes (hoc enim significat τῶν τοιούτων) sub unam aliquam facultatem reducuntur, cum dicat ipse in fine parenthesis, alias esse aliis subjectas. Et etiamsi exstat una aliqua summa facultas, sub quam eae, quas nominaverat, omnesque ceterae reducantur, nempe politica (cf. infra c. 2, §. 4-5), tamen de illa hoc quidem loco non jam cogitat Aristoteles, eam ipsam ob causam quod adhuc de pluribus ejusmodi facultatibus et de pluribus τέλεσιν ἀρχιτεκτονικοῖς loquitur. Denique inter eas ipsas artes, quas nominaverat, sunt quaedam praeeuntes atque imperantes (ἀρχιτεκτονικαί), exempli gratia στρατηγική, ut exponitur in parenthesi; ita ut non omnes hujusmodi artes subjectae dici possint. — τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη) Zellius Giphanium secutus: „Architectonicae facultates et artes eae sunt, quae principatum tenent et reliquarum ministerio utuntur; quemadmodum architectis in exstruendo aedificio deserviunt lignarii, ferrarii, fabri, ceteri.“ Paraphrastes addit, formam (εἶδος) et regulam (κανόνα) agendi ceteris ab ipsa porrigi arte principali.

§. 5. διαφέρει δ᾽οὐδέν) Eustratius et Paraphrastes recte explicant: Quamquam, in quibus artibus opera sunt praeter operationes, in iis opera operationibus praestantiora sunt (cf. supra §. 2), tamen fieri potest, ut arti principali, cujus finis est operatio, subjiciantur aliae artes, quibus opus finis est.

Ars enim equitandi ex. gr., cujus finis est bene equitare, praestat arti frenorum effectrici, cujus finis est frenum; similia de arte militari, cujus finis victoria est, dicenda sunt. Ceterum de scriptura οὐθέν pro οὐδέν dicit Coraes: *ἄστατος ἡ γραφὴ δι' ὅλου τοῦ παρόντος συγγράμματος, γραφομένης τῆς λέξεως οὐδὲν καὶ οὐθέν. Ἀλλ' ἐπεὶ πλεονάζει ἡ διὰ τοῦ θ γραφή, ἔτι δὲ καὶ ἡ διὰ τοῦ δ οὐκ ὀλιγάκις εἰς ἐκείνην μεταβάλλεται ἐν τοῖς ἀντιγράφοις, δεῖν ἔγνων καὶ ἐν οἷς σιγῶσι τὰ ἀντίγραφα, τὸ ἀνώμαλον εὐλαβούμενος, τὴν διὰ τοῦ θ τηρῆσαι, καίπερ κατεγνωσμένην ὑπὸ τῶν Ἀττικιστῶν.* Videtur illa scriptura peculiaris usus seu Aristotelis seu ejus Graecorum gentis, qua oriundi Stagiritae; nempe secundum Thucydidem (IV, 88) urbs a colonia Andriorum condita fuit, cui successit deinde colonia Chalcidensium (Dionys. Halicarn. in epist. ad Ammaeum cap. 5, opp. T. II, p. 193 ed. Hudson, citante Buhle, Arist. op. omn. T. I, p. 82-83). Eustathius (p. 1814), citante Göttlingio (ad Arist. Polit. I, p. 278), οὐθέν Boeotorum Aeolensium proprium fuisse affirmat. Quin libri scribunt etiam οὐθ' ἕν, ut refert Trendelenburgius (ad Aristotel. De Anima, p. XXXV-XXXVI). Lobekkii conjecturam, οὐδέν substantive, οὐθέν adjective usurpari, in medio relinquamus necesse est, cum Bekkeri negligentia codices hac de re non inspexerit (vide Trendelenburg. ibid. p. 202). Peculiarem tamen usum Aristotelis sine sensus discrepantia esse vel eo patet, quod et voce οὔτε Aristoteles pro οὐδέ usus est. Cf. infra IV, c. I, §. 15: *οὐκ ἂν εἴη δὲ οὔτε αἰτητικός.* De generat. et corrupt. I, 8: *ὡς οὔτε ἂν κίνησιν οὖσαν ἄνευ κενοῦ.* Metaph. XII, 10: *εἰ δ' ἔσται τὰ εἴδη ἢ ἀριθμοί, οὐδενὸς αἰτία· εἰ δὲ μή, οὔτε κινήσεώς γε.*

CAP. II. §. 1. *τῶν πρακτῶν*) i. e. *rerum agendarum.* Muretus ad πρακτῶν iterat τελῶν, et nomen τῶν πρακτῶν non intelligit τὰς πράξεις, sed ipsos fines: nempe eos, quos homo consequi possit, quasi alii essent οὐ πρακτά, quos homo consequi non possit. Sed fines Aristoteles ita distinguere non potuit, qui docet infra (X, c. 7, §. 9): *χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν.* Est igitur homo particeps divinae felicitatis: summumque bonum ab ho-

mine acquiri posse, contendit Aristoteles. Nec auctores, quibus sententiam suam Muretus tueri conatur, istum in modum intelligi possunt. Nam primus Eustratius *πρακτά* explicat quidem *ἐκεῖνα ὅσα πράττουσιν ἡμῖν περιγίνεται*, et intelligit fines quosdam imperfectos, vel bona (*ἀγαθά τινα ἀτελῆ*), quae per artes acquirimus. Attamen eos minime opponit bonis, quae assequi non possimus. Quinimmo addit statim, illos ipsos fines subjectos, humanam perfectionem cum non assequantur, ad alium finem referendos esse ipsis praestantiorem, quod nihil aliud est quam summum bonum; *εἰς ὃ γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος τέλειος ἄνθρωπος γίνεται.* Itaque non negaverim quidem, *πρακτά* et actiones significare et fines. Sic infra c. 4, §. 1. *τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν*; verti potest: *Quod omnium rerum agendarum supremum est bonum?* vel etiam: *Quis omnium finium summus?* Utrumque enim sensum Aristoteles ipse confirmat (Eth. Eud. I, 7): *διχῶς λέγεται τὸ πρακτόν· καὶ γὰρ ὧν ἕνεκα πράττομεν, καὶ τὰ τούτων πραττόμενα χάριν.* Verumenimvero sensus Mureti ideo non obtinet. Sed et ipsum Aristotelem Muretus alterum auctorem adhibet, eodem loco ita loquentem: *τῶν ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστιν ἀνθρώπῳ πρακτὰ, τὰ δ᾽ οὐ πρακτά.* Sed Aristoteles hic veritatis contemplationem actioni opponit, et more suo anteponit. Quae tamen addit Philosophus: *ἔνια δὲ πρακτὰ μὲν, ἀλλὰ πρακτὰ κρείττοσι ἡμῶν* (nempe Diis), ea certe verba, in Mureti explicatione ut maneamus, cogere videntur. Tribuit sane Aristoteles contemplationem Deo soli vel praecipue (Metaph. I, 2); sed ideo hominem ea carere non censet, ut putavit etiam Ritterus *(Geschichte der Philosophie*, T. III, p. 56). Non vidit enim nec Muretus nec Ritterus, Aristotelem illo loco addere *οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶναι*, et in Ethicis l. l. (X, c. 7, §. 8-10) affirmare: mentem (*νοῦν*) illam divinam, quae summa felicitate in contemplanda veritate gaudeat, ipsi homini inhabitare et principatum tenere. Ceterum conferendus est liber XII (Λ) Metaphysicorum, qui de mente illa divina disputat totus. Dicit certe Aristoteles (infr. I, c. 6, §. 13; Eth. Eudem. I, 8) in refutanda Platonis idea boni, bonum ipsum (*αὐτοάγαθον*) Platonis ab homine neque agi posse neque acquiri; quem tertium

locum Muretus confirmandae sententiae suae in medium profert. Tantum tamen abest, ut Aristoteles contendat, ideam illam boni praestantiorem esse quam pro homine, ut ideo ab homine acquiri posse neget, quod sit bonum istud vacuum nomen omni carens vera existentia. — δι' αὐτό) δι' αὑτό Eustratius, Ven, Duvall., Casaubonus; Bekk. sine varia codicum lectione. Sic Bekk. saepissime vulgatam correxit, sed haud scio, an semper recte, cum Aristoteles, ut Lutherus et Hegelius *ihm* pro *sich* usurpaverunt, ita et ipse peculiari consuetudine spiritus commutasse videatur; permutatio enim ista tam crebro per hos libros in codicibus exstat, ut librariorum incuriae adscribi vix possit. — πρόεισι) Recte quidem Zellius supplet πρᾶγμα vel τοῦτο. Eustratius: εἰς ἄπειρον πρόεισιν ἡ ὄρεξις. Possit etiam subaudiri τὸ τέλος: *Ita enim alius alii finis subjicietur in infinitum.* Sed saepissime impersonaliter hoc verbum et similia hac in locutione occurrunt, ex. gr. c. 7, §. 7; III, c. 3, §. 16; Metaph. IV (Γ), 4. Aristoteles meliora amplexus, quam ii nostratium philosophorum, qui ex Kantii et Fichtii doctrina orti sunt, progressum in infinitum respuit; et Pythagoram Platonemque secutus (cf. infr. II, 6, §. 14; Hegel. *Geschichte der Philosophie*, T. II, p. 239) τὸ πέρας sive τὸν ὅρον anteponit τῷ ἀπείρῳ. Infinitum enim, abscedente determinatione vel existentia, fit indefinitum. Praeclarissime explicat sententiam suam Philosophus Metaph. II. (α), 2: τὸ οὗ ἕνεκα τέλος. τοιοῦτον δὲ ὃ μὴ ἄλλου ἕνεκα, ἀλλὰ τἆλλα ἐκείνου· ὥστε εἰ μὲν ἔσται τοιοῦτον τὸ ἔσχατον, οὐκ ἔσται ἄπειρον. εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον, οὐκ ἔσται τὸ οὗ ἕνεκα. Ἀλλ' οἱ τὸ ἄπειρον ποιοῦντες λανθάνουσιν ἐξαιροῦντες τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. καίτοι οὐδεὶς ἂν ἐγχειρήσειεν οὐδὲν πράττειν μὴ μέλλων ἐπὶ πέρας ἥξειν. οὐδ' ἂν εἴη νοῦς ἐν τοῖς τοιούτοις· ἕνεκα γάρ τινος ἀεὶ πράττει ὅ γε νοῦν ἔχων· τοῦτο γάρ ἐστι πέρας· τὸ γὰρ τέλος πέρας ἐστίν. — ματαίαν τὴν ὄρεξιν) Paraphrastes addit: οὐκ ὄντος ἐφ' οὗ στήσεται φερομένη· τοῦτο δὲ ἄτοπον, οὐδεμία γὰρ φυσικὴ ἔφεσις μάτην. Eustratius: τὸ ἄρα ματαίως ὀρεγόμενον. ἐκπτωτόν ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ.

§. 2. ἆρ' οὖν) Par, cod. Morellii, codd. Wilkinsoni, Victorius, Duvall. ἄρ' οὖν sine interrogatione. Sed jam Muretus

verissime adnotavit: „Mos hic est Aristotelis, ut saepe, quae affirmare instituit, ea interrogando efferat.“ Interrogationem illam affirmandi vim habere, jam inde patet, quod nonnunquam *γάρ* sequitur: VIII, c. 13, §. 11, IX, c. 12, §. 1; vel *ἐπεί*: IX, c. 4, §. 9; vel saltem *δή* explicativum: IX, c. 10, §. 1-2, X, c. 9, §. 1-2. — *γνῶσις*) Melius, quam nostratium plurimi, qui putant, cognitionem ad agendum non modo non prodesse, sed etiam nocere. — *ῥοπήν*) Eustratius: *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζυγῶν, οἷς ἐν τοῖς βάρεσι χρώμεθα. ὥςπερ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων τὰ ἐπὶ θάτερα ῥέποντα τῶν ζυγοστατουμένων, τῶν κουφοτέρων προτίθεται, ὡς λυσιτελοῦντα τοῖς τὰς ῥοπὰς ἐξετάζουσιν, οὕτω καὶ πανταχοῦ τὰ λυσιτελέστερα καὶ ὠφελιμώτερα ῥοπὴν ἔχειν πρὸς ἐκεῖνα λέγεται, πρὸς ἅπερ συμβάλλεται.*

§. 3. *εἰ δ᾽ οὕτω*) Intellige cum Zellio *ἐστί* sive *ἔχει*, ut I, c. 7, §. 14; c. 11, §. 3. etc. — *τύπῳ γε περιλαβεῖν*) Nihil aliud est, quam rudem rei formam exponere; quemadmodum Cicero scribit Tuscul. Quaest. III. 2. „adumbratam imaginem gloriae:“ et pro Coel. 5. „non expressa signa, sed adumbrata virtutum;“ quem secutus Lambinus vertit: *formam adumbremus.* Muretus dicit, quod in picturis *ὑπογραφή (Skizze, Zeichnung)*, id esse in statuariorum et similium artificum operibus *τύπον (Modell)*, rudem et inchoatam futuri operis designationem. Paraphrastes explicat: *ὁρίσασθαι ὡς ἐν τύπῳ.* Eodem sensu occurrit *ὑποτυπῶσαι* I, c. 7, §. 16; et in pictura, ut ex eodem loco patet, *περιγράψαι* et *ἀναγράψαι* sibi opposita sunt. Saepissime autem monet Aristoteles, omnem, quae de rebus in agendo positis habeatur, orationem rudiore quadam forma et adumbrata, non exquisita neque accuratius expressa constare oportere; cf. c. 3, §. 1-4, c. 11, §. 2; II, c. 2, §. 3. Sunt enim actiones circa singula, universalia autem maxime scibilia (Metaphys. I, 2). — *ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων*) *ἐπιστήμη* et *δύναμις* in eo differunt inter se, quod *δύναμις* sensu latiore accipitur, quam *ἐπιστήμη*: est enim et scientia et ars, cum *ἐπιστήμη* proprie ad artes non extendatur. Facultates autem et scientiae et artes hanc quoque ob causam (vide supra ad c. 1, §. 4, p. 4) vocantur, quod actione singulorum indigent, ut ad actum perducantur, singulorum igitur facultatibus continentur.

§. 5. *τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτική*) Ven, Paraphrastes, Argyropylus, Coraes, Cardwellus, Bekkerus et codices B, C, NC, El, Par, H^a, K^a, M^b, O^b exhibent: *τοιαύτη δ' ἡ πολιτική*, quae lectio hoc plurimorum librorum consensu vera esse videtur. Nititur tamen et suis vulgata auctoribus, cum ita habeant N^b, CCC, Vrat et plures Victoriani codices, nec non Aldina, Morellius, Turnebus et Zellius; in codice A, qui est Bekkerianus L^b, scriptum est *τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτική*. In vulgata lectione multi offenderunt; neque vero *καί* hoc loco *quoque* esse potest, quasi praeter politicam aliae quoque essent disciplinae *κυριώταται* et *μάλιστα ἀρχιτεκτονικαί*. Etenim in activis scientiis politica duntaxat est *ἀρχιτεκτονική*, et quamquam in contemplativis metaphysica est *ἀρχιτεκτονική*, tamen, cum hoc loco de contemplativis sermo plane non sit, neque *καί* ad illam referri potest. Zellius vulgatam ita interpretatur, ut dicat, *καί* hic vim habere vernaculi *eben, gerade*, et latine exprimi posse: „talis igitur *ipsa* politica videtur;“ et *καί* hoc sensu saepe occurrit, ex. gr. infra III, c. 3, §. 7; VII, c. 1, §. 3. (Huc non pertinet locus IV, c. 5, §. 8, ut Stahrius in recensione primae editionis hujus commentarii vult; nam *ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι* vertendum: *was noch das Beste an ihnen ist.*) Sed defendi potest *καὶ δή*, si praecedentia consideramus: *δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς*. Corrigit enim Aristoteles illud *videtur*, et addit: „talis *etiam* (*δὴ καί*) apparet politica;“ ita ut *δὴ καί* sit vernaculum *nun auch*. Sequiturque probatio, cur politica revera *ἀρχιτεκτονική* sit. Ita et oppositio verborum *δόξειε* et *φαίνεται* optime explicari possit; exciditque *καί* tot e codicibus, utpote librariis intellectu difficilius.

§. 6. *χρεών*) Potest enim politica expellere civitate quasdam artes et scientias, ut reipublicae perniciosas: quemadmodum Plato aliquas artes ascivit in civitatem suam, quam finxit; aliquas expulit ex eadem, ut poësim et poëtas, quia excitent homines ad affectus, eosque effeminatos reddant. — *μέχρι τίνος*) Et de tempore et de loco accipi potest. Si de tempore accipis, ad discipulos, sin vero de loco, ad scientias ipsas referri debet; ita ut sensus sit: *usque ad quam aetatem*, sive *ad quem*

ipsarum terminum. Priorem explicationem amplexus est Paraphrastes: τὰς δὲ λυσιτελούσας οὐ συγχωρεῖ πάντας μανθάνειν, ἢ μαθόντας ἀεὶ μεταχειρίζεσθαι. τῷ δὲ προσήκοντι τῇ τέχνῃ τοὺς καιροὺς ἀποδίδωσιν· ὁ γὰρ πολιτικὸς πέμψει μὲν τὸν στρατηγὸν, ὁπόταν δέῃ, κελεύσει δὲ ἡσυχίαν ἄγειν, ὅτε τούτου καιρός. Posteriorem interpretationem Eustratius tuetur: μέτρον αὐταῖς ἐπιτίθησι, μέχρι τίνος δεῖ προβαίνειν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτάς. Victorius et Muretus, Donatum Acciajolum, qui Argyropyli commentarios literis mandavit, secuti, recte (Cardwello citante) „*terminum* communiter“ intelligunt, „quippe qui aliquando ex ipsa doctrinae natura sit statuendus, aliquando e discipulorum aetate et vitae conditione.“ — οἰκονομικήν) Hoc loco non agitur de oeconomia politica quam vocant, scientia veteribus plane ignota, sed de domo regenda, de re familiari bene administranda; οἶκος enim sive familia Aristoteli elementum et fundamentum civitatis est, cum prima ex pluribus domibus societas sit vicus sive colonia domus, quae autem ex pluribus vicis communitas aut societas perfecta, civitas (Polit. I, 2). Sic οἰκονομική politicae subjecta est, cum omnis civitas ex domibus constituatur (Pol. I, 3).

§. 7. χρωμένης δέ) Coraes: οἱ δὲ μεταφρασταὶ (ὀρθώτερον ἴσως), Χρωμένης γὰρ, ἡρμήνευσαν. — τἀνθρώπινον ἀγαθόν) In rebus enim agendis humana tantum felicitas quaeri potest; veritatis autem cognitio divinam affert felicitatem.

§. 8. ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει) Declarat Aristoteles, ethicae et politicae eundem esse finem; quaerit enim utraque summum bonum, quod sine virtute adipisci non possumus. Sed etiam altera sine altera ne existere quidem potest. Politicae enim opus est virtute singulorum, quae ipsa in societate tantum hominum efficitur et colitur. Praebet igitur ethice potentiam, quae in politica sola ad actum perducitur. De fine bonorum et virtute adipiscenda locuturi veteres philosophi jam inde a Pythagora, ut dicit Zellius, „nunquam homines sibi informant solitarios et a commercio rerum publicarum sejunctos.“ Quod Aristoteles ita explicat loco celeberrimo Politicorum (I, 2): ὅτι μὲν οὖν ἡ πόλις φύσει πρότερον ἢ ἕκαστος, δῆλον· εἰ γὰρ μὴ αὐταρκὴς ἕκαστος χωρισθεὶς, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μέρεσι ἕξει πρὸς τὸ ὅλον.

Et paulo superius: *τὸ γὰρ ὅλον πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους· ἀναιρουμένου γὰρ τοῦ ὅλου οὐκ ἔσται ποὺς οὐδὲ χείρ.* Sic nec singuli, civitate sublata, existere possunt. Quocirca ambae scientiae, ethice et politica, vinculo tam arcto inter se cohaerent, ut una sint plane eademque disciplina, sicut in fine Ethicorum Nicomacheorum et initio Magnorum Moralium a Philosopho exponitur. Ex quo factum est, ut hi nostri de Moribus libri cum Politicis unum corpus efficiant. Conjunctionem illam optime in sua Republica expressit Plato, cum Stoici et Epicurei politica neglecta soli ethicae operam dederint, Aristoteles autem et diversitatem et conjunctionem solus perspexerit. Eustratius: *τὴν ταὐτότητα καὶ τὴν διαφορὰν ἔοικε τιθέναι διὰ τούτων, ἣν αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἀναδέχεται ἡ εὐδαιμονία ὡς τέλος οὖσα πολιτικῆς τινός, ἤγουν ἠθικῆς, ἅμα καὶ πολιτικῆς ἁπλῶς.*

§. 9. *πολιτική τις οὖσα*) *τις* nihil aliud indicat, nisi quod praeter moralem sint adhuc aliae scientiae, quae politicae subjiciantur, ut *οἰκονομική.* Inferiores scientiae autem a nobiliore, cui subjectae sunt, denominantur. Aliter Eustratius, qui *τις* explicat per oppositum *simpliciter: πολιτικὴ ἁπλῶς ἡ ἐν ἔθνει καὶ πόλεσι κατορθοῦσα τὸ ἀγαθόν· πολιτικὴ δέ τις οὐχ ἁπλῶς, καθ' ἣν ἐν ἑνί τινι τοῦτο κατορθούμενον φαίνεται.*

CAP. III. §. 1. *κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην*) Eustratius: *ὕλη δὲ ἐφ' ἑκάστης μεθόδου καὶ τέχνης λέγεται τὸ ὑποκείμενον αὐτῆς περὶ ὃ καταγίνεται, ὑποκείμενον δὲ τῇ ἠθικῇ καὶ πολιτικῇ τὰ ἐν βίῳ ἐστὶ πράγματα καὶ αἱ περὶ ταῦτα τῶν ἀνθρώπων πράξεις τε καὶ ἐνέργειαι. ἅτινα τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐνδεχομένων εἰσὶ καὶ οὐκ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, ἀλλ' ἔστιν οὗ κἀπὶ τὸ ἀντικείμενον ἀποπίπτοντα. καὶ ἐπεὶ τοιοῦτον τὸ ὑποκείμενον τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ οἱ λόγοι οἱ παραδιδόντες περὶ αὐτοῦ. διὸ οὐδὲ χρὴ ἀναγκαίας τινὰς ἀποδείξεις περὶ τῶν οὕτως ἐνδεχομένων ἀπαιτεῖν· ὥσπερ γὰρ μέτρον οἱ λόγοι τῶν πραγμάτων εἰσὶ περὶ ὧν λέγονται, καὶ δεῖ τὸ μέτρον ἐφαρμόζον εἶναι πρὸς τὸ μετρούμενον. οὐ δύναται δὲ τὸ ἀεὶ ἔχον ὡσαύτως τῷ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὕτως ἔχοντι ἐφαρμόζεσθαι.* Sane summa rerum principia ad moralem philosophiae partem adhibita exactissimam quidem perficient scientiam; sed nostrae disputationis finis Aristoteli in actione, non in cognitione versatur (§. 6). Nec

sufficit cognitio moralium exactissima ad vitam recte instituendam, quamvis et ipsa sit necessaria; postulatur enim insuper usus et consuetudo, quae vita tantum ipsa gignuntur. — *τὸ γὰρ ἀκριβές*) Paraphrastes: *οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ πάσης ὕλης ὁμοίως τὴν ἀκριβεστάτην ἀλήθειαν εὑρεῖν, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς μαθηματικοῖς, ἅτε ἀναγκαίαν ἔχουσιν ὕλην καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, ἀμιγὴς ἡ ἀλήθεια καὶ οὐδὲν ἡ ὕλη κωλύει τὸ ἀκριβές.* Punctum, linea, triangulum etc. sunt intelligibilia et immutabilia. Cf. Metaphys. II, 3: *οἱ μὲν οὖν, ἐὰν μὴ μαθηματικῶς λέγῃ τις, οὐκ ἀποδέχονται τῶν λεγόντων, οἱ δ', ἂν μὴ παραδειγματικῶς, οἱ δὲ μάρτυρα ἀξιοῦσιν ἐπάγεσθαι ποιητήν. καὶ οἱ μὲν πάντα ἀκριβῶς, τοὺς δὲ λυπεῖ τὸ ἀκριβὲς ἢ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνείρειν ἢ διὰ τὴν μικρολογίαν· ἔχει γάρ τι τὸ ἀκριβὲς τοιοῦτον, ὥστε καθάπερ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἀνελεύθερον εἶναί τισι δοκεῖ. διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον, ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην καὶ τρόπον ἐπιστήμης· ἔστι δ' οὐδέτερον ῥᾴδιον λαβεῖν, τὴν δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην.* — *ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις*) Eustratius legit *ἐφ' ἑκάστου γένους*, quae verba ita illustrat: *γένος δὲ ἐνταῦθα ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ὑποκείμενον ἐκάλεσε· τὸ γὰρ γένος ὕλῃ ἀναλογεῖ, τῇ τῶν διαφορῶν ἐπεισελεύσει εἰδοποιούμενον.* — *ἐν τοῖς δημιουργουμένοις*) Eustratius: *ἀλλ' ὁ μὲν γραφικὸς πλέον ἀπαιτεῖται τὸ ἀκριβὲς τῆς μιμήσεως, διὰ τὸ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ ὕλης εὔεικτον.* Accuratius pictorem cum statuario confert Paraphrastes: *τὸ γὰρ ἀνθρώπινον εἶδος οὐκ ὁμοίως ἐφαρμόσει ταῖς ὕλαις ὅ τε πλάστης καὶ ὁ ζωγράφος. ὁ μὲν γὰρ ζωγράφος καὶ τὸ χρῶμα παρίστησι, καὶ ὄγκον τινὰ δοκεῖ μιμεῖσθαι, καὶ διάστασιν· ἡ γὰρ ὕλη συγχωρεῖ. ὁ δὲ πλάστης τὸν μὲν ὄγκον ἐφαρμόσει τῇ ὕλῃ· τὸ χρῶμα δὲ ἀπὸ τῆς ὕλης οὐκ ἔχει δεῖξαι.* Quin et eadem ars, statuaria ex. gr., propter diversitatem et varietatem materiae, in simulacris effingendis non eandem semper subtilitatem assequi potest; ita ex marmore elegantior formatur statua, quam ex crasso et duro aliquo lapide.

§. 2. *νόμῳ εἶναι*) Hanc quaestionem tractat Aristoteles infr. V, c. 7, ubi justum statuit esse aliud naturale (*φυσικόν*), aliud legitimum (*νομικόν*). Naturale justum etiam legibus sanci-

tum esse potest; sed legibus non opus est, ut valeat, quippe quod per se justum sit, omni variatione et mutatione exemptum. Et ab eo jure ordiendum est philosopho justi naturam exposituro. Sic Cicero dicit (de Legibus I, 6): „Doctissimis viris“ in constituendo jure „proficisci placuit a lege; haud scio an recte, si modo, ut iidem definiunt.“ Scilicet „ab illa summa lege“ capi vult Cicero „exordium, quae saeculis omnibus ante nata est, quam scripta lex ulla;“ ea enim lex est ipsum naturale justum, quod non opinione, sed natura ipsa, i. e. summa ratione constitutum est, manetque immutabile. Legitimum vero justum, ex sententia Sexti Caecilii (Gell. Noct. Attic. XX, 1, citante Hegelio: *Werke*, T. VIII, p. 30), pro temporum moribus et pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus, mutatur ac flectitur, neque uno statu consistit, sed, ut facies coeli et maris, ita rerum ac fortunae tempestatibus variatur. Inter veteres philosophos Epicurus et Cyrenaïci (Diog. Laërt. II, §. 93: μηδέν τε εἶναι φύσει δίκαιον, ἢ καλὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει, et §. 99 de Theodoro: κλέψειν τε καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ· μηδὲν γὰρ εἶναι τούτων αἰσχρὸν φύσει). inter recentiores Helvetius reliquique empirici νομικὸν tantum δίκαιον statuunt, non aeternum, immutabile, sed arbitrio legislatorum tantum introductum, et usu obedientiaque civium paulatim confirmatum. Explicant igitur διαφοράν et πλάνην justi ex mutabili ipsius natura, non, ut Caecilius, ex variis conditionibus, sub quibus aeterna illa in hominum societatibus naturae rationalis lex existit. Vocatur autem recte νομικόν, quia νόμος (lex) etiam usum et consuetudinem significat, quae necessitatem non complectuntur: ita ut νόμῳ δίκαιον non per se justum sit, sed tum demum justum fiat, cum sive usu sive lege positum fuerit (ὅταν θῶνται), ut dicit Aristoteles (l. l.); quamobrem Paraphrastes explicat θέσει τινὶ καὶ νόμῳ, et Graecis legem ferre est νομοθετεῖν. Eodem modo Germani legem appellant *das Gesetz*, i. e. quod positum est *(das Gesetzte)*.

§. 3. δι' ἀνδρίαν) Notat Eustratius hanc vocem hic potius de robore corporis, quod sit fortitudinis instrumentum, quam

de ipsa animi virtute accipi debere. Non puto. Robur enim corporis per se rarius perniciei erit, quam animi fortitudo forti viro pericula strenue obeunti. Alteram igitur interpretationem non plane excludit Eustratius: εἰ δὲ τὴν κυρίως ἀνδρείαν, ἐρεῖς ὅτι ἓν πρὸς ἓν ἀντέθηκε, πρός τι τῶν θυραίων καὶ ἔξωθεν (nempe divitias) ἓν τῶν ἐντὸς καὶ κατὰ ψυχήν (sc. ἀγαθῶν).

§. 4. περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων) Zellius: „Loquendi genus Aristoteli perquam usitatum; per prius, ut Giphanius recte explicat, materiam significat, de qua agitur, per posterius" principia, i. e. propositiones syllogismi, e quibus conclusiones fiunt. Cf. infr. §. 5; Rhetor. II, 1; Topic. I, 8 et 9; Histor. animal. I, 6; De part. anim. I, 5. — ἐνδείκνυσθαι) Eustratius: ἀπόδειξις μὲν καθαρῶς καὶ βεβαίως τὸ ζητούμενον παριστᾷ, ἔνδειξις δὲ διά τινων ἐκτυπώσεων καὶ μιμήσεων καὶ ἐμφάσεων. — περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ) His verbis explicatur τὸ περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων initio §. Materia enim et principia argumentandi ejusmodi sunt, ut plerumque eveniant, non necessaria sint neque eodem semper cursu ferantur. Scilicet actiones hominum circa singula sunt, in quibus id, quod plerumque fit, pro universali quodam accipi debet. Analogia et inductio tum locum tenent necessitatis et universalitatis, i. e. demonstrationis a priori; cum enim in analogia et inductione propositiones non sint necessariae, nec conclusiones (συμπεράσματα) esse possunt necessariae. — πεπαιδευμένου) i. e. *eruditi*, vel, ut nos loquimur, *des Gebildeten;* et sic ubique vox graeca optime verti poterit. Πεπαιδευμένος enim is est, qui rudem suam a natura acceptam indolem, quoquo modo, seu usu et consuetudine vitae seu scientia et doctrina erudivit, et ad humanitatem informavit et polivit. Est Ciceronis (ad Div. VII, 1) *homo politus*; Aristoteles ejusmodi viros etiam τοὺς χαρίεντας (I, c. 4, §. 2; c. 5, §. 4; c. 13, §. 7), vel τοὺς κομψούς nominat. Est viri πεπαιδευμένου, non ex fortuito et subito animi motu, non e pectoris libidine agere, sed ex constanti et immutabili rationis lege; πεπαιδευμένος non, ut Horatianus (Ep. I, 1, v. 18) ille Aristippus, sibi res, sed se rebus subjungere conatur. Rem spectat, non personam; vitae conditionibus et temporibus se accommodat; res pro eo

habet, ac sunt. Eruditus igitur acceptabit scientiam, ut est: ubi necessariae esse non possunt conclusiones, necessitatem non efflagitabit. Itaque ut scientia recte accipi possit, sciens et scientia, objectum et subjectum, unum et idem esse debent. Hactenus in universum de sensu τοῦ πεπαιδευμένου. Notandum est tamen, τὸν πεπαιδευμένον aut ad usum et consuetudinem vitae *(formelle Bildung)*, aut ad scientiam et doctrinam *(wissenschaftliche Bildung)* referri posse; tum οἱ χαρίεντες et praecipue οἱ κομψοί de priore potius, quam de posteriore dicuntur (gallice: *les honnêtes gens)*, οἱ σοφοί vero de posteriore. In utroque autem sensu τοῖς πεπαιδευμένοις opponuntur οἱ πολλοί, vel τὸ πλῆθος.

§. 5. καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος) Ad καθ' ἕκαστον, ut et mox ad ἁπλῶς, supple κρίνει καλῶς. Post ὁ supplendum est alterum καθ' ἕκαστον: *Secundum ergo unumquodque bene judicat in unoquoque eruditus.* Nempe ut prius καθ' ἕκαστον opponitur τῷ ἁπλῶς, sic posteriore nobis opus est, quod τῷ περὶ πᾶν opponamus. Quin legunt ὁ καθ' ἕκαστον πεπαιδευμένος libri antiqui, teste Mureto, quam lectionem Coraes in textum recepit; et habet Casauboniana editio in margine καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ περί τι πεπαιδευμένος, quae verba addita sapiunt glossema. Ita enim explicat quoque Paraphrastes: ὁ μὲν ἔν τισι μερικοῖς πεπαιδευμένος. Jam novam distinctionem τῶν πεπαιδευμένων Philosophus affert: ὁ καθ' ἕκαστον πεπαιδευμένος et ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. Et dubitationem proponit hoc loco Eustratius, num possit unus esse aliquis, qui recte omnia sciat, et recte omnia queat judicare. Dicit igitur, fingere hoc loco Aristotelem fortasse hominem universalem, qui ita in unaquaque re eruditus sit, ut singuli in singulis, quem tamen reperire nullo modo possimus. Sed non vidit Eustratius, universalem illum hominem ab Aristotele ipso in Metaphysicis (I, 2) designari; est enim philosophus, qui scientiam possidet maxime universalem: ὑπολαμβάνομεν δὴ πρῶτον μὲν ἐπίστασθαι πάντα τὸν σοφὸν ὡς ἐνδέχεται, μὴ καθ' ἕκαστον ἔχοντα ἐπιστήμην αὐτῶν, et mox: τὸ μὲν πάντα ἐπίστασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι τὴν καθόλου ἐπιστήμην ἀναγκαῖον ὑπάρχειν· οὗτος γὰρ οἶδε, πῶς ἔχει πάντα τὰ ὑποκείμενα. Distinguit igitur Aristoteles πεπαιδευμένον πρός τι, ut medicum,

jurisconsultum etc., quorum unusquisque de sua tantum scientia bene judicat: a philosopho, qui simpliciter (ἁπλῶς) bene judicat; philosophiae enim principia sufficiunt ad omnes reliquas scientias dijudicandas. Philosophi vero non soli sunt simpliciter boni judices, sed et alii quidam; quod ut probemus, jam priorem distinctionem τοῦ πεπαιδευμένου supra (ad §. 4) expositam adhibeamus, necesse est. Illam nempe distinctionem recte in medium afferens Eustratius sensum philosophi ita explanat: μήποτε δὲ εἰδότα καὶ πεπαιδευμένον ἐνταῦθα οὐ τὸν περὶ ἕκαστόν φησιν ἐπιστήμονα, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς πράγμασι πολύπειρον καὶ δυνάμενον πᾶν τὸ προτιθέμενον εἰς κρίσιν τῇ αὐτοῦ τριβῇ παρατίθεσθαι, κἀντεῦθεν κρίνειν ὀρθῶς. ὥσπερ ἐστὶν ἰδεῖν πολλοὺς γραφικὴν μεταχειρισαμένους οὐδέποτε καὶ τὰς παρ' ἄλλων γραφομένας εἰκόνας δυναμένους κρίνειν κατὰ τὸ δέον. Ad firmandam hanc explicationem Eustratius praeclarissimum respexit ipsius Aristotelis locum (De partibus animant. I, init.), ubi Aristoteles scientiam et peritiam (παιδείαν) sic distinguit: πεπαιδευμένου ἐστὶ κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρῖναι εὐστόχως τί καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. Et eodem loco talem virum Aristoteles vocat τὸν ὅλως πεπαιδευμένον, ut nostro loco τὸν περὶ πᾶν πεπαιδευμένον: alterum autem illum, qui docet aliquam scientiam, nostro loco περὶ ἕκαστον πεπαιδευμένον vocatum, Aristoteles nominat περί τινος φύσεως ἀφωρισμένης κριτικόν, cum prior περὶ πάντων κριτικὸς sit. Eodem modo in Ethicis Eudemiis (I, 6) ἀπαιδευσία explicatur: ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τ' οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Nostro autem loco παιδείαν de usu et consuetudine vitae praesertim accipi, recte se habet, quippe cum de rebus agendis in vita hominum activa agatur. — ἀκροατής) Cum auditore, non cum lectore rem habet Aristoteles. Illa igitur vox luce clarius facit, hoc opus Aristotelis, ut pleraque, ex praelectionibus in Lyceo habitis ortum, ab ipso Aristotele vel etiam a proximis ejus discipulis hunc in ordinem redactum atque editum esse, quem hodie servat (vide quae initio hujus commentarii de titulo operis disputavimus). — ὁ νέος) Ideo rudis est actionum, quae in vita versantur, juvenis, quod non nisi longi temporis usu expe-

rientiam illam adipisci possumus. Incipit igitur juvenis a scientiis, ab universalibus, ab iis, quae sunt per abstractionem (infr. VI, c. 8, §. 5-6); et postea, quae didicit, usui et consuetudini vitae accommodat, ipsaque vita confirmat. Sic cognitio principium est, a quo proficiscamur, et ultimum refugium, ad quod regrediamur, vitae tempestatibus functi.

§. 6. *ἀκούσεται*) sc. de auditore, ut paulo ante vidimus ad §. 5, p. 17. — *τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις*) Cognitio non est finis, sed utilis modo ad agendum. Philosopho quidem et in moralibus cognitio finis est, politico vero actio; agit autem hoc quidem loco Aristoteles tantum de fine politicae.

§. 7. *παρὰ χρόνον*) i. e. *propter tempus;* non est culpa in tempore. — *ἀκρατέσι*) Incontinentes (*ἀκρατεῖς*) enim ii sunt, qui, licet non ignorent, quid persequendum quidve fugiendum sit, absorbentur tamen aestu cupiditatum. Qui sit *ἀκρατής* et *ἐγκρατής*, et quomodo ab *ἀκολάστῳ* et *σώφρονι* differant, suo loco exponet uberrime Aristoteles (infr. VII, c. 1-10).

§. 8. *πεφροιμιάσθω*) Inverso ordine tres prooemii partes, quas exposuerat, allegat: 1) de subjecto philosophiae moralis (c. 1 et 2); 2) de modo eam tractandi (c. 3, §. 1-4); 3) de auditore illius scientiae (c. 3, §. 4-8). Nonnulli totum prooemium in unum caput conjunxerunt. Omnes, Aristotelis verba secuti, hic prooemii finem esse statuunt. Sed quartum caput, etsi materiam tractare incipiat (*λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες*) et de nomine summi boni loquatur, tamen prooemio melius forsitan addatur, cum Aristoteles cursum orationis interrumpens de methodo adhuc nonnulla hoc capite explanet. Id Eustratius jam vidit, qui (initio commentarii in cap. 5) Aristotelem nonnulla quaedam de docendi modo *interjecisse* (*παρεμβαλών*) affirmat. Quinto demum capite redit Philosophus ab illa digressione: *ἡμεῖς δὲ λέγωμεν, ὅθεν παρεξέβημεν*, ita ut ab hoc capite commodius secunda pars primi libri ordiretur, nisi jam et materia quarto capite tractari coepta esset. Digressio igitur illa, i. e. pars posterior capitis quarti (§. 5-7), pertinet ad prooemium: pars prior (§. 1-4) ad secundam primi libri partem, ut conspectus noster declarat.

CAP. IV. §. 1. (Cap. II.) *ἀναλαβόντες*) Accuratius et

clarius repetit, quae in exordio (c. 1, §. 1) de fine hujus disciplinae proposuerat. — ἀγαθόν) Par ὀρεκτῶν: nonnulli ἀγαθῶν, inter quos Ven, Eustratius, Coraes, et Bekkerus, cujus tres codices, K[b] (dissentiente Cardwello), L[b], N[b], hanc lectionem afferunt; habet sic et NC. Tum πρακτῶν non de rebus agendis, sed ipsis de finibus hoc quidem loco accipi deberet (vide supra ad c. 2, §. 1). Auctor hujus lectionis est forsitan Paraphrastes, qui habet: τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτικῶν ἀγαθῶν. Sed melius, servata lectione vulgata, nominativi et genitivi paribus intervallis sequuntur.

§. 2. οἱ χαρίεντες) Schol. cod. Par. apud Zellium: οἱ πεπαιδευμένοι ὁπωσοῦν, οἱ σοφοί. Sic ἰατρῶν οἱ χαρίεντες (c. 13, §. 7), ut jam vidit Zellius, sunt iidem, quos, de sensu c. 1, Noster dicit φιλοσοφωτέρως τὴν τέχνην μετιόντας. Coraes οἱ χαρίεντες explicat gallice: *hommes instruits.* — εὖ πράττειν) Graecis εὖ πράττειν et bene se habere et recta agere est. Quamobrem haec vox Aristoteli arrisit, quippe qui felicitatem in virtute et virtutem in rebus bene agendis posuerit. — τίς ἐστιν) Bekkerus secundum quinque codices, H[a], K[b] (Cardwellus tamen lectionem non affert), L[b], M[b], N[b], et Ald legunt τί ἐστιν. Eustratius distinguit τίς ἐστιν et τί ἐστιν hunc in modum: ὧν τὸ μὲν τοῦ ὑποκειμένου, τὸ δὲ τοῦ οὐσιώδους λόγου δηλωτικόν. Zellius τί ad genus refert, τίς ad qualitatem; quasi hoc loco non quaeratur de genere beatitudinis, cum omnes in eadem summum bonum positum esse concedant: sed potius, qualis sit, nempe, ut sequentia ostendunt, sive voluptas sive divitiae sive honor etc. Nec pugnant haec cum Eustratii explicatione. Τί enim (ad οὐσιώδους λόγου relatum) est οὐσία, ut semper apud Aristotelem, essentia vel natura alicujus rei in universum, quae definitione continetur; et hoc loco τὸ τί (vel τὸ τί ἦν εἶναι), i. e. genus beatitudinis, esset summum bonum. Τίς (ad ὑποκειμένου relatum) de subjecto vel materia intelligi deberet: nempe quae sit materia vel qualitas, qua constet summum illud bonum, de cujus definitione conveniunt, utrum voluptas sit, an divitiae etc. Verumenimvero ὑποκείμενον et οὐσία sunt apud Aristotelem (Metaph. I, 3) causa materialis et causa formalis; et ad for-

mam (εἶδος) sive essentiam (οὐσίαν) id ipsum pertinet, quod hoc loco ὑποκείμενον Eustratio vocari placet. Summum bonum enim est vacuum nomen, non definitio beatitudinis; definitio autem tum demum absolvitur, cum, quid sit summum bonum, explicatur. Itaque ferri possit τί ἐστιν, cum τί sit vocabulum solemne ad designandam essentiam; quare et Paraphrastes recte explicat, περὶ δὲ τοῦ τί ἐστιν ἡ εὐδαιμονία, et Aristoteles dicet infra c. 7, §. 1. πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν, τί ποτ' ἂν εἴη. Atque adeo prorsus non exstare videtur ista differentia a viris doctis in medio proposita; etenim τίς ἐστι nihil aliud est, quam vocabulum minus solemne pro τί ἐστι vel τὸ τί ἦν εἶναι. Optimo autem jure Aristoteles vocabulo minus solemni hoc loco utitur, quo vulgi opiniones de summo bono expositurus est; ubi vero suam philosophicam beatitudinis definitionem aggreditur, dicit τί ποτ' ἂν εἴη. Quapropter vulgatam non muto.

§. 3. ἡδονὴν, πλοῦτον, τιμήν) Praeclare vidit Aristoteles, ex comparatione et pensatione finium secundariorum, quos etiam πρακτὰ ἀγαθά nominat (vide supra ad c. 2, §. 1, et §. 1 nostri capitis), summi finis naturam nasci et elici posse. Fines enim illi sunt naturales hominum appetitus, qui ad rationem revocati rationique subjecti efficiunt summum bonum et boni diversas species sive virtutes; ut in sequentibus lucidius apparebit. — ἔνιοι) Intellige Platonicos, de quorum opinione copiosius c. 6. disputabit: ἄλλο τι καθ' αὑτό est idea illa boni, seorsim a ceteris bonis, nescio ubi, habitans. — τοῖςδε πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά) Cardwellus, K^b, M^b: τούτοις πᾶσι τοῦ εἶναι ἀγαθὰ αἴτιόν ἐστιν.

§. 4. ἱκανὸν δέ) Duae sunt causae, cur opinionem aliquam perpendamus et refutemus, aut quia a magno hominum numero defenditur (τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας), aut quia sua ratione niti ipsa videtur (δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον); quorum alterum contingit vulgi opinionibus, quas proposuit, alterum Platonis doctrinae. Hanc igitur capite 6, illas capite 5. refutaturus est.

§. 5. ἀπὸ τῶν ἀρχῶν) Duplicem illam methodum infra (VI, c. 3, §. 2-3) fusius explicabit, nempe demonstrationem (ἀπόδειξιν) et inductionem (ἐπαγωγήν), quas hodie syntheticam

et analyticam methodum nuncupamus. Demonstratio per syllogismos a principiis, inductio ad principia proficiscitur. Analysis nempe a singularibus ad universalia ascendit, synthesis contra ab universalibus ad singularia descendit. Neutra tamen methodo Aristoteles usus est summa rerum principia in Metaphysicis contemplans, cum principia, si demonstrari possent, jam non essent principia; sed ne experientia quidem principia gignere potest, quamvis acuat oculos, ut dicet infra (VI, c. 11, §. 6), ad percipienda principia. Ipsa igitur per se et sua luce clarescunt. — *Πλάτων*) Ne hic cum Mureto aliisque de *ἀγράφοις δόγμασι* Platonis cogitemus; spectat enim Aristoteles notissimum Platonis locum in fine libri VI. de Republica, quod et Zellium fugit. — *ἀρκτέον μὲν γάρ*) „In cujuslibet rei tractatione," inquit Muretus, „ordiendum est a clarioribus" et magis notis: *τὰ σαφῆ* autem, secundum Eustratium, *δεῖ προηγεῖσθαι τῶν ἀσαφῶν*. Sic Noster in Top. VI, 4: *γνωρίζομεν δ' οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν προτέρων καὶ γνωριμωτέρων*. Quamobrem, si clariora et magis nota dupliciter dicuntur (nempe modo universalia, modo singularia magis nota sunt), causa etiam exstat sufficiens, cur in singulis scientiis hanc illamve methodum adhibere debeamus. Haec autem ita se habere, sequentia ostendent. — *ταῦτα δὲ διττῶς*) *γνώριμα ἁπλῶς* sunt principia, universalia; ea enim sunt per se maxime nota, quare ab Aristotele (Phys. I, 1) etiam *φύσει γνωριμώτερα* vocantur: *γνώριμα ἡμῖν* sunt res singulares, quas sensibus percipimus. Itaque, quamvis cognitio rerum sensibilium sit facilior nobis et primi ad eam feramur, vulgusque ipsum ea non careat (Metaph. I, 2): tamen minus scientiae et veritatis in rebus sensibilibus inest, et tum demum scire putamur, si universalia, difficillima cognitu et a sensibus remotissima, perceperimus; quo fit, ut principiorum, quippe quae non *ἡμῖν γνωριμώτατα* sint, etsi *ἁπλῶς ἢ φύσει γνωριμώτατα*, admodum pauci, ii nempe, qui divinam quaerunt beatitudinem, i. e. sapientes, participes fiant. Principia vero ideo *γνωριμώτερα* sunt, quod ipsius animi naturam efficiunt, singularium autem rerum cognitio ex fortuitis uniuscujusque perceptionibus pendet. Opponitur haec Aristotelis sententia

opinioni, quae hodie percrebuit: finita, humana, sensibilia tantum a nobis percipi posse, et quo divinior res quaedam sit, eo remotiorem esse a nostro intellectu. Jamque Muretus sensum Aristotelis corruperat, dum *γνώριμα* hoc loco non *nota*, sed *scibilia* interpretatur, quasi cognitionem quandam (nempe principiorum) homo adipisci nequeat, ut supra (ad c. 2, §. 1) de finibus quibusdam idem contendere Muretum vidimus. Haec tamen recentiorum hominum modestia plane ab Aristotelis et omnium veterum rationibus aliena est. Hactenus difficultas nulla in textu explicando exstare videtur; nec sensum Aristotelis turbari patiemur novis istis, quae pro christianis se falso gerunt, opinionibus. Attamen si semper singularia nobis essent notiora, semper in scientiis ab singularibus ad principia ascendere deberemus; et Aristoteles prorsus, ut putant, esset empiricus, qui analytica sola utatur methodo. Sed hoc loco Paraphrastes et Eustratius recte scientias distinguunt. Sunt enim scientiae, in quibus, naturali rerum ordine servato, *ἁπλῶς γνώριμα* et nobis sunt *γνωριμώτερα*, ita ut ex causis (*αἰτίων*) utpote plus perspicuitatis habentibus ad effectus (*αἰτιατά*) digrediamur: ex. gr. in mathematica et metaphysica, in quibus hanc ob causam a principiis et universalibus ad reliqua descendendum est. In quibusdam vero aliis scientiis effectus manifestiores nobis quam causae ipsae apparent, ubi, naturali rerum ordine mutato, nobis notiora non simpliciter sunt notiora. Quamobrem hisce in scientiis viam alteram ingredi oportet, non ex principiis, sed ad principia, ut in Physicis (l. l.), in quibus a concretis (*συγκεχυμένοις*) ordiendum esse dicit Noster: *πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα· οὐ γὰρ ταὐτὰ ἡμῖν τε γνώριμα καὶ ἁπλῶς. Διόπερ ἀνάγκη, τὸν τρόπον τοῦτον προάγειν ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων μὲν τῇ φύσει, ἡμῖν δὲ σαφεστέρων, ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. ἔστι δ' ἡμῖν πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ τὰ συγκεχυμένα μᾶλλον· ὕστερον δ' ἐκ τούτων γίνεται γνώριμα τὰ στοιχεῖα καὶ αἱ ἀρχαὶ διαιροῦσι* [Mullachius: lege *διαιροῦσαι*] *ταῦτα.* Nec contradicit, ut primo obtutu videtur, quod addit: *διὸ ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προϊέναι.* Etenim *τὸ καθόλου* hoc loco non est universale, res

ideata, ut cum Spinoza loquar, sed concretum, et *τὰ καθ' ἕκαστα* sunt singula principia abstracta, quae in re sensibili in unam universitatem colliguntur, et, ut ponantur, rem quasi in membra discerpant necesse est. Ut physica, ejusmodi etiam est nostra disciplina. Praeclare igitur Eustratius nostrum locum explanat: *ἐπεὶ τοίνυν ἀρχὴ μὲν τελικὴ ἡ εὐδαιμονία, αἱ δὲ πρὸς αὐτὴν ὡς τέλος ἄγουσαι αἱ κατὰ τὰς ἀρετάς εἰσι πράξεις, αὗται δὲ ὕστεραι μὲν τῇ φύσει ὡς τῆς εὐδαιμονίας αἰτιαταὶ, ἡμῖν δὲ σαφέστεραι καὶ γνωριμώτεραι, ἐκ τούτων ἡμῖν ἀρκτέον καὶ ἀνιτέον δι' αὐτῶν πρὸς τὸ αἴτιον.* Sic denuo virtutes, principia et ipsa singularum actionum, ex hisce ipsis cognoscuntur.

§. 6. *διὸ δεῖ*) Cum a singularibus in nostra disciplina ordiendum sit, sequitur, ut singuli jam boni supponantur, singulasque actiones bonas exsequantur, et is demum, qui talis sit, ad principia, et quidem facile, progredi possit. — *ἀκουσόμενον*) cf. supra ad c. 3, §. 5 et 6.

§. 7. *ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι*) *ἀρκεῖ* M^b^, corr. H' et L^b^, margo K^b^; nec non cod. Colon. Lambini, codd. Morellii et quidam libri veteres apud Muretum. Proprie universalia sunt principia rerumque causae, quas vocat Aristoteles *διότι*, *τὸ ὅτι* autem id quod causis subjicitur; cf. Metaph. I, 1: *οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διότι δ' οὐκ ἴσασιν· οἱ δὲ (σοφοί) τὸ διότι καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι.* Sed in nostra scientia *ὅτι*, quia fons est et initium cognoscendi, non acuit tantum oculos ad cognoscenda principia, sed fit ipsum quodammodo causa et principium. Quare recte adnotat Donatus Acciajolus: „Effectus est principium in hac scientia morali et civili.“ Nec Paraphrastes male: *ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῶν ὑστέρων τὴν ἀρχὴν βουλόμεθα ἀποδεικνύναι τῶν πολιτικῶν πράξεων δηλονότι, καὶ δεῖ ὑποκεῖσθαι περὶ αὐτῶν καθάπερ ἀρχὴν ἀποδείξεως ὅτι ἀγαθαὶ, φανερὸν, ὅτι οὐ δύναται πεισθῆναι, εἰ μὴ ὁ πείρᾳ καλὰς καὶ δικαίας τὰς τοιαύτας πράξεις εἰδώς.* Possit tamen scientia nostra etiam a summis principiis metaphysicis, non solum ab illo *ὅτι* derivari, si non politici, sed philosophi finem in ipsa spectemus. Quo sensu Eustratius optime dicit: *μείζονος γὰρ τῆς θεωρίας ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν πραγματείαν περὶ ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας δεῖξαι τὸ ἀληθὲς ἐκ τῶν προτέρων καὶ*

αἰτίων ἀφορμωμένους. δεῖ γὰρ ὑπεραναβῆναι τὴν ψυχικὴν οὐσίαν καὶ εἰς νοῦν γενέσθαι καὶ θεὸν, ἃ μόνα πρότερα τῆς ψυχῆς ἐστὶ, καὶ δεῖξαι ἐκεῖθεν, τίς τε ἡ τῆς λογικῆς ψυχῆς ἀρετὴ καὶ τί τὸ προσῆκον αὐτῇ μακάριον. Haec in Metaphysicis facit Aristoteles loco pulcherrimo (XII, 7), quo summa metaphysica Ethicorum principia ita proponuntur: *ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον. εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει, ὡς ἡμεῖς ποτὲ, ὁ θεὸς ἀεὶ, θαυμαστόν· εἰ δὲ μᾶλλον, ἔτι θαυμασιώτερον. ἔχει δὲ ὧδε. — μηδέτερον ὑπάρχει τούτων)* Alter est, qui neque principia jam habet ex diutina assuetudine bonarum actionum, neque per se videre potest (*ἔχει*): alter, qui ne aliis quidem docentibus, malis moribus imbutus, ulla postea praecepta audire velit, nec principia cernere posset (*λάβοι*). Male nonnulli, ut codices NC, L^b, M^b, *ἔχοι*: incerta enim ratio in alterum modo orationis membrum cadit; quapropter non male prius *ἢ* omittunt El, NC, CCC, H^a, K^b, L^b, Cardwellus. — *τῶν Ἡσιόδου)* Vide *ἔργα καὶ ἡμέραι*, v. 291-295. Sententiam tritam apud multos scriptores occurrere, adnotaverunt viri docti: Ciceron. pro Cluentio, c. 31; Liv. XXII, 29; Herod. VII, 16, §. 1; Sophocl. Antig. v. 720-723, ed. Brunck.

CAP. V (Cap. III). Error eorum, quorum opiniones hoc capite Aristoteles refutat, in eo consistit, quod unum alterumque naturalis hominis appetitum seu finem pro summo habeant bono: error Platonis est contra, summum bonum seu ideam boni prorsus ab istis naturalis hominis finibus sejungere; cum vera sit sententia, quam secutus est Aristoteles, bonum in regendis et ad rationem perducendis appetitibus versari. Eorum autem appetituum primus est sui conservandi, cui explendo inserviunt aut corporis voluptas, aut divitiae. Possit et honoris cupiditas his appetitibus annumerari, quippe cum, aliis nos honorantibus, fama nostra, quae est verior vita, ab iis incolumis conservetur. Sed cum ad honorem obtinendum jam aliorum voluntate et gratia nobis opus sit, honoris appetitus jam non solitarium, sed in societate viventem spectat hominem. Secundus igitur appetitus est appetitus vivendi et agendi in communione hominum et recte factis honorem adipiscendi. Tertius autem, et quidem summus, est cupidi-

tas cognoscendi, ut initio Metaphysicorum dicit Aristoteles: πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.

§. 1. οὐκ ἀλόγως) His demum praemissis explicari poterit haec paragraphus, in qua, priusquam ad varias illas opiniones refutandas se accingat, docet, cur sint tot variae de felicitate opiniones. Nempe unus alterve hominis appetitus, a ceteris segregatus et ut finis totius vitae propositus, efficit genus vitae (βίος) alicujus hominis. Itaque diversae de beatitudine opiniones recte ex vitae institutis et generibus repetendae sunt: et quamvis fallantur opinionum illarum auctores in finibus bonorum arctius circumscribendis, id certe viderunt, finem illum, quisquis est, ad totum vitae genus extendi debere; felicitas enim, ut infra apparebit, totum vitae cursum complectitur. Cum autem sint tres praecipui hominis appetitus, exstant etiam tria vitae genera: ex sui conservandi appetitu βίος ἀπολαυστικός, ex honoris et agendi cupidine βίος πολιτικός sive πρακτικός, ex cognoscendi appetitu βίος θεωρητικός sive φιλόσοφος oritur; cf. Eth. Eudem. I, 4. Hac autem de re Nostro non Plato demum praeivit, ut Zellio videtur, sed jam Pythagoras, quem lepide tria illa vitae genera cum tribus hominum generibus, qui in ludis Olympicis versantur, comparavisse, Ponticus Heraclides scripsit (Cicer. Tusc. Quaest. V, 3). Plato in Republ. IX, p. 581, ed. Steph. (p. 443-444, ed. Bekk.) constituit item tria hominum genera: φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδές, φιλόνεικον καὶ φιλότιμον, φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον, quorum singula in singulis animi partibus collocat: ἐπιθυμίᾳ, θυμῷ, νῷ. Νοῦς secundum Platonem ad λογικὸν τῆς ψυχῆς, ἐπιθυμία et θυμός ad ἄλογον pertinent, ita tamen ut θυμός rationi auxilium ferat, et quodammodo rationis sit particeps (cf. infr. c. 13, §. 15-19), ἐπιθυμία vero cum ratione pugnet. Donatus, Eustratium secutus: „Prima igitur vita est imperfectissima, cum in ea maxime dominetur appetitus. In secunda fit sedatio et mitigatio perturbationum, atque in ea ratio dominatur appetitui: non quod omnino suffocet, sed obtemperantem facit rationi. In tertia vita fit vacuitas perturbationum, et appetitus, scilicet sensitivus, nullo modo operari videtur.“ Addit Eustratius de illa tertia

vita: *διακόπτων τὴν ὕλην καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο νέφος καὶ προκάλυμμα θεῷ καὶ τοῖς θείοις δι' ἀπάθειαν συγγίνεται.*

§. 2. *οἱ μέν*) *τῷ οἱ μέν* respondet demum *τὸ οἱ δέ* initio §. 4, refutatione prioris sententiae in §. 3. interjecta. — *φορτικώτατοι*) Eustratius et alii male: *βαρεῖς* secundum Homericum *ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρας.* Sunt, ut vidit Muretus, vilissimi, abjecti, ut bajuli, a *φόρτος.*

§. 3. *ἀνδραποδώδεις*) Vide infr. III, c. 10, §. 8. Servi et animalia solis corporis voluptatibus gaudent. Alibi (Oecon. I, 5) dicit Aristoteles, cibum esse mercedem servi. Voluptas autem ideo non est humana felicitas, quia communis nobis est cum belluis.

§. 4. *τιμήν*) Subaudi *ὑπολαμβάνουσι*, quod jam ad *ἡδονήν* (§. 2) ex *ὑπολαμβάνειν* (§. 1) supplendum erat; cave, ne *τιμήν* ad *προαιρούμενοι* referas, cum §. 3. interjecta ad parenthesin et ipsa pertineat. — *τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου*) Ut Montesquieu dicit, honorem esse principium Monarchiae. — *σχεδόν*) Quia ex Aristotelis sententia non honor ipse, sed virtus activa finis est societatis hominum, honor autem virtutem modo comitatur. — *ἐπιπολαιότερον*) Schol. Paris. apud Zellium: *τοῦτ' ἔστιν ἁπτόμενον μόνον τῶν εἰς αὐτὸ σκοπούντων, οὐκ εἰς βάθος διῆκον, οὐδὲ παραμένειν ἀεὶ δυνάμενον.* — *μαντευόμεθα*) Scholia eadem ex Eustratio, ut plerumque, quod jam Zellius vidit: *μαντευόμεθα εἴρηται διὰ τὸ μήπω τι περὶ αὐτοῦ ἀποδειχθῆναι, ἀλλ' ὡς ἐν εἰκασμῷ οὕτω λαμβάνεσθαι· στοχαστικὴ γὰρ τέχνη ἡ μαντική.*

§. 5. *ἔτι δέ*) Fusius explicatur haec sententia infr. VIII, c. 8, §. 2. — *ζητοῦσι γοῦν*) Explicantur praecedentia *ἵνα πιστεύωσιν κ. τ. λ.* Recte igitur monuit Cardwellus: „Ex his verbis manifesto apparet, quantum inter voces *γοῦν* et *οὖν* distet. Illa enim ad exemplar quoddam spectat, et id, quod propositum est, oratione quasi retrorsum versa, illustrat; haec recte progreditur et ex antecedentibus novum quiddam colligit."

§. 6. *ἀτελεστέρα*) Cum virtus sit habitus boni (*ἕξις*, ut explicat Eustratius), qui in subjecto esse aliquando sine ulla operatione et manifestatione possit: est imperfecta, vel per se ad finem pervenire non potest. Virtus igitur ad summum bo-

num se habet, ut potentia ad actum. Felicitas est virtus, quae agit, reque existit; felicitas virtutem ad ἐντελέχειαν perducit. Virtutem autem per se ἐντελέχειαν non continere, probant sequentia. — *ἀπρακτεῖν διὰ βίου*) Eustratius addit: *τὰς ἀγαθὰς μὲν ἔχοντα ἕξεις, οὐ μέντοι γε προχειριζόμενον ἢ διὰ τὸ μὴ εὑρίσκειν καιρὸν πρὸς τὴν προχείρησιν τῶν ἕξεων ἢ διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν ὕλης. ὡς εἴ τις μεγαλοπρεπὴς μὲν εἴη, χρημάτων δὲ ἀποροίη· ἐν μεγέθει γὰρ ἔργων καὶ πλήθει ἀναλωμάτων ἐμφανὴς ὁ μεγαλοπρεπὴς γίνεται.* — *καὶ πρὸς τούτοις*) Requirit ad felicitatem Aristoteles vitam externis bonis satis instructam, nempe valetudine, divitiis, amicis, gratia etc.; hisce enim omnibus remotis, secundum virtutem agere non possumus. Definit igitur felicitatem, ut videbimus in sequentibus (c. 7, §. 14-15): ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ. Quamobrem non potest beatus esse, qui virtute quidem instructus est, sed altera caret beatitudinis parte, quae virtuti ad operationem necessaria est. Singularia bona seu fines appetitusve naturales Aristoteli sunt instrumenta ad universale vel summum bonum impetrandum, cum Plato alterum ab altero plane excludat. — *εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων*) Nihilominus post Aristotelem Stoici id contenderunt. Summam enim beatitudinem in hoc interno virtutis habitu sitam esse voluerunt, etiamsi sapiens omnibus infortuniis aut cruciatibus impediatur, quominus operetur. A re publica enim administranda et commercio hujus vitae recedentes, in abditas abstrusasque intelligentiae et cogitationis regiones se involverunt: vel, ut loquitur Horatius, sua se involvunt virtute, et illum sapientem solum liberum etiam in vinculis, solumque regem aeternum, non consulem unius anni (secundum eundem poëtam), profitebantur; cf. Diog. Laërt. VII, §. 116-117, 121-125. Alteram igitur partem ex Aristotelea definitione Stoici (Cynicos secuti) decerpserunt: Epicurus alteram et Cyrenaici, εὐδαιμονίαν in εὐτυχίᾳ ponentes. Aristoteles vero ambo beatitudinis necessaria momenta, quae et ante et post ipsum per abstractionem divulsa fuerunt, conjungit. Ad significationem vocis θέσις illustrandam adhibuit jam Eustratius locum Topic. I, c. 11. (c. 9, ed. Buhle): *θέσις δέ ἐστιν ὑπόληψις παράδοξος τῶν*

γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν, οἷον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀντισθένης, ἢ ὅτι πάντα κινεῖται καθ' Ἡράκλειτον, ἢ ὅτι ἓν τὸ ὄν, καθάπερ Μέλισσός φησι· τὸ γὰρ τοῦ τυχόντος ἐναντία ταῖς δόξαις ἀποφηναμένου φροντίζειν, εὔηθες κ. τ. λ. Sic Ciceronis secundum Paradoxon (*ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν*), ex Stoicorum ethica decerptum, *θέσις* nominari potest. — *ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις*) Notissima sunt *τὰ ἐγκύκλια* vel *ἐγκύκλια φιλοσοφήματα* apud Aristotelem, quos etiam saepius *λόγους ἐξωτερικούς* vocat (infr. c. 13, §. 9; VI, c. 4, §. 2), ut aperte Simplicius ad Arist. de Coelo I, 9, fol. 67, b. testatur: *ἐγκύκλια φιλοσοφήματα καλεῖ τὰ κατὰ τάξιν ἀπ' ἀρχῆς πολλοῖς προτιθέμενα, ἅτινα καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἴωθεν.* Putaverunt viri docti fere omnes a Cicerone et Gellio usque ad Buhlium his nominibus peculiare scriptorum Aristoteleorum genus indicari. Ut enim Aristoteles matutinis horis philosophiam a vulgari scientia remotiorem et difficiliorem selectos auditores docebat, pomeridianis vero horis vulgo magis accommodatas habebat praelectiones (Aul. Gell. Noct. Att. XX, c. 5): sic et alterum genus scriptorum e libris acroamaticis vel esotericis, alterum e libris exotericis constare volebant. Nec infitiandum est, similitudinem hujus differentiae totam librorum Aristotelis seriem percurrentibus se offerre. Organon enim, Metaphysica et omnia physica scripta ad philosophiam sublimiorem pertinent, ubi summa subtilitate (*ἀκριβείᾳ*) materiam suam Philosophus tractat. Rhetoricae, Poëticae et praecipue omnibus moralibus scriptis (Oeconomicis, Politicis et Ethicis), propter materiae naturam, ut ipsum Aristotelem monere vidimus (supr. c. 3, §. 1), minor subtilitas satis esse debet; sic deinceps multis locis monebit Aristoteles, in Ethicis non exactissimam scientiam requirendam, sed in verisimilitudine et probabilitate nobis acquiescendum esse. Hunc duplicem philosophandi modum optime Buhlius jam distinxit: „Priorem illum philosophandi modum appellabat Aristoteles *τὸ ἐπισκοπεῖν φιλοσοφικῶς, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, φυσικῶς, κατὰ φύσιν, κατ' ἀλήθειαν, κατὰ* s. *πρὸς φιλοσοφίαν, ἀκριβῶς, ἀναλυτικῶς, λεπτομερῶς, πραγματικῶς.* posteriorem vero vocabat *τὸ διαλέγεσθαι λογικῶς, διαλεκτικῶς, ἐνδόξως, κατὰ δόξαν, κατ' ἔννοιαν.*

κοινῶς, ὡς τυπῳ s. *παχυλῶς, ἐπιπολῆς, ἁπλῶς, ὁλοσχερῶς. κατὰ τὸ εἰκός* s. *πιθανῶς, κατὰ νόμον.*“ Cf. Buhl. Op. Arist. I, p. 142-144, et notam, ubi loci Aristotelis citantur. Nihilominus Ethica non exotericis Aristotelis libris annumerari possunt; citat enim in ipsis Ethicis aliquoties *λόγους ἐξωτερικούς*. Nec plane de suis libris cogitat Aristoteles, *λόγους ἐξωτερικούς* vel *ἐγκυκλίους* allegans. Illa enim differentia supra exposita intra ipsam exstat philosophiam. Sed sunt praeterea ex rei natura duo modi scientias docendi: alter philosophorum, qui summa subtilitate rerum causas investigare student, et quae invenerunt suis selectis discipulis tradunt; alter praeceptorum, qui totam juventutem liberalibus artibus et scientiis imbuunt, quibus aetas puerilis institui solet. Philosophia Aristotelis temporibus reliquis a scientiis nondum distinguebatur; quamobrem ii ipsi, qui proprie philosophi neque erant neque fieri cupiebant, philosophicas materias docebantur, sed aliter ac philosophantes, nempe eo modo, quo vulgi auribus et intellectui accommodatae erant. Illae scientiae, quibus omnes Graeci imbuebantur, qui *πεπαιδευμένοι* esse vellent, nominabantur *λόγοι ἐξωτερικοί, ἐγκύκλιοι, ἐν κοινῷ γενόμενοι, ἐκδεδομένοι, τὰ ἔξω μαθήματα*, quibus opponuntur *λόγοι κατὰ φιλοσοφίαν*. *Λόγους ἐξωτερικούς* igitur memorans Aristoteles provocat ad illas scientias sive notiones communes (*κοινὰς ἐννοίας*), quae omnibus *πεπαιδευμένοις* notae sunt, quasque in lectoribus aut auditoribus suis supponit, cum rem hoc loco subtilius et accuratius perpendere, supervacaneum sibi videatur. Primus eam interpretationem proposuit Melchior Zeidler (ad Eth. Nic. I, c. 13, p. 56): „Ego vero interpretor *ἐξωτερικοὺς λόγους* *sermones communes extra scholam ab hominibus haberi solitos.*“ Nec possunt *λόγοι ἐξωτερικοί* aliud significare apud Aristotelem, si vel paucos locos, in quibus citantur, conferamus. Sua scripta Aristoteles semper tempore praeterito (sive imperfecto, sive aoristo, sive perfecto) allegat, ut infr. VI, c. 3, §. 3. *ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν*: Met. I, 1, *εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς*: De Coelo I, 6, *ἐν τοῖς περὶ τὰς ἀρχὰς διωρίσθη*: Polit. II, 2 (1) *ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται*. *Λόγοι ἐξωτερικοί* vero plerumque tempore praesenti citantur, infr. c. 13, §. 9.

λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς: nec opus est, inquit Aristoteles, ut animam hoc loco philosophice et accurate, quemadmodum ipse in libris περὶ ψυχῆς fecit, dispiciamus; infr. VI, c. 4, §. 1. πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις (suis libris fidem habendam esse auctor non monuerit); Eth. Eudem. II, 1. init. de partitione bonorum (cf. infr. c. 8, §. 2): καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς. Nonnunquam sane perfecto utitur Aristoteles, sed tum demum, cum jam diu et a multis, quam spectat, opinio agitata est, ex. gr. Eth. Eudem. I. 8. de idea Platonis: ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῦ τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Nobiscum stat Zellius (ad Arist. Eth. Nic. I, c. 13, §. 9), qui, explicans ἐξωτερικοὺς λόγους ut Zeidler, addit: „Quidquid enim de illa divisione Aristotelicorum librorum statuatur, hoc affirmare ausim, quotiescunque ἐξωτερικοὺς λόγους nominet, commode omnibus locis sic accipi posse, ut modo accepi; nonnullos vero aliam praeter hanc explicationem plane non ferre, ut Phys. IV, 14: ἐχόμενον δὲ τῶν εἰρημένων ἐστὶ περὶ χρόνου ἐπελθεῖν. πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πότερον τῶν ὄντων ἐστὶν ἢ τῶν μὴ ὄντων, quos sermones semper, priusquam suas rationes in disputando proponat, disquirere solet“ (vide infr. ad c. 8, §. 1). Exstat denique locus, ubi prorsus ridiculum esset, si λόγοι ἐξωτερικοί designarent ipsos quosdam Aristotelis libros; Metaph. XIII, 1 enim de Platonicorum ideis dicit Aristoteles: τεθρύλληται τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. Res decantatas certe suos libros Philosophus non vocaverit. Jam quae de ἐγκυκλίοις Aristotelis scriptis Diogenes Laërtius (V, §. 26) affert, ex falsa illa explicatione deducta et conficta esse videntur; cum enim ipse citaret λόγους ἐγκυκλίους, debuit etiam tale scriptum in elencho librorum suorum exstare. Somniavit Eustratius, nomine ἐγκυκλίων nimirum inductus, poemata quaedam Aristotelis: φασὶ τὸν Ἀριστοτέλη ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπιτηδὲς κατά τινα ἀριθμὸν συμπονούμενα ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε. Quod opus Aristotelis poeticum et Sui-

das videtur significasse, cum ait: ἐγκύκλια λέγεται καὶ τὰ ποιητικά. Sed profitetur Eustratius ipse: οἷς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐνετύχομεν, εἰσὶ δ' οἳ περὶ τούτου ἱστόρησαν. Nihil tamen ejusmodi scripsit Aristoteles, nisi cum Donato et Menagio ad Diogenis locum laudatum velis admittere, Aristotelem encyclopaediam, quam vocant, scientiarum vulgi intellectui accommodatam edidisse (fortasse librum de Mundo ad Alexandrum), ut et vivo Platone, antequam ipse ad philosophiam tractandam accederet, libros populariter scriptos edidit, ad quos tamen nostro loco Aristoteles non respicit, cum ad rhetoricam potissimum pertinuisse videantur (Stahr. Aristotel. T. I, p. 69-70).

§. 7. ἐν τοῖς ἑπομένοις) Infr. X, c. 7. Eustratius: ἀπὸ τῶν ὑφειμένων ἐπὶ τὰ ὑπερβαίνοντα ἀνερχόμενος. Contemplatio enim veritatis jam divina, non humana felicitas.

§. 8. χρηματιστής) Supple vel ἄνθρωπος vel potius βίος. Neutiquam tamen quartum genus vitae afferre vult, sed vita pecuniaria ad βίον ἀπολαυστικόν pertinet. Quod bene exposuit Paraphrastes: ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βίος ἐν αὐτοῖς θεωρούμενος τοῖς εἰρημένοις, ὁ τοῦ χρηματικοῦ· καὶ γὰρ καὶ ὁ τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ τὴν τιμὴν διώκων χρήματα ἐθέλει συλλέγειν. Sejunxit autem Aristoteles quaestum et divitias a voluptate, quia adhuc minus quam voluptas aut honor pro felicitate accipi possunt, cum non sint fines, ut voluptas, sed voluptatis instrumenta. — βίαιός τις) Jam inde ab Eustratio (βίαιον δὲ λέγει, ὅτι καὶ βίαν ἐνδείκνυται πρὸς τὸ κτήσασθαι τὸ ζητούμενον) fere omnes male interpretati sunt: *violentus*, quod vir talis ad ea, quae cupiat, consequenda fraudem, dolum et rapinas adhibere consueverit. Quasi non et sine injustitia, nedum sine vi, divitiae possint comparari! Giphanius solus recte explicavit *vitam naturae contrariam*, quo sensu saepissime vox illa βίαιος a Nostro accipitur: Phys. IV, 8, ἡ μὲν γὰρ βίαιος παρὰ φύσιν ἐστίν, et V, 6; Polit. VII, 16. Contra naturam autem est, in divitiis ultimum ponere finem, quia divitiae nunquam finis, sed semper instrumenta modo ad finem esse possunt; contra naturam igitur ejusmodi homines divitiis utuntur, suaeque naturae vim ipsi afferunt. Finem enim suum, quae est ipsorum natura, non adipiscuntur, sed in infinitum

progrediuntur, circa instrumenta semper versantes, finemque omittentes. Qui vero finem nunquam attingit, ne instrumenta quidem persequitur; fit enim aliquid tum demum instrumentum, cum fini obtinendo servit. Et sic jam Paraphrastes explicavit: *ἔστι βίαιος· οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν διώκει ὃ τέλειόν ἐστιν, οὔτε πάνυ δοκεῖ διώκειν.* Nec audiendus est Garve (in versione et notis), qui, quamvis secutus Giphanii versionem, tamen aliter illud *contra naturam* explicat: Homines natura ad voluptatem pronos nonnisi invitos et vi quasi coactos rei quaerendae assiduam operam dare. Jam Dante Alighieri hunc locum Ethicorum Aristotelis, quibus summam dederat operam, respiciens et explicans, foeneratores tanquam violentos aeterna affectos poena finxit. Quaerentique sibi, quomodo vim afferre Deo foeneratores conentur, Virgilium respondentem inducit: Quod a natura Deo genita, et ab arte naturae filia et pedissequa Deique adeo nepti (laborem poëta intelligit) Deus in Genesi vitam sustentari vult, foeneratores vero diversam ingrediuntur viam:

E perchè l'usuriere altra via tiene,
Per sè natura, e per la sua seguace
Dispregia, poichè in altro pon la spene.

Inferno XI, v. 109-111. —

χρήσιμον) Utile semper ad aliud, cui utile est, refertur; nunquam per se est, nec finis. Philosophia non utilis, sed divinarum rerum cognitio per se summe nobis expetenda est, etiamsi nihil aliud consequamur (cf. Met. I, 2: *δῆλον οὖν ὡς δι' οὐδεμίαν αὐτὴν ζητοῦμεν χρείαν ἑτέραν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπος (φαμέν) ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου ὢν, οὕτω καὶ αὐτὴν ὡς μόνην ἐλευθέραν οὖσαν τῶν ἐπιστημῶν· μονὴ γὰρ αὕτη αὑτῆς ἕνεκέν ἐστιν*). Quibus demum praemissis tamen et dici possit, summum bonum esse etiam utilissimum, quippe quod sibi ipsi maxime sufficiat, et aliorum bonorum ope quam minime indigeat. — *καταβέβληνται*) i. e. *prolati, proditi sunt;* proprie *in medium conjecti, pervulgati*, ita ut *μαθήσεις καταβεβλημέναι, παιδεύματα καταβεβλημένα* fere idem sint, ac *λόγοι ἐγκύκλιοι, ἐξωτερικοί* etc.

CAP. VI (Cap. IV). Ut intelligamus, quae Aristoteles hic et

ubique contra Platonis ideas disputet, nonnulla de Platonis doctrina in universum praemittenda videntur. Docet nos ipse Aristoteles (Metaph. I, 6), Platonem, Heracliti sententiae assuetum, tanquam omnibus sensilibus semper defluentibus et de iis non existente scientia, inde doctrinam suam de ideis duxisse. Cum autem Socrates in moralibus universale quaereret, utpote qui ad definitiones mentem applicaret, Plato huic assensus definitionem a sensilibus remotam esse putavit, quippe quae semper moveantur, et universale (τὸ καθόλου) solum ens esse statuit, quod per definitionem mente et intelligentia percipiatur scientiamque ita perficiat. Species (τὰ εἴδη) sive genera (τὰ γένη) — haec enim apud Platonem quidem promiscue pro idea (ἰδέα) ponuntur —, quibus singulae res continentur, et fuerunt ex omni aeternitate, neque unquam esse desinent, neque ulli mutationi obnoxia sunt, sed semper eodem modo se habent. Non enim, ut volunt plerique, hic homo et hoc animal, qui nascuntur et intereunt, vere sunt; sed idea tantum hominis ex omni aeternitate vera fuit semperque erit. Sic deinceps de ceteris. Sunt autem singulae res ea tantum parte, quatenus idearum participes sint (μέθεξις), et ad aeterna illa exemplaria (παραδείγματα), quoad ejus fieri possit, conformentur. Scientia nihil aliud est quam reminiscentia (ἀνάμνησις): i. e. conscientia idearum, quae, utpote animi naturam efficientes, nobis ab omni aeternitate jam sint insitae. Hactenus Platonis doctrinam plerumque meis, nonnunquam Mureti verbis exposui. Pergit Muretus (p. 86):

„Hic si substitisset Plato, ferri aliquo modo poterat, omniaque illius dicta veram aliquam et commodam interpretationem recipere videbantur." Addo, etiam apud nostros philosophos intelligibilia et universalia in singulis sola vere esse. Nec contra talem doctrinam Aristoteles pugnavit, quippe qui et ipse veram scientiam in cogitatione cogitationis posuerit. Jure tamen Ammonium Saccam, Eustratium et Simplicium refutat Muretus, qui Aristotelem non adversus Platonem ipsum, sed vulgares de ideis opiniones pugnasse putaverunt. Dicit enim elegantissime Muretus: „Plato multa protulit, quae Aristoteles, qui veritatis

amantissimus, a figmentis autem et ab allegoriis in tractanda philosophia alienissimus erat, ferre non potuit. Docuit enim, eas substantias esse ab iis omnibus, quae sub sensum caderent, non intelligentia tantum, sed re ipsa separatas, ad quas omnium generationum principia referenda essent, in quas tanquam in exemplaria intuens Deus cetera omnia produceret. Animos etiam nostros, antequam demitterentur in corpora, familiariter, ut ita dicam, versatos esse cum ideis et ex earum intuitu omnium rerum cognitione viguisse; post eum in perturbatum corporis domicilium commigrassent, oblitos esse eorum, quae antea sciverant: reminisci tamen eorum alios facilius, alios majori negotio, prout cuique major aut minor cum corpore conjunctio esset. Illas speciosas et plausibiles fabulas Aristoteles repudiandas putavit, in iisque aperte professus est, sibi cum Platone convenire non posse.“ Notandum tamen est, Platonem non ipsum fabulas illas pro vero habuisse; sed, quia veritatem non satis luculenter introspexit, ideo ad mythos confugisse: et successores demum ejus vulgusque fabulas illas ad litteram accepisse. Itaque quodammodo veteres interpretes recte contenderunt, Aristotelem verbis tantummodo, non re a Platone dissentire, neque adversus Platonem ipsum, sed adversus eos, qui Platonem male intelligerent, disputare. Quod et ipse innuit Aristoteles (Metaph. XIII, 4): *ὁ μὲν Σωκράτης* (qua persona saepissime apud Aristotelem Plato ipse designatur) *τὰ καθόλου οὐ χωριστὰ ἐποίει οὐδὲ τοὺς ὁρισμούς, οἱ δ' ἐχώρισαν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσαν. ὥστε συνέβαινεν αὐτοῖς πάντων ἰδέας εἶναι τῶν καθόλου λεγομένων.* Nihilominus Aristoteles partim illos, quamquam absurdiora proponentes, partim ipsum Platonem aggreditur, cum penes ipsum culpa sit, quod discipuli doctrinam ejus ita intellexerint.

In Metaphysicis passim totam de ideis doctrinam accurate refutat Aristoteles, quae refutatio breviter exponenda videtur, ut hanc nostri capitis disputationem, quae adversus boni tantum ideam pugnat, intelligamus. Primo in universum Aristoteles ipsius Platonis ideas refutat (Metaph. I, 9; XIII, 5): „Vult quidem Plato in Phaedone, ideas principia et causas

rerum singularium esse, quarum essentiam et mutationes ideae producerent. Sed qui ideas rerum causas putant, similes sunt illis, qui minorem numerum numerari posse non arbitrantes, duplicando illum numerum, ita numerari posse arbitrentur; quot enim fere sunt res, tot finxerunt ideas.“ Sed non dixerunt, quomodo universalis homo hominem singularem procrearet. Quinimmo „singulum singulus procreat, et universalis hominis nemo est filius“ (Metaph. XII, 3, 5). „Praeterea multa alia fiunt, velut domus aut annulus, quorum non dicunt esse species; quare et cetera, quorum sunt species, propter alias causas esse et fieri possunt. Dicere vero, exemplaria illas esse et cetera eis participare, vaniloquia et figmenta poetica est dicere. Quid enim est, quod agit ad ideas respiciens? Inutiles igitur sunt species rebus sensibilibus, cum nec motus alicujus, nec transmutationis causae sint; sunt potius causa immobilitatis“ (Met. I, 9 et 7). Tollit igitur Plato totam causam, quae Aristoteli ἀρχὴ ὅθεν ἡ κίνησις vocatur, totamque adeo de natura considerationem, cum illa causa in natura latissime manet. Quamobrem non sunt Platonis ideae vivificae, non producunt res ad actum; sed universalia illa tantum potentia sunt, quae quomodo ad actum perveniant, Plato exponere omisit.

Secundo falsam idearum explicationem redarguit Aristoteles, quasi ideae sint per se a sensilibus rebus separatae (χωριστά): „Ideae si sunt verae rerum essentiae, quomodo separari possunt ab eo, cujus essentiae sunt?“ (Metaph. I, 9). Essentia enim rei insita est. Sin minus, res ab essentia sua separaretur et praeter suam essentiam alia essentia uteretur. „Haec autem singuli essentia definitione ab idea universali non esset diversa;“ ideaque rursus inutilis esset. „Separare igitur causa difficultatum, quae circa ideas accidunt, est“ (Metaph. XIII, 9). Parem tamen difficultatem habebimus, si ideas non separaverimus. „Si enim quis sustulerit substantiam universalem, cum singulae res ex universalibus principiis deriventur, substantiae“ (res singulae) „a non-substantiis“ (rebus universalibus) „procreabuntur, et non-substantia prior erit, quam

substantia. Difficillimum est intelligere, quomodo, dum scientia omnis universalium est, et rerum principia sint universalia et substantiae tamen non separatae.“ Hanc autem difficultatem Aristoteles (Metaph. XIII, 10) hoc modo solvi posse contendit: „Quodam quidem modo verum, quod dicitur, est, quodam autem modo non verum. Scientia namque, sicut et ipsum scire, duplex est; quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cum sit tanquam materia ipsius universalis et indefinita, universalis indefinitique est; actus vero determinatus et determinati, cum quid sit et hujus alicujus. Verum per accidens videt oculus colorem universalem, quia hic color, quem videt, color est. Nam si necesse est, principia universalia esse, necesse est, illa quoque, quae ex his gignuntur, universalia esse; quod quidem si ita est, nihil erit separatum, ne substantia quidem.“ Insunt igitur universalia ipsa rebus singularibus, suaque virtute ac natura ingenerantur. Haec autem universalia formas (*τὰ εἴδη*) rerum Aristoteles appellat, easque potentias vocat, quae in singulis actu existunt. Singulae res a formis, ut ipsarum substantiis, separari non debent: aeternaque illa et immutabilia rerum exemplaria non separata et semota, sed per rerum naturam transfusa, itidem animi cognoscentis essentiam efficiunt, qui rerum formas percipiens substantias rerum tangit et eo ipso contactu res in formas cogitatas, i. e. cogitationes convertit (cf. Metaph. XII, 7). Addit igitur optime Aristoteles (XIII, 10): „Quodammodo quidem scientia universalis est, quodammodo vero minime,“ sed etiam singularium; nempe universalia non a rebus singulis existentibus abstracta sunt, sed cum iis arcte concreta: sin minus, essent fictitia, vana, et potentiae tantum, non actus. Aristoteles igitur idearum (*τῶν εἰδῶν*) doctrinam non respuit, sed vero eam sensu acceptam etiam corroboravit, quippe cum ideas sive formas rerum cogitatione cogitationis in animis expressas, easdem pro actu existentibus rerum substantiis habuerit.

Tertio nonnullorum Platonicorum opinionem confutat Aristoteles (Metaph. III, 2 fin.), qui dixerunt, nec prorsus sepa-

ratas esse substantias universales a singularibus, nec prorsus unum et idem esse ita ut universalia cogitatione tantum vigerent. Secundum illos ideae et inessent sensibilibus, et intra illa ipsa ab iis separarentur; ex quo absurdiora priore opinione consequantur, necesse est. „Duo solida in eodem loco necesse esset esse. Erit namque aliud quoddam coelum praeter coelum, nisi quod non separatum, sed in eodem loco; quod impossibilius est.“ Praeterea substantia hominis universalis et substantia singularis hominis utraque hominis naturae participaret; esset igitur iis communis quaedam idea, vel, ut dicit Aristoteles (Metaph. I, 9), tertium haberemus hominem. Tertius ille homo cum prioribus et ipse aliquam haberet ideam communem et sic in infinitum, ut est in ipso Platonis Parmenide, p. 132 (p. 14), qui jam ipse falsas illas idearum explicationes non agnoscit (Platon. Parmenides, p. 133 sqq. [p. 16 sqq.]). Denique cum non substantiarum tantum ideas faceret Plato, verum etiam, ut nunc loquimur, accidentium, ut *αὐτοδίκαιον, αὐτόκαλον, αὐτοάγαθον* et reliqua, de quibus est in Parmenide, non duae tantum substantiae uno eodemque loco essent, sed multo adhuc plures: in Socrate ex. gr. idea hominis et animantis et eruditi et albi et boni. Quae omnia fieri non possunt.

§. 1. *γινομένης ζητήσεως*) Vrat, Cardwellus ex K^b, Bekkerus sine nota critica *ζητήσεως γινομένης*. — *φίλους ἄνδρας*) Intellige Platonem et Platonicos. Qui hoc ex loco probari putant, Nicomachum Aristotelis filium hujus libri auctorem non esse, quippe qui post mortuum Platonem natus sit, non errant. Sed Theophrastum auctorem non removerunt, cum, anteaquam ad Aristotelem accessisset, Platonis fuisset auditor. Sed omnis dubitatio tollitur, si, ut supra diximus (p. 2), Aristoteles est auctor, Theophrastus aut Nicomachus editor. — *τὰ οἰκεῖα*) Male Garve: *Das uns persönlich Angehende*, quasi esset pro *τοὺς οἰκείους*, *amicos*. Sed *καί* impedit, quominus ita accipiamus. Sensus est: Nostra ipsorum decreta veritati posthabebimus, *nedum* amicorum. — *προτιμᾶν*) Similia de Homero Platonem in Republ. X, p. 595 (p. 467) dixisse: *ἀλλ' οὐ πρό γε τῆς ἀλη-*

θείας τιμητέος ἀνήρ, jam monuit Ammonius Saccas in vita Aristotelis (Buhle, Op. Aristot. I, p. 45): *οὐχ ἁπλῶς ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι, ἀλλὰ τοῖς μὴ νοήσασι τὰ τοῦ Πλάτωνος. εἰ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι ἀντιλέγει, οὐδὲν ἄτοπον. καὶ ἐν τούτοις γὰρ τὰ τοῦ Πλάτωνος φρονεῖ· αὐτοῦ γάρ ἐστι λόγος, ὅτι μᾶλλον δεῖ τῆς ἀληθείας φροντίζειν, ἤπερ ἄλλου τινός.*

§. 2. *πρότερον καὶ ὕστερον*) Nempe dignitate, non tempore prius et posterius. Accidentia, quae posteriora sunt substantia, non ad communem ideam cum ipsa reduci possunt; albi enim idea diversa est ab idea nivis etc. Haec Plato ipse concederet. Reliquae autem categoriae, ut qualitas, relatio, dignitate posteriores sunt substantia (*τὸ τί ἐστι*); itaque cum bonum sit et in qualitate et in quantitate et in relatione et in substantia, non possunt bona illa ad communem ideam reduci. — *παραφυάδι*) Accidentia ad substantiam se habent, ut pulli arboris ad truncum. Cf. Rhet. I, 2: *συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι κ. τ. λ.*

§. 3. Idea est unitas intelligibilis; itaque cum unaquaeque categoriarum item suam habeat intelligibilem unitatem ab altera diversam, non possunt plures ejusmodi unitates ad unam ideam referri. Dicitur autem bonum secundum omnes categorias, quia bonum est verum ens, ens autem secundum omnes categorias dicitur. Sciendum tamen est, omnibus illis argumentis non refutari universalem ideam boni, i. e. Deum sive mentem, in omnibus rebus, quamvis natura posterioribus, unum idemque manentem: sed boni tantum abstractam notionem, quae extra bonorum omnium commercium existentiam sibi vindicare studeat. Neque inepte adnotat Eustratius: *καὶ αὐτὸς* (Aristoteles) *τῷ λέγειν, οὗ πάντα ἐφίεται, τὸ καθολικώτατον δηλοῖ καὶ τὸ πρώτιστον.* Itaque Eustratius *τἀγαθόν* (ut supr. c. 2, §. 1) cum articulo pro *αὐτοάγαθον* accipi vult. Male tamen Aristotelem accusat: *ἐξ ἀρχῆς μὲν καὶ αὐτὸς ὁμολογήσας αὐτὸ, νῦν δὲ σοφιστικώτερον πρὸς ἐκεῖνο μαχόμενος.* Distinxit enim Eustratius, Platoni nimis favens, bonum non ita, ut modo indicavimus. — *ἐν τόπῳ*) Nonnulli codices (Par, H^a, O^b) *ἐν τῷ ποῦ*. quod est solemne illius categoriae vocabulum. Sed et aliis

categoriis non suum cuique nomen solemne hoc loco auctor tribuit, cum dicat ἐν χρόνῳ pro ἐν τῷ ποτέ: ἐν τῷ τί vero est solemne vocabulum pro ἐν οὐσίᾳ (cf. supr. ad c. 4, §. 2, p. 20). — καιρός) Paraphrastes: ὁ ἐπιτήδειος ἑκάστῳ χρόνος. — δίαιτα) Idem: τόπος, ἐν ᾧ εὖ διάγομεν.

§. 4. Haec refutatio Aristotelis sententiam luce clarius explicat. Omnium bonorum non est una scientia, quia, si uniuscujusque scientiae finem vel bonum ex idea boni excludere velimus, ut communem ideam nanciscamur, una illa ideae ipsius scientia determinato quoque caret argumento. Plato quidem omnium idearum unam statuit esse scientiam, nempe dialecticam; sed purae illae Platonis ideae nec poterant ad aliud argumentum per se ipsas pervenire. Et exprobrat Aristoteles (Metaph. XII, 1) idearum auctoribus, quod logice tantum de ideis quaerant. Nempe logica boni idea sane radix sive semen omnium bonorum est, sed non, quatenus abstracta est a ceteris bonis, vera jam gaudet existentia et substantia. Qui non vident, hujuscemodi disquisitione res summi momenti dijudicari, possunt cum Garvio exclamare: *Eine der ermüdendsten Untersuchungen, wie alle, in welche sich die unfruchtbare Theorie der Platonischen Idee einmischt! Es ist eine Reihe von Subtilitäten, die nicht einmal zu einem Schlusse gebracht werden.* Nempe innuit modo Aristoteles, remque leviter stringit; sed sapienti sat. Admittit ideam Aristoteles in singulis inhabitantem. Illud tamen interest inter Platonem et Aristotelem, quod, cum ille quidem universalia primas esse substantias putet, hic (Categ. c. 5) rectius singularia; nam singularibus, ut subjectis (ὑποκειμένοις), universalia, tanquam secundae substantiae, continentur, non contra. — μία καὶ ἐπιστήμη) Dicit enim Plato in Parmenide, ut sunt ideae, ita esse scientiam nostram. Quippe idea est ipsa scientia rei ideatae. — ἦν ἂν μία τις ἐπιστήμη) Zellius contra suos codices ἂν ejecit, Ald, Victorium, Turnebum et Morellium secutus. Sed cum et Bekkeri et Wilkinsoni codices cum illis consentiant, eo magis retinendum censui, quod notissimus ille loquendi usus non nisi in vivida oratione et in rebus, quae fieri possunt, locum habeat.

Hic autem habemus ratiocinationem philosophicam et rem impossibilem. Neque obstat locus a Zellio ad probandam suam lectionem citatus: infr. X, c. 9, §. 15. *κάλλιον ἦν ἴσως*. Res enim, de qua illo loco agitur, fieri potest; nec vidit Zellius, Aristotelem *ἴσως* adjecisse. — *πόνοις*) Zellius: Sunt exercitationes gymnasticae, ut recte admonet Giphanius laudatis locis Metaph. V, 2. *τὸ πονεῖν αἴτιον τῆς εὐεξίας*: Ethic. Nic. II, c. 2, §. 8; Eudem. II, 1 ad fin.

§. 5. Haec quarta ratio non pertinet tantum ad ideam bonorum, sed communiter ad omnes ideas Platonicas, ut Eustratius jam adnotavit; accommodat tamen Aristoteles, quae in universum idearum doctrinae objecerat, ad ideam boni. — *εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος*) Cum definitio et substantia universalis hominis et hominis singularis una eademque sit, sunt ipsi unum et idem; possunt igitur ideae non separari a singulis, cum nec diversae sint ab iis.

§. 6. *τῷ ἀΐδιον εἶναι*) Differentia temporis non mutat rei substantiam, servaturque, ut dicit Eustratius, in utrisque eadem ratio (*λόγος*); temporis enim differentia est in accidente. Vituperant Eustratius et Camerarius Aristotelem, quod *τῷ ἀΐδιον* postea substituerit *πολυχρόνιον*, quasi praestigiis verborum lectori imponere velit; similitudo enim, quae de diuturnis et minus diuturnis rebus concedatur, concedi jam non posse videtur de aeternis et caducis. Sed hoc loco pugnat Aristoteles adversus eos, qui ideas separant a singulis. Ii, qui ideas vel formas rerum ut ipsarum substantias ipsis rebus insitas esse putant, jam, etsi pereant singulae res, aeternitatem formarum adseverant, sive in hac exstent sive in illa re caduca: est enim aeternum immutabile aliquid, in quolibet temporis momento totum existens; singulae igitur res ipsae aeternae, quamvis caducae. Qui vero ideas separant a rebus singulis, illis aeternitas nihil aliud est atque infinitum temporis spatium, quod, cum percurri neque existere nunquam possit, idem est ac diuturnitas. Itaque non ex vera Philosophi sententia, sed ex falsa istorum opinione *ἀΐδιον* et *πολυχρόνιον* idem est; quod, cum istam studeat Ari-

stoteles opinionem subvertere, etiam ut concessum admittere debet.

§. 7. *ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν*) Ponebant Pythagorei decem principia uno in ordine, in altero autem decem eorum opposita; uterque ordo *συστοιχία* alterius vocabatur, et ab Aristotele (Metaph. I, 5) sic proponitur: *πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἓν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἠρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες.* Propius autem vero accedit opinio Pythagoreorum, quod ideam boni non abstractam a ceteris omnibus elementis sive principiis esse voluerunt, sed cum illis conjunctam, utpote, si Graecum ita verti licet, iis *coordinatam.* Unitatem sane Pythagorei et ipsi suo de bono praedicabant: unum enim est in eodem ordine, quo bonum: sed bonum iis non una erat communis idea seorsum a reliquis bonis per se existens, cum omnia ejusdem ordinis principia ad bonum pertinerent. Quin omnino principia Pythagorei non, ut Plato, a sensilibus rebus separata statuerunt, sed ipsis inesse (Metaph. I, 6). Bonum igitur secundum Pythagoreos non tantum unum est, sed tum demum bonum existit, cum multorum exstat unitas, multitudinem ad se reducens neque extra multa posita. Antehabet igitur Aristoteles Pythagoreorum opinionem opinioni Platonis, quia reducebant omnia bona ad unum bonum, quod est in rebus inter nos versantibus, et non ad unum bonum separatum a nobis, quae est idea boni. — *Σπεύσιππος*) Diog. Laërtius (V, §. 25) Aristotelem singularem librum de Speusippo scripsisse affirmat. Doctrina Speusippi, quam hoc loco respicit, exponitur in Metaph. VII, 2: *Σπεύσιππος δὲ καὶ (ᾤετο) πλείους οὐσίας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀρξάμενος καὶ ἀρχὰς ἑκάστης οὐσίας ἄλλην μὲν ἀριθμῶν, ἄλλην δὲ μεγεθῶν, ἔπειτα ψυχῆς· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπεκτείνει τὰς οὐσίας.* XII, 7. *ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσιν, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Σπεύσιππος, τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον μὴ ἐν ἀρχῇ εἶναι, διὰ τὸ καὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζῴων τὰς ἀρχὰς αἴτια μὲν εἶναι, τὸ δὲ καλὸν καὶ τέλειον ἐν τοῖς ἐκ τούτων, κ. τ. λ.* Nempe bonum Speusippo non tantum unum abstractum neque in initio est ante multa, sed finis. — *περὶ μὲν οὖν τούτων*)

Omittunt οὖν A (L^b), B, C, El, CN, CCC, Par, H^a, K^b secundum Bekkerum, M^b, N^b, Ven, Coraes, Bekkerus: ita ut exstet tantum in Vrat, K^b secundum Cardwellum, et O^b; Ald, Victorius, Turnebus, Morellius etiam servant οὖν. Omissio a Paraphraste in codices irrepsisse videtur. Abundat saepe haec vox in Aristotele, ut apud Hegelium *also:* et ut saepe nos ex nostri philosophi editionibus expunximus, sic et ex Aristoteleis Peripatetici. — ἄλλος ἔστω λόγος) Sic legunt A (L^b), C, El, NC, Par, Vrat, H^a, N^b, O^b; ἔσται pro ἔστω habent tantum CCC, K^b, M^b, Cardwellus et Paraphrastes; B exhibet ἔσται superscripto ω, omnia prima manu. Ἄλλος λόγος est liber ille peculiaris de Speusippi philosophia a Diogene (cf. p. 41) laudatus et ab eodem simul citati de Pythagoreorum placitis libri nonnulli.

§. 8. λεχθεῖσιν) *Iis, quae dixi, difficultas quaedam subest.* Eustratius adnotat, Aristotelem hoc loco quasi se ipsum reprehendere, quod de bonis in universum disputaverit, cum sint duo bonorum genera, Plato autem ea, quae de idea disseruit, non ad utrumque, sed ad alterum tantum bonorum genus referri voluerit. — διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι) ἀγαθοῦ post εἰρῆσθαι eleganter O^b et Ven: omittunt μή CCC, O^b; et εἰρῆσθαι alii ad Platonem, alii ad Aristotelem referunt. Ita cum πᾶν ἀγαθόν et *bonum in universum* et *omnia singula bona* significare possit, quatuor modis explicari potest hic locus: 1) sine μή: a) εἰρῆσθαι de Platone. Sic intelligit Garve, qui jam λεχθεῖσιν ad Platonem retulit: *Noch ist eine andere Schwierigkeit in Absicht jener Platonischen Ideen-Theorie, wenn sie auf das Gute angewandt wird, übrig. Die Platonische Idee des Guten soll die Grundlage alles dessen sein, was im einzelnen Dinge gut genannt wird.* Et sane Plato ipse non distinguit ideam per se boni ab idea boni propter aliud. Secundum hanc explicationem emendat Aristoteles Platonis opinionem, quippe qui male hanc distinctionem omiserit, sententiamque ejus ita emendatam et ipsam refutat. Quo facto ipsissima Platonis opinio una simul concidit. Nam si ne per se bonorum quidem una est communis idea, multo minus erit omnium bonorum una communis idea. b) εἰρῆσθαι de

Aristotele: *Quia in praecedentibus de omni bono locutus sum in universum, bona autem in duo genera dividi oportet.* Hunc in modum Victorius vertit et explicat, quasi abesset μή, quamvis in textum negationem recepisset. 2) Cum μή: a) εἰρῆσθαι de Platone. Ita Giphanius accipiendum putavit hoc modo: „Occurritur enim Aristoteli a Platonicis, disputationem (seu λόγους) Platonis non ita infinite accipiendam esse de omni bono, sed de certo duntaxat bonorum genere. Plato enim ideam non ponebat in bonis, quae propter aliud sunt, sed in iis tantum, quae propter se. Itaque, quae hactenus disputavit Aristoteles adversus boni ideam, non evertunt omnimodo Platonis sententiam, qui et ipse hoc fateretur, diversorum bonorum, nempe tam propter se, quam propter aliud, non esse communem ideam, sed eorum tantum, quae propter se.“ b) εἰρῆσθαι de Aristotele suam ipsius orationem quasi corrigente, quod non speciatim distinxerit bona per se et bona propter aliud. Ita Lambinus et Zwingerus acceperunt, Paraphrasten secuti: ἐροῦμεν δὲ ἔτι περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀκριβέστερον. τὰ γὰρ εἰρημένα δεῖται τινὸς ἐξετάσεως καὶ ἀκριβείας διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ κατὰ μέρος εἰρῆσθαι τοὺς λόγους. νῦν δὲ διελόντες, ἀκριβέστερον ποιήσομεν τὸν λόγον. Sic et Eustratius: συγκεχυμένως καὶ ἁπλῶς μέχρι νῦν περὶ τῶν ἀγαθῶν ὁ λόγος γεγένηται. Mira fortuna sensus, quovis modo legas textumque explices, semper idem est. Sed cum μή omnium fere codicum consensu firmetur, πᾶν ἀγαθόν potius *singula bona*, quam *universum bonum* significet, et distinctionem supra expositam Plato non attulerit, quartae explicationi acquiescendum puto. Verte igitur: *Quia in iis, quae de Platonis idea dixi, non singulas bonorum species distinxi.* Εἰρῆσθαι etiam omnino, ut λέγεσθαι, quod sequitur, indefinite accipi potest, pro vernaculo *man;* nempe: *Quia idea non de omnibus singulis bonis proposita est*, sive Plato hoc statuerit, sive non. Quam explicationem confirmat finis §. 9: σκεψώμεθα εἰ λέγεται κατὰ μίαν ἰδέαν, ubi Platonis oblitus, per se rem tractare instituit.

§. 10. ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος) Nec ironiam video, quam Eustratius somniavit; nec ullus interpretum perspexit,

Aristotelem hoc loco *ἰδέαν* et *εἶδος* non per lusum, sed serio distinxisse. *Εἶδος* enim hoc loco designat speciem, non genus, cum apud Platonem *εἶδος* et *γένος* promiscue *ἰδέαν* significent. Distinxerat Noster in genere duas bonorum species (*εἴδη*): bona per se et propter aliud. Jam si omnia vere bona, tanquam non existentia per se, ab idea excluserimus, et alteram speciem tantum ideam esse voluerimus, haec bonorum species erit vana, omnique carebit argumento; nec essent duae species, generi coordinatae (id, quod tamen supposuimus), sed idea vana et multitudo existentium bonorum.

§. 11. *τὸ ἀγαθόν*) Nempe ne per se bona quidem unius communis sunt ideae.

§. 12. *ἦ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν*) Interrogatio, propter quam et *ἆρα* edere debui, affirmationis vim habet; sequitur enim *γάρ* (vide supra ad c. 2, §. 2). Nempe omnia bona commune nomen per analogiam habent, quia finis est notio generalis, quae omnibus bonis competit. Si quis igitur abstractam ideam boni ponere velit, nihil aliud statuit ac logicam notionem teleologiae, quae quidem cum omni argumento careat, hoc loco praetermittenda videtur, quo de hominis fine agitur.

§. 13. *ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας*) i. e. *partis philosophiae* (*πραγματείας*), non sectae philosophorum: nempe *τῆς πρώτης φιλοσοφίας*, i. e. Metaphysicorum, ut Schol. Paris. apud Zellium explicant. Item Paraphrastes: *θεολογικοῦ γάρ τινος καὶ τοῦτο*, vocat enim Aristoteles primam philosophiam etiam *θεολογικήν* (Metaph. VI, I).

§. 15. *τὸ ἐνδεές*) Paraphrastes: *τὸ ἐνδεὲς ἀναπληρῶσαι ἐπιζητοῦσι κ. τ. λ.* Scientiae et artes ab explendis vitae necessitatibus originem traxerunt, excepta philosophia, quae necessariis demum rebus omnibus repertis exstitit (Metaph. I, 1 et 2).

§. 16. *οὕτως*) Non ideam valetudinis medicus respicit, sed hujusce hominis valetudinem.

CAP. VII. §. 1. (Cap. V.) *πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν*) Haec in memoriam reducere, melius in praelectionibus, quam in libro locum habet.

§. 2. *μεταβαίνων*) Aberravit a definiendo summo bono ad

multorum opiniones, quorum alii alium finem, Plato unam ideam statuerunt. Haec aberratio ipsa Philosophum jam ad ea, quae sibi proposuerat, reduxit (εἰς τὸ αὐτὸ ἀφῖκται). Nempe investigandum est, quomodo, cum sint plures fines, unus tamen eorum semper sit per se tantum, nunquam propter aliud; qui sane erit finis bonorum, quem quaerimus.

§. 3. πλοῦτον, αὐλούς) Nihil miri equidem in tibiarum ista et divitiarum conjunctione invenio, cum Zellius αὐλούς ex sequente ὅλως natum esse suspicetur, ideoque delendum censeat. — τέλεια) τέλειον non est perfectum, sed quod finem suum (τέλος) exsequitur, finemque suum semper in se, nunquam in alio habet.

§. 4. αἰεί) Haec forma cum saepissime in editionibus Aristotelis occurrat, temere ubique a Bekkero in ἀεί mutata videtur. Nam hac de re codicum auctoritati Bekkerum supersedisse, vel ex Trendelenburgiana Aristotelis de Anima librorum editione apparet, ubi multa editor perperam retulisse Bekkerum arguit, codicem quendam a se ipso inspectum, ex. gr. libr. II, c. 8, §. 4, δὲ αἰεί exhibere scribens (Praef. p. XXVII), cum Bekkerus codicibus neglectis δ' ἀεί ediderit. Itaque codicibus procul dubio αἰεί saepius vel etiam promiscue legentibus, ut passim de Parisiensi Zellius notavit, Aristoteli ex dialecto in usu fuisse puto, αἰεί pro ἀεί pronuntiasse et scripsisse, ut οὐθέν pro οὐδέν (vid. supr. ad c. 1, §. 5). Eodem fere modo Hegelius noster *Itzt*, non *Jetzt* pronunciabat et scribebat; quod idioma si in praelectionibus et libris ejus a nobis editis non retinuimus, venia danda est, cum ipse Hegelius in novis Encyclopaediae suae editionibus abjecerit. Quaestionem, an Aristoteles et ipse in Lyceo, Bekkerum excusaturus, αἰεί jam in ἀεί mutaverit, in medio relinquam. Id solum addam, ne Bekkerum quidem illud αἰεί ex editione sua penitus exstirpare potuisse, cum legatur ex. gr. Polit. V, 9, p. 1310 a, l. 6; Met. VI, 2, p. 1027, a, l. 15. Quin ad Met. II (α ἔλαττον), 1, p. 993, b, l. 28 ipse adnotat, duos codices (Q, T) αἰεί pro ἀεί legere; liber autem ille scriptus est, antequam in Lyceo doceret (cf. Michelet, *Examen critique de la Métaphysique d'Aristote*, p. 93, 30, 56.)

§. 5. *δι' αὐτά*) Ven, Eustratius, Bekkerus *δι' αὐτά* ex codicibus, excepto M^b, qui *αὐτήν* habet.

§. 6. *δὲ αὔταρκες*) Homo solus non felicitate per se sufficiente frui potest, sed in civitate demum finem per se sufficientem nanciscitur. Quare civitatem Aristoteles in Polit. III, 9 (6) societatem et communionem, quae bene vivendi et vitae perfectae et bonis omnibus necessariis expletae atque instructae, neque ullorum subsidiorum externorum indigentis, suisque rebus per se contentae gratia comparata sit, esse contendit.

§. 7. *ἀπογόνους*) Nepotes et sic deinceps; quare et *γονεῖς* hoc loco de majoribus, non, ut prius *γονεῦσι* (§. 6), de parentibus accipiendum est. — *εἰςαῦθις*) Cf. cap. 11, ubi examinat, an res adversae vel prosperae amicorum vel posterorum mortuos afficiant.

§. 8. *μὴ συναριθμουμένην*) Difficultatem hujus loci, qua Zellius offenditur, non video. Male et ridicule Eustratius ita accepit, quasi incrementum revera summo bono possit afferri, cum tamen *συναριθμουμένην δὲ δῆλον* sit ratio, cur hoc fieri non possit: *εὑρίσκονταί τινα (τῇ εὐδαιμονίᾳ) παρεπόμενα, ἃ καὶ ἐλάχιστα ὄντα ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις τέτακται· οἷον τὸ εὔτριχον ἴσως, ἢ τὸ ἐπιδεξίως βαδίζειν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὃ προςτιθέμενον τῇ εὐδαιμονίᾳ μηδενὸς λειπομένῃ τῶν κυριωτέρων πρὸς σύστασιν αἱρετωτέραν αὐτὴν ἑαυτῆς ἀποτελεῖ.* Paraphrastes recte intellexit: *ἔτι τὴν εὐδαιμονίαν οὐ λέγομεν συναριθμεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς· τῶν γὰρ αἱρετῶν ἡγούμεθα εἶναι τὸ ἄκρον. καὶ εἰ σύστοιχον αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ποιήσομεν ἀγαθοῖς, φανερὸν, ὅτι, εἰ προςθήσομέν τι τῶν ἄλλων αὐτῇ, αἱρετωτέραν ποιήσομεν, καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη αὐτὴ τὸ ἄκρον τῶν αἱρετῶν.* Optime locum nostrum explicant jam Magn. Mor. I, 2: *πῶς τὸ ἄριστον δεῖ σκοπεῖν; πότερον οὕτως ὡς καὶ αὐτοῦ συναριθμουμένου; ἀλλ' ἄτοπον. τὸ γὰρ ἄριστον ἐπειδή ἐστι τέλος τέλειον, τὸ δὲ τέλειον τέλος ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδὲν ἂν ἄλλο δόξειεν εἶναι ἢ εὐδαιμονία, τὴν δ' εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συντίθεμεν, ἐὰν δὴ τὸ βέλτιστον σκοπῶν καὶ αὐτὸ συναριθμῇς, αὐτὸ αὑτοῦ ἔσται βέλτιον· αὐτὸ γὰρ βέλτιστον ἔσται.* Scilicet cuique summae aliquid semper addi potest, et fine amisso abiremus in infinitum, ut Wolfius, qui perfectionem hominis finem esse statuit.

Sed praecipuum felicitatis momentum est operatio animi, quae cum alio connumerari non potest; bona externa, quae sola in summam proficiunt, nunquam sunt ipsa felicitas, sed recte agendi adminicula. Nam ut sutor et ipse optimus est, qui ex minus bono corio calceos quam potest optimos effecerit (c. 10, §. 13): sic et felicitas, ubi adest, semper summum est. Concedit quidem Aristoteles, magnas calamitates quodammodo obscurare felicitatem; sed et in illis ipsis honestum transfulgere contendit (c. 10, §. 12).

§. 10. (Cap. VI.) *ἔργον*) Finis versatur in actione, non in potentia; actus enim natura prior est, quam potentia. Actio autem, quae sibi ipsi est finis, jam *ἐντελέχειαν* Aristoteles appellat.

§. 11. *πότερον οὖν*) Sententia ex insigni Platonis loco sumta, de Republ. I, p. 352-353 (p. 53-55): *Δοκεῖ τι σοὶ εἶναι ἵππου ἔργον; — Ἔμοιγε. — Ἆρ᾽ οὖν τοῦτο ἂν θείης καὶ ἵππου καὶ ἄλλου ὁτουοῦν ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνῳ ἐκείνῳ ποιῇ τις ἢ ἄριστα; … Ἔσθ᾽ ὅτῳ ἂν ἄλλῳ ἴδοις ἢ ὀφθαλμοῖς; — Οὐ δῆτα. — Τί δέ; ἀκούσαις ἄλλῳ ἢ ὠσίν; — Οὐδαμῶς. — Οὐκοῦν δικαίως ἂν ταῦτα τούτων φαῖμεν ἔργα εἶναι; … Οὐκοῦν καὶ ἀρετὴ δοκεῖ σοι εἶναι ἑκάστῳ, ᾧπερ καὶ ἔργον τι προστέτακται; … Ἴθι δή, μετὰ ταῦτα τόδε σκέψαι. . Ψυχῆς φήσομεν ἔργον εἶναι; — Μάλιστά γ᾽ ἔφη. — Οὐκοῦν καὶ ἀρετήν φαμέν τινα ψυχῆς εἶναι; — Φαμέν.*

§. 12. *τὴν θρεπτικήν*) De Anim. II, 2-3. nutritivam animam plantis, sensitivam animalibus, intellectivam homini tribuit, ita tamen ut, qui superiorem animam possideat, etiam inferiori utatur, non contra. Intellectiva enim anima, ut actus, sensitivam, ut potentiam, complectitur; et sensitiva eundem in modum nutritivam.

§. 13. *τοῦ λόγον ἔχοντος*) Paraphrastes: *τὸ λογικὸν καὶ διανοούμενον τάττει καὶ ῥυθμίζει· τὸ δὲ ἄλογον τάττεται καὶ ῥυθμίζεται. — ἐπιπειθὲς λόγῳ*) Schol. Paris. ap. Zell. *τὸ ὀρεκτικόν, ἢ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν.* Quod enim in contemplativis est *αἴσθησις*, id in activis fit appetitus. Appetitus, rationis jussis obtemperantes, sunt virtutes morales (*ἠθικαὶ ἀρεταί*); operationes autem rationis, per se emergentes neque ad appetitus relatae, sunt virtutes intellectivae (*ἀρεταὶ λογικαί* sive *διανοη-*

τικαί). — διττῶς) sc. κατ' ἐνέργειαν καὶ καθ' ἕξιν (δύναμιν): nunc enim aliquid gerit, alio autem tempore cessat.

§. 14. εἰ δ' ἐστίν) Protasis longissima ter recurrit, seque ipsam quodammodo manifestat; incipit εἰ δ' ἐστίν, iteratur εἰ δ' οὕτως, desinit εἰ δ' οὕτω. Apodosis orditur ab τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν κ. τ. λ. Zellius: „In oratione Aristotelis sensuum densissima enuntiationes plerumque solito sunt aut breviores, cum, quae alii scriptores verborum ambitu efferunt, ille strictim transigat, aut longiores, cum idem nonnunquam complectatur, quae alii in plures enuntiationes extensa dilatant.“ Victorius et alii statim initio apodosin ordiuntur supplendo ἐστί post ἀνθρώπου, fere ut et supr. c. 1, §. 4. ad apodosin conficiendam εἰσί suppleverunt; sed hoc concludi non debet, cum jam constet, et ad sequentia probanda adhibeatur. Similes nostro locos citat Zellius infr. II, c. 6, §. 9, ubi apodosis incipit τοῦ μέσου: III, c. 5, §. 17, ubi triplicem protasin, prorsus ut in nostro loco, habes, εἰ δέ τις λέγοι, εἰ δὲ μηδείς, εἰ δὴ ταῦτ' ἐστίν, apodosi incipiente τί μᾶλλον. Cf. etiam VII, c. 14, §. 3; IX, c. 9, §. 7; X, c. 7, §. 7; qui loci suo tempore explicabuntur. — κατὰ λόγον ἢ μὴ ἄνευ λόγου) Eadem animae rationalis partitio, quam supra (§. 13) exhibuit, recurrit. Paraphrastes: κατὰ λόγον, ὅταν διανοεῖται· μὴ ἄνευ λόγου, ὅταν κατὰ τὸ παθητικὸν μέρος κινεῖται μετὰ λόγου. — κατὰ τὴν ἀρίστην) sc. σοφίαν, cf. infr. VI, c. 7, X, c. 7; est enim σοφία sive βίος θεωρητικός summum beatitudinis cacumen.

§. 15. ἐν βίῳ τελείῳ). Jure contendit Zellius, perfectam vitam hoc loco de tempore intelligendam esse, ob ea, quae proxime subsequantur, μία ἡμέρα οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. Male tamen idem Mureto adversatur, qui optime dicit, τελείῳ posse etiam accipi dictum pro αὐτάρκει, ut significet vitam instructam bonis corporis et externis. Haec enim semper Aristoteles ad efficiendam beatitudinem requirit, hoc autem loco non nominatim proposuit, quia adumbrationem tantum felicitatis haetenus fecit (§. 16). Sed insunt bona externa in vita per omne tempus perfecta; nam etsi ipsa quidem felicitas non sit summa, quae temporis additione augeatur, tamen operationis ejus manifestatio,

quae fit per bona externa tanquam instrumenta felicitatis, in hanc temporis longinquitatem extenditur, quae perfecta vita esse nequit abscedentibus bonis externis. In sequentibus libris bona externa semper Aristoteles ad felicitatem pertinere contendit; sunt igitur in βίῳ τελείῳ intelligenda, quia alioquin manca esset hic proposita felicitatis definitio.

§. 16. (Cap. VII.) περιγεγράφθω) Zellius: „περιγράφειν est imaginem extremis lineis designare (ὑπογράφειν, σκιαγραφεῖν); ἀναγράφειν contra est sic designata accuratius expolire. Paraphrastes: τελείως γράψαι.“ Sic Aristoteles (De gener. anim. II, 6) naturam cum pictore confert: ἅπαντα δὲ ταῖς περιγραφαῖς διορίζεται πρότερον, ὕστερον δὲ λαμβάνει τὰ χρώματα, καὶ τὰς μαλακότητας καὶ τὰς σκληρότητας, ἀτέχνως ὥσπερ ἂν ὑπὸ τοῦ ζωγράφου, τῆς φύσεως δημιουργούσης· καὶ γὰρ οἱ γραφεῖς ὑπογράψαντες ταῖς γραμμαῖς, οὕτως ἐναλείφουσι τοῖς χρώμασι τὸ ζῶον. Male Bekkerus edidit ὥσπερ ἂν ὑπὸ ζωγράφου τῆς φύσεως δημιουργούμενα, quia ὥσπερ non ad φύσεως δημιουργούμενα extendi potest. Verte: *Recipiunt colores et mollitiem et duritiem prorsus quasi a pictore, natura fabricante.* Et habent tres codices Bekkeri (S, Y, Z) δημιουργούσης, unus tantum (P) δημιουργούμενα. Bekkeri lectio *(ganz wie von der Malerinn Natur gemacht)* ferri non potest, quia animalia revera, non quasi, natura fabricatur. Jam si ad nostrum locum redeamus, non male Aristoteles dixit περιγεγράφθω: totius enim operis quasi adumbratam imaginem in §§. praecedentibus proposuit. Sermo enim est de felicitate, cujus quaedam accidentia in reliquis hujus libri capitibus adhuc exponet. Jam hic propositam felicitatis definitionem in sequentibus libris accuratius depinget. Felicitas enim est primo ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν. Libro igitur secundo definitionem virtutis exponet; libro tertio c. 1-5, de operatione animi per se, sive de imputatione actionum disputabit: in reliquis libri tertii capitibus et in libris quarto et quinto de virtutibus moralibus: in libro sexto de virtutibus in cogitatione et ratione positis. Ἐν βίῳ τελείῳ, quae est altera felicitatis pars, depingetur quatuor ultimis libris, quippe qui de instrumentis virtutis exponant: liber septimus de continentia, octavus et nonus de

amicitia, decimus de voluptate (c. 1-5). Tandem, felicitate exactius depicta, ad initium, nempe felicitatem, ad definitionem ejus, sed melius et clarius perspiciendam, redibit (c. 6-8), simul c. 9. ad politicam transiturus, quae ethices est ἐπιστήμη ἀρχιτεκτονική.

§. 17. μεμνῆσθαι) Auditorem ad caput 3. remittit.

§. 18. ὀρθήν) sc. γωνίαν: nonnulli γραμμήν. Illud melius, architectura enim Graecorum tota rectis angulis constabat; quamquam et linea recta ubique inveniebatur.

§. 19. οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς) Si principiorum principia quaerere voluerimus, jam non principia erunt principia; per se clara fiunt, et mente (τῷ νῷ) ea, non demonstratione (ἀποδείξει) comtemplamur (cf. infr. VI, c. 6). Nam si demonstratione perciperentur, ex propositionibus syllogismi concluderentur, quae ipsae essent principiorum principia. Paraphrastes: εἰ γὰρ ζητήσομεν τῶν ἀρχῶν αἰτίαν, οὐδέποτε ἀρξόμεθα, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον βαδιούμεθα. — τὸ δὲ ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή) Explicat, cur in principiis sufficiat, ut ὅτι indicetur; nempe ὅτι ipsum est initium cujusque disquisitionis, et principium omnium scientiarum (ut addit Paraphrastes). Cum enim primum, a quo incipit disquisitio, non ex alio pendere possit, sed per se clarum esse debeat, ita ut τοῦ διότι non indigeat: illud ὅτι (scilicet rem ita esse) initium debet esse et principium omnium scientiarum; quamquam nihil impedit, quominus illud ipsum ὅτι sit scientiis, quae ab illo initio fluunt, τὸ διότι.

§. 20. Τῶν ἀρχῶν δέ) Sed quaeret quispiam, quid? Illa ipsa principia quomodo clarescunt? Scilicet cum principia non possint percipi per causam, cognoscuntur ex eo ipso, quod res est, dummodo eam omni ex parte perpenderis. Varios modos illius ὅτι investigandi ab Aristotele jam propositos Paraphrastes optime explicat: ἐπαγωγῇ μὲν, ὥςπερ τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· δείξομεν γὰρ ἀριθμούς τινας καὶ μεγέθη εἰςαγαγόντες, ἐπαγωγὴ γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν μερικῶν δεῖξις. αἰσθήσει δὲ, ὅταν δεικνύει ὁ φυσικὸς τὸ πῦρ θερμὸν καὶ τὸ ὕδωρ ψυχρὸν, ἅτινα ἀρχαί εἰσι τῆς ἐπιστήμης. ἐθισμῷ δὲ αἱ ἀρχαὶ τοῦ ἠθικοῦ γινώσκονται. — ἄλλαι δὲ ἄλλως) Exempli causa affe-

runt Eustratius et Donatus Acciajolus principia medicinae, quae experientia duce inveniuntur. Hactenus Aristoteles empiricus videri poterit, quippe qui ex singularium rerum perceptione analytice ad universalia et principia ascendat. Sed cum in scientiis item a principiis ad singularia synthetice descendere consueverit, jam secundum eum mutuo universalia ex singularibus et singularia ex universalibus percipiuntur et confirmantur. Methodus igitur Aristotelis est nec analytica nec synthetica sola, nec unamquamque per se usurpat Philosophus. Sed cum e principiis ad singularia eat, et e singularibus ad principia redeat, non recta linea, ut ita dicam, progreditur, sed circulo in se revertitur (ἀνακάμπτει, ut loquitur ipse in Met. II, 2); et hic circulus non est vitiosus, sed vera etiam nostrae philosophiae methodus, conjungens τὸ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας cum τῷ ἀνάπαλιν, de quo supra disputatum est c. 4, §. 5. Non est igitur empiricus Aristoteles, praesertim cum in voce ἄλλως alius adhuc modus insit, quem Muretus recte vidit, cum dicit: „Simplici mentis apprehensione intelligimus, de quolibet veram esse affirmationem aut negantiam, de nullo autem utramque simul.“ Hujusmodi sunt etiam summa Metaphysicorum principia, quae sola mentis operatione percipiuntur.

§. 21. πεφύκασι) Schol. Paris. ap. Zell. explicant addito γνωρίζεσθαι, Paraphrastes δείκνυσθαι.

§. 22. δοκεῖ οὖν) γάρ pro οὖν El, NC, K[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus. — ἥμισυ τοῦ παντός) Tritum proverbium occurrit Problem. X, 13, et saepius. — ἐμφανῆ) Exhibent ita M[b], Paraphrastes, Ald, Turnebus, Morellius, nec non pars codicum Victorii; melius Cardwellus et Bekkerus vulgatam corrigentes συμφανῆ, cum consentiant codices El, NC, CCC, Par, Vrat, H[a], K[b], L[b], N[b], O[b], et Ven.

CAP. VIII. §. 1. (Cap. VIII.) αὐτῆς) Grammatice haec vox ad ἀρχῆς referenda est, sensum vero si spectes, ad εὐδαιμονίαν. Nihil interest, utro modo explices, quippe cum ἀρχή illa nihil aliud sit quam εὐδαιμονία. Scite igitur Paraphrastes: ταῦτα μὲν οὖν καθόλου περὶ τῶν ἀρχῶν εἴρηται. περὶ δὲ τῆς προκειμένης

ἡμῖν ἀρχῆς, τῆς εὐδαιμονίας δηλονότι, ἔτι σκεπτέον. — ἐξ ὧν ὁ λόγος) i. e. ex propositionibus sive principiis conclusionis, quae definitionem perfecerunt. Paraphrastes: οὐ μόνον τὸν ὁρισμὸν αὐτῆς ἐξετάσαντας, καὶ τοὺς λόγους τοὺς συμπεράναντας αὐτόν. — ἀλλὰ καί) Donatus Acciajolus Aristotelis modum procedendi, in quolibet ipsius libro et in quavis materia ab eo tractanda, sic recte describit: „Primum proponere rem, de qua dicturus est" (c. 1-4); „deinde afferre, quid de eadem senserint alii philosophi, et in eo, quod male dixerint, ipsos refellere" (c. 5-6); „deinde afferre sententiam suam, quasi elucescentem inter aliorum errores, definiendo rem, quam proposuit, communiter" (c. 7, §. 1-8), „et proprie" (c. 7, §. 9-22); „deinde confirmare sententiam suam et accommodare dicta aliorum in eo, quod bene dixerunt" (nostro capite); „demum afferre rationes ad declaranda ea, quae sunt posita in definitione, quae indigent declaratione" (c. 9-13). — ἐκ τῶν λεγομένων) Τὰ λεγόμενα Victorius et Giphanius recte vertunt: *vulgo dicta, quae communi hominum consensu feruntur;* ut sit fere idem, ac λόγοι ἐξωτερικοί (vide supr. ad c. 5, §. 6, p. 28 sqq.). Nec video, cur Zellius hunc locum male a Paraphraste intellectum contendat, explicante: τοὺς λεγομένους περὶ αὐτῆς παρὰ τῶν παλαιῶν ἀληθεῖς λόγους. Antiquam enim esse tripartitam illam bonorum rationem, Aristoteles indicat ipse (§. 2); nec, quae dixit Paraphrastes, de antiquis philosophis intelligi voluit, quamquam his vulgo dictis opinionibus ipsi adsenserunt philosophi (§. 2 fin.): ita ut ne tum quidem vituperio dignus esset Paraphrastes, si ad philosophos has opiniones referri voluisset. Rectius tamen vulgi opiniones et philosophorum placita Eustratius Aristotelicum textum secutus distinguit: ἔθος Ἀριστοτέλει, μετὰ τὰς ἀποδείξεις, ὡς πλείονα πίστιν τῶν πραγμάτων, ἐπάγειν καὶ τὰς τῶν σοφῶν δόξας καὶ τὰς τῶν πολλῶν αὐτοφυεῖς συγκαταθέσεις. Nam συγκαταθέσεις ad §§. 2-4, τῶν σοφῶν δόξας ad reliquas opiniones hoc capite recensitas referri debet, quarum singulae unicuique trium partium, quae beatitudinis definitionem efficiunt, respondent (vide Conspectum hujus capitis). — τὰ ὑπάρχοντα) *Omnia, quae vere competunt alicui rei, concordant cum iis, quae vere dicuntur de hac re;*

in scientia enim et veritate idea et res ideata unum et idem. Recte Eustratius: *ὃ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ τὸ ἀληθὲς, τοῦτο ἡ ὕπαρξις ἐν τῷ πράγματι. ὅταν οὖν τὰ ὑπάρχοντα τῷ πράγματι συνᾴδῃ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις, δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος ἐστίν· ὥσπερ καὶ, ὅταν ψευδὴς ὁ λόγος ᾖ, ταχέως ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἐλέγχεται, τῶν πραγμάτων μὴ συμφωνούντων τοῖς λεγομένοις.* Eodem modo explicat Paraphrastes: *τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ ὁρισμῷ καὶ πάντα συνᾴδει τὰ προσόντα τῷ ὁριστῷ.* Unde Garvius circumlocutione interpretatus est: *Denn mit einem wahren Princip müssen alle anderen Eigenschaften des Gegenstandes, auch die, welche nicht unmittelbar aus dem Principe folgen, übereinstimmen.*

§. 2. *ὥστε καλῶς*) Qui tripartitam bonorum rationem induxerunt, cum Aristotelis conveniunt definitione, beatitudinem esse quandam animi operationem et exercitationem. Nam bona animi sunt secundum eos praecipua; et Aristoteles item operationes et exercitationes virtutum, ut praecipuam beatitudinis partem, in anima ponit. Sic omnes inde ab Eustratio et Paraphraste explicaverunt. Movet tamen Muretus Argyropylum secutus difficultatem: Aristotelem §. 3. idem dicere, ac §. nostra; quare *ὀρθῶς δὲ καί* et *λέγονται* omitti vult, legique: *ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων, ὅτι πράξεις τινὲς καὶ ἐνέργειαι τὸ τέλος.* Male. Argyropylus similiter, nullo tamen vocabulo expuncto, sed interpunctione tantum mutata, *καλῶς* et *ὀρθῶς* conjunxit: *Quare hac opinione cum antiqua tum a philosophantibus concessa bene dicitur, finem ipsum actus quosdam et operationes esse.* Codex Laurentianus (K^{b}) *ὑπὸ τῶν — δὲ καί* omisit; et sic Cardwellus edidit. Sed etiamsi ferri possit repetitum verbum *λέγειν* (in *λέγοιτο* et *λέγονται*), tamen falsa esset haec lectio. Nam Aristoteles §. 3. alteram opinionem, prorsus a priore diversam, affert. In priore de excellentia bonorum animi opinione inest Aristotelis definitio, exercitationes animi esse felicitatem; animus enim non est, nisi agat, actio est ejus substantia, ut est in libris De anima (II, 1) et Metaphysicis (VIII, 3). Jam vice versa in altera opinione non ex bonis animi de operatione, sed ex operatione de bonis animi conclusio fit. Etenim qui dicunt, actionibus humanis felicitatem contineri, in animo sitam

felicitatem volunt, cum solus animus in homine agendi sit principium.

§. 3. οὕτως γάρ) Eustratius plane explicationem nostram hujus §. modo propositam confirmat: εἰ γὰρ ἐνέργειαι καὶ πράξεις τὸ τέλος, πᾶσαι δὲ αἱ πράξεις καὶ ἐνέργειαι τῶν περὶ ψυχήν, τὸ τέλος ἄρα τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν.

§. 4. τῷ λόγῳ) i. e., ut §. 1, definitio capite 7. proposita. — εὖ ζῆν) Cf. supr. c. 4, §. 2: ipsum nomen (vel secundum Schol. Par. apud Zell. καὶ ἡ κοινὴ ὁμολογία) cum definitione congruit.

§. 5. (Cap. IX.) τὰ ἐπιζητούμενα) A vulgi opinionibus, quae a philosophantibus non propositae, sed tantum receptae sunt, ad ipsas sapientium disquisitiones de felicitate transit; et licet sententiae, quas pronunciaverunt, unam alteramve tantum felicitatis partem, non totam felicitatem amplectantur, tamen insunt, ut momenta, definitioni supra expositae (ὑπάρχειν τῷ λεχθέντι).

§. 6. Haec §. conspectum §§. sequentium exponit, similem partitioni, quae in Eth. Eud. I, 1. exstat. — Τοῖς μὲν γὰρ ἀρετή) Cynici, et si qui alii sunt. — φρόνησις) Haec est Socratis sententia; cf. infr. VI, c. 13, §. 3. sqq. — Τοῖς δὲ ταῦτα — οὐκ ἄνευ ἡδονῆς) Paraphrastes duas philosophorum sententias his verbis subesse putat, quarum altera incipit ab ἢ τούτων. Explicat enim: τοῖς δὲ καὶ πάντα ταῦτα εὐδαιμονία εἶναι δοκεῖ. τοῖς δὲ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς, ἀλλὰ τῆς ἀπ' αὐτῶν τούτων τικτομένης. Item Eustratius, qui ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς in commentario plane omisit. Sed qui omnes virtutes felicitatem esse volunt, eos jam supra significavit Aristoteles verbis τοῖς μὲν γὰρ ἀρετή. Itaque unicam tantum sententiam omnibus his verbis amplexus est; nam ut posterius ἢ hoc loco non disjungit neque novam rem adjungit, sed explicat et corrigit, ut saepe, unam eandemque rem, ita et prius: Virtus omnis vel aliqua conjuncta est cum voluptate (μεθ' ἡδονῆς), vel potius voluptatem necessarie requirit nec sejungi potest ab ea (οὐκ ἄνευ ἡδονῆς). Prima sententia virtutem vel bona interna sola pro felicitate habet, haec altera (Cyrenaïcorum) addit virtuti voluptatem

vel bona corporis, tertia Xenocratis bona externa. Si secundam opinionem vero sensu accipias, ita ut voluptas non tantum addita sit extrinsecus (μεθ' ἡδονῆς), sed ex ipsius virtutis natura gignatur (ita enim recte Paraphrastes οὐκ ἄνευ ἡδονῆς explicavit): haec opinio et ipsa ferri potest, et cum Aristotelis et Platonis sententia, qui veram voluptatem virtuti semper inesse putant (§. 10. sqq.), magis convenit, quam Cyrenaïcorum opinio voluptatem tuertium additiciam. — ἕτεροι) Xenocrates bona externa, ut instrumenta virtutis, δύναμιν ὑπηρετικήν vocat. Polemo discipulus ab eo desciscit, et Stoicorum opinioni favet, qui bona externa de felicitate resecaverunt. — συμπεριλαμβάνουσι) συμπαραλαμβάνουσι Par, H[a], K[b], L[b], N[b], Paraphrastes, Cardwellus et Bekkerus; nec non Eustratius, etsi Ven exhibeat vulgatam. Optimo jure correxit Cardwellus, cum de bonis externis agatur, extrinsecus virtuti additis. Nec praepositio σύν nos offendet, quippe cum bona externa una cum corporis bonis virtuti assumantur. Si vero συμπεριλαμβάνουσι legis, jam suam opinionem Aristoteles profert, qua voluptas non additamentum virtutis est, sed in ipsa continetur; quod de externis bonis nemo contendere potest.

§. 7. ἀλλ' ἕν γέ τι ἢ τὰ πλεῖστα) Sic legit El, Ven et Eustratius. N[b] exhibet ἀλλ' ἕν γέ τι, καὶ τὰ πλεῖστα: legunt ἀλλ' ἐπί τι, καὶ τὰ πλεῖστα CCC, Par (in margine vero vulgata), Vrat, H[a], M[b], O[b], et Ald. Tunc verba ἀλλ' ἕν γέ τι vel ἐπί τι ad διαμαρτάνειν, non ad κατορθοῦν referri debent, hoc sensu: *Quorum neutros probabile est, omni ex parte errare, sed ex aliqua saltem; et in plurimis recte sentire.* Sic et Argyropylus. Haec est lectio, quam aut Paraphrastes ante oculos habuit, aut quae potius ex ipsius explicatione orta est, cum dicat: ὧν οὐδετέρους εὔλογον τῆς ἀληθείας ἐν πᾶσι διαμαρτάνειν, ἀλλὰ καθ' ἕν τι μόνον ἴσως· ἐν τοῖς πλείστοις δὲ ἀληθεύειν. Sed in hac lectione verba καὶ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν abundant; nam ἕν γέ τι (vel ἐπί τι) διαμαρτάνειν plane idem est, ac τὰ πλεῖστα κατορθοῦν. Post ἀλλ' ἕν γέ τι nec ἢ nec καί habet K[b]; et sic Cardwellus edidit, hic et saepius unius codicis auctoritate temere confisus, praesertim hoc loco, cum secundum Bekkerum codex ille post τ

duarum literarum lituram interjiciat: quam lacunam utrum *καί* an *ἤ* expleverit, dubitari possit. Bekkerus duorum codicum (NC, L^b) auctoritatem secutus *ἢ καί* edidit, satis eleganter, eodemque sensu, quo *ἤ*: quam lectionem eum, praeter * A, etiam codices B et C confirment, jam nunc probo et in textum receptam velim. Vulgatam Lambinus recte vertit: *Quorum neutros probabile est, omni ex parte errare, sed in uno aliquo saltem aut in plurimis recte sentire.* Nec praetereundus est Eustratius, qui sic interpretatus est (Feliciano haec praemittente: „Neque hos igitur neque illos absolute in iis, quae dicunt, aberrare, ratio ulla concederet, sed in uno saltem aliquo, vel in plerisque assequi veritatem): *ἓν εἰπὼν, ὥσπερ ᾐδέσθη τοὺς ἄνδρας, εἰ τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι ὄντες, ἕν τι μόνον κατορθῶσαι ῥηθήσονται ἐφ᾽ οἷς περὶ εὐδαιμονίας εἶπον. διὰ τοῦτο ἢ τὰ πλεῖστα ἐπήνεγκεν.* Huic explicationi, cum et plurimi faveant codices, obstare nihil video. Ad explicanda autem verba *οὐδετέρους τούτων εὔλογον διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις* adjicitur *ἀλλ᾽ ἕν γέ τι ἢ* (vel *ἢ καὶ*) *τὰ πλεῖστα κατορθοῦν*, vitata tautologia.

§. 8. *ἀρετήν*) Ostendit, qua in re recte dicant, qui beatitudinem in virtute sitam esse volunt; virtus enim est ex se orta operatio. Errant tamen, si qui virtutem in possessione et habitu, non in usu et exercitatione ponunt (§. 9). Qui vero felicitatem in exercenda virtute ponunt, illorum opinio cum Aristotelea definitione consentit. Cf. Magna Moral. I, 4. Adnotat recte Giphanius, nostro loco Speusippum et Xenocratem designari, qui talia aperte senserunt, ut testatur Clemens Alexandr. Stromat. II, c. 22, p. 306. Et facile his concessis Polemo ad suam opinionem pervenire poterat; nam si felicitas est habitus tantum virtutis, instrumenta ad agendum non sunt necessaria.

§. 9. *ἕξει*) Virtutem esse *ἕξιν*, ostendet infr. II, c. 5. — *ἐξηργηκότι*) i. e. *otioso facto, feriato.* Ad *ἄλλως πως* Scholia Paris. apud Zell., et hoc loco ex Eustratio hausta, notant: *ἢ νόσῳ ἢ ἀσχολίᾳ.* Mirum videri possit, quomodo otium per occupationem (*ἀσχολίαν*) explicari possit. Intellige: Faber,

grammaticus habitu suo nihil boni sua in arte perficit, si ab exercitatione hujus habitus feriatur, morbo aut alienis occupationibus implicatus. — *οὐχ οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι*) Nempe hi potentiam tantum victoriae habent, pugnantes vero actum. Cf. Eth. Eud. II, 1: *στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, ἀλλ' οὐχ οἱ δυνάμενοι νικᾶν, μὴ νικῶντες δέ.*

§. 10. *ἡδύς*) Quomodo voluptas pertineat ad beatitudinem, infr. X, c. 1-5. exponitur. Est autem finis naturalis, cum ad appetitum sui conservandi referri debeat.

§. 11. *τὰ ἡδέα μάχεται*) Eustratius: *οἱ μὲν πολλοὶ τὰ μὴ φύσει ἡδέα κρίνοντες ἡδέα, ἔχουσι ταῦτα μαχόμενα πρὸς ἄλληλα καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἡδέα.* Paraphrastes: *τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα τοῖς πολλοῖς ἡδέα μάχεται· ἄλλος γὰρ ἄλλο νομίζει ἡδὺ καὶ τὸ ἄλλο ἀηδές.* Voluptates autem, quae non sunt natura vel per se jucundae, sunt corporis voluptates, de quibus hoc loco loquitur Philosophus; voluptas enim corporis non existit, nisi praeeunte dolore: nec semper jucunda est: nec omnibus eadem.

§. 12. *προσδεῖται*) Citat Cardwellus locum similem infr. IX, c. 9, §. 5.

§. 13. *καλῶς κρίνει*) Cf. infr. III, c. 4, §. 4-5; IX, c. 4, §. 2.

§. 14. *Δηλιακόν*) Cf. Eth. Eud. I, 1. Eandem sententiam e Sophoclis Creusa citat Stobaeus Serm. CI, p. 552, ed. Gesner:

Κάλλιστόν ἐστι τοὔνδικον πεφυκέναι.
Λῷστον δὲ ζῆν ἄνοσον· ἥδιστον δ' ὅτῳ
Πάρεστι λῆψις, ὧν ἐρᾷ μεθ' ἡμέραν. —

ἥδιστον δέ) Finis hujus versus in paucissimis libris manuscriptis recte legitur, nempe in K[b] et margine Parisiensis Regii 2023. Wilkinsonus varietatem codicum non affert. Zellii codices legunt *οὗ τις ἐρᾶται τυχεῖν*, et sic Bekkerianorum major pars. Dicit enim Bekkerus: „*δὲ πέφυχ' οὗ τις ἔραται* (vel *ἐρᾶται*) *τυχεῖν* H[a], M[b], N[b], et Parisienses Regii 1471, 1855, 1856, 2024; *δ' οὗ τις ἐρᾷ τυχεῖν* L[b], O[b], et 1852, 2023, 2114; *δὲ*

οὗ τις ἐρᾶται τυχεῖν codex Oxoniensis collegii corporis Christi; δὲ τυχεῖν οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ 2113 et margo 2114." Variant item codices Eudemiorum (l. l.), cum Z et M^b legant ἔραται, P^b ἐρᾶται, omnes τό omittant. Procul dubio articulus male cum verbo conjunctus fuit a librariis.

§. 15. ὅμως) Hanc vocem jam Giphanius recte explicavit: Etsi dictum est, beatitudinem esse perfectam e se et integram, ita ut virtutem et voluptatem essentialiter in se contineat, tamen externorum bonorum adminiculo tanquam additamento indiget extrinsecus petito. — διὰ φίλων) Amicitia, de qua disputant libri VIII et IX, ad appetitum socialem pertinet.

§. 16. ῥυπαίνουσι) Ipsi polluunt felicitatem, quasi ipsorum culpa sit; nam boni et a Diis diligi putabantur, externisque et corporis cumulari bonis. — παναισχής) Jam insigniter deformis non corporis tantum bono privatus esse videbatur, sed et virtute: ut Socrates ipse dicebat, pravam se a natura acceptam indolem summo studio ac labore ad virtutem tandem flexisse. — δυςγενής) Praesertim de eo, qui servus natus sit.

§. 17. ἔνιοι) Prius ἔνιοι designat Cyrenaïcos, alterum Cynicos: et post Aristotelem Epicureos et Stoicos. Pro posteriore ἔνιοι legunt ἕτεροι Cardwellus et Bekkerus secundum K^b et N^b.

CAP. IX. §. 1. (Cap. X.) πότερόν ἐστι) Postquam beatitudinem in categoria substantiae (οὐσίας) consideravit, i. e. definitionem (λόγον) ejus exposuit, jam in tertia hujus libri parte secundum quasdam alias categorias de eadem disputat, inquirens: 1) quae sit ejus causa efficiens, ἡ ἀρχὴ ὅθεν ἡ κίνησις (nostro capite); 2) ποτέ (c. 10); 3) πρός τι (c. 11); 4) ποιόν (c. 12); 5) ποῦ (c. 13); quae accidentia etiam ad ipsam substantialem definitionem planius perspiciendam summopere faciunt, et ex eadem sequuntur. Ceterum de quaestione hoc capite proposita vide Eth. Eud. I, 1. Oritur autem ipsa ex iis, quae in fine capitis praecedentis disputaverat. Cum enim bonis externis ad felicitatem opus sit, inquirendum est, utrum omnino e causa externa (τύχῃ), an interna (ἀσκήσει) proveniat. Conjungit Aristoteles utramque opinionem, cum internam et externam par-

tem distinguat in felicitate; sed ita tamen ut praevaleat causa interna, sitque praecipua. Quin etiam divina sorte homini adesse felicitatem, non prorsus abnuit; sed illam tantummodo removere studet opinionem, qua Deus agere ut causa externa putatur. Cum enim Dei essentia in hominum natura penitus inhabitet, optima quaeque humana divinae sunt originis; et hoc sensu sane felicitas a Deo hominibus ingenerata dici potest, sed non sine hominis etiam operatione. — θείαν μοῖραν) Pugnat adversus Platonem, qui in Menone, p. 93. sqq. Steph. (p. 374. ed. Bekk. usque ad finem), ceteris omnibus causis rejectis divinam sortem solam relinquit causam, et inter cetera hujus rei hoc affert argumentum, quod nec Themistocles nec Pericles, neque reliqui viri politici suam virtutem alios potuerint docere (eadem in Protagora disputantur; cf. Hegelii *Geschichte der Phil.* T. II, p. 15 et 16). Itaque concludit Plato: ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνηται. Non tamen rem respuit Aristoteles, sed mythum, quem in Phaedro quoque videmus, cum de divino furore (θείᾳ μανίᾳ) Plato loquitur.

§. 3. ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως) Schol. Paris. e Paraphraste et Eustratio: θεολογικῆς καὶ τῆς περὶ προνοίας, nempe Metaphysicorum (libro duodecimo).

§. 4. εἴη δ' ἂν καὶ πολύκοινον) Nempe si exercitatione virtus comparatur. Jam autem concludit: Cum a multis possit acquiri, revera exercitatione comparatur. Sin vero a Diis mitteretur, paucis Deorum amicis contingeret, ut admodum paucis Homeri heroibus, ex. gr. Menelao, campi Elysii.

§. 5. τὰ κατὰ φύσιν) Naturales res, ut dicit Aristoteles (Phys. II, 8), finem suum assequuntur, finis autem bonum est. Cf. Phys. VIII, c. 6: ἐν τοῖς φύσει δεῖ τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ βέλτιον, ἐὰν ἐνδέχηται, ὑπάρχειν μᾶλλον. Eod. c. 7: τὸ βέλτιον ἀεὶ ὑπολαμβάνομεν ἐν τῇ φύσει ὑπάρχειν, ἐὰν ᾖ δυνατόν. De juventute et senectute, c. 4: τὴν φύσιν ὁρῶμεν ἐν πᾶσιν ἐκ τῶν δυνατῶν ποιοῦσαν τὸ κάλλιστον. — ὡς οἷόν τε) ὡς οἴονται K[b], constanti errore has voces permutans.

§. 6. ὁμοίως) Si jam naturales res, etsi natura sibi non

sit conscia, ad finem suum tendunt: multo magis id accidit in arte, et causis adhuc praestantioribus, nempe felicitate. — *κατὰ τέχνην*) *τὰ κατὰ τέχνην* habent El, CCC, Bekkerus e K^b (non secundum Cardwellum), L^b, M^b, N^b, Coraes; *τό* O^b. Addendum videtur; omisit Ven, Pacius, Wilkinsonus, Zellius, Cardwellus, mea editio: Bekkerus restituit. Paraphrastes: *ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἀπὸ πάσης ἄλλης αἰτίας γινόμενα, ἢ τεχνικῆς ἢ φυσικῆς, βελτίω τῶν ἀπὸ τύχης γινομένων· καὶ μάλιστα τὰ ἀπὸ τῆς ἀρίστης αἰτίας γινόμενα, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀρετή.* — *τύχῃ*) Casus est pessima causa; quod enim casu fit, non ex intima rei natura profluit, sed ex aliena et extranea causa (cf. Met. XI, 8).

§. 7. *ἐκ τοῦ λόγου*) Nempe e definitione beatitudinis capite septimo exposita, ad cujus §. 14. refer *εἴρηται*, quod sequitur. — *ὑπάρχειν ἀναγκαῖον*) Scilicet voluptatem; *τὰ δὲ συνεργὰ κ. τ. λ.* sunt bona externa. Paraphrastes: *τὰ δὲ λοιπὰ ἀγαθὰ, τά τε σωματικὰ, αὐτοῦ τοῦ σώματος, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, τὰ μὲν, ἀναγκαῖα πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, τὰ δὲ καθάπερ ὄργανά εἰσι πρὸς αὐτήν. ἀναγκαῖα μὲν, οἷον ὑγίεια σώματος, καὶ ζωῆς ἐπίτασις, καί τ' ἄλλα ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι τελειωθῆναι τὴν εὐδαμονίαν. ὄργανα δὲ, ὥσπερ πλοῦτος καὶ φίλοι.* Sic etiam Eustratius recte explicat.

§. 11. *πολλαὶ γάρ*) Illud *γάρ* indicat, nos recte (supra ad c. 7, §. 15.) *βίον τέλειον* etiam ad bona externa retulisse; nam in vita demum ad senectutem perducta perspicere possumus, an externorum bonorum augustiae aut defectus felicitatem non foedaverint. — *ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς*) Non de temporibus, sed de poematibus; de tempore, ut monet Giphanius, dictum foret *ἐπί*. — *εὐδαιμονίσει*) *εὐδαιμονίζει* El, Cardwellus ex K^b, Bekkerus sive varia codicum lectione, nec non Paraphrastes, Ald et Ven. Cum casui et fortunae adversae, dum vivimus, exponamur, post mortem demum Solon de felicitate aliquid statui posse contendit. Sic quaestio Unde nos ducit ad quaestionem Quando.

CAP. X. §. 1. (Cap. XI.) *κατὰ Σόλωνα*) Lectorem jam Muretus rejecit ad Herodotum, I, c. 30-33; Plutarchum in Solone, c. 28; Sophoclem, in extrema fabula Oed. Tyr. et

in principio Trach.; Euripidem, in Troad. v. 509 et in Andromache v. 100. Ceterum Solonis sententia gradum indicat, ad quem morum et intelligentiae cultura vitaeque usus apud Graecos eo tempore processerit; cf. Hegelii *Geschichte der Philos.* T. I, p. 185-186. Principia morum, veritatis et rerum publicarum administrandarum nondum ex intima philosophiae cognitione, quae est universalium, hauriebantur. Sed e proverbiis populi sententiisque septem sapientium jam universalia quaedam emicuerunt praecepta, nec vitae necessitatibus subjecti singulis modo voluptatibus fruendis se dedebant homines. Quo factum est, ut e septem sapientium aetate quasi praecursoria statim provenerit philosophia; quin ipsum transitum atque adeo conjunctionem in Thale Milesio conspicimus.

§. 2. *ἄτοπον*) Nostratium longe plurimis multo absurdior videbitur, si qui ante mortem beatitudine se frui contenderit. Sed secundum Aristotelem, cum felicitas sit operatio et exercitatio, quae nisi in vita esse non possunt, vita est tempus felicitatis; cumque felicitas non sit summa connumerata, non abibit in infinitum: et maxima gaudebit felicitate, qui per vitam ea fruetur. Dicit Aristoteles loco saepius jam citato (Metaph. XII, 7): *διαγωγὴ δ᾽ ἐστὶν οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν. οὕτω γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνο (τὸ θεῖον) ἐστίν· ἡμῖν μὲν γὰρ ἀδύνατον.* Nihilominus aeterna nobis contingit beatitudo; nam *τὸ θεῖον* essentiam nostram efficiens et in nobis inhabitans, ipsum est aeternum, quod singulorum morte non exstinguitur.

§. 3. *ὡς ἐκτὸς ἤδη*) Jam quae §§. 3-5. proponuntur difficultates, sequenti demum capite solvuntur; quare cum nostro capite caput sequens nonnulli conjunxerunt. — *μὴ αἰσθανομένῳ*) Ex Aristotelis sententia sensus et quae ad sensum pertinent morte intereunt; sed quum vivo malum et bonum evenire possit, quod non sit in sensu, ut honores et infamia, potest et mortuo. Aristoteles (ut Garvius recte vidit) fortunam secundam et adversam amicorum et liberorum, quae post mortem alicujus eveniat, ita demum ad ipsum pertinere putat, si jam vivus spe et metu earum rerum afficiebatur; recordationem enim, ut sensum, morte perire, ipse Aristoteles in libris De anima

(III, 5) exponit. Ideo tamen non, ut Garvius vult, nodum in scirpo quaerit Aristoteles; hominem enim a familia sua plane non sejungit, quippe cum in Oeconomicis contendat, per progeniem suam hominem ad immortalitatem pervenire.

§. 4. *ἀποστήμασι*) Non, ut Zwingerus et Garvius, *degenerando*, sed, cum plurimis interpretum verte: *longo temporis spatio interjecto;* ita demum *παντοδαπῶς ἔχειν* explicari potest. Cardwellus: „Perspicuum est, habita intervallorum, quibus a parentibus suis distant, ratione, omnibus ad eos modis referri posse liberos."

§. 5. *ἐπί τινα χρόνον*) Nempe: usque ad illud tempus, quod spe metuve a vivo attingi possit.

§. 6. *τὸ πρότερον ἀπορηθέν*) i. e. utrum post mortem demum felix aliquis praedicandus sit; *τὸ νῦν ἐπιζητούμενον* autem est quaestio capite sequenti solvenda.

§. 7. *βούλεσθαι*) Subaudi *Σόλωνα*, ut etiam mox ad *ὑπειληφέναι*: vel cum Paraphraste et Argyropylo impersonaliter accipe. — *ἀνακυκλεῖσθαι*) Instabilitas cum circulo comparatur, ut stabilitas §. 11. cum cubo; et ut fortuna circulus, ita virtus est cubus. Citantur ad *ἀνακυκλεῖσθαι* Herod. I, 207: *κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων* (Arist. Phys. IV, 14: Problem. XVII, 3); Arist. Epist. ad Philippum 3: *διὸ καὶ τὴν ταχύτητα τῶν πραγμάτων εὐλαβοῦ, καὶ τὸν κύκλον τῆς μεταπτώσεως ἡγοῦ, καὶ τὰς ἐν τῷ ζῆν ψηφοὺς λογίζου.*

§. 8. *χαμαιλέοντα*) Quasi *humi leo,* lacertarum genus; describitur ab Arist. Hist. animal. II, 11, et Plin. VIII, 51, e quibus locis apparet, coloris mutationem e sanguinis mobilitate explicari commode posse.

§. 9. *ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν*) Error omnis Solonis in eo positus est, quod fortunae varietatem sequatur, et in pendenda felicitate bona externa momenti aequo majoris esse voluerit; sic felicitas fit *συναριθμουμένη*, id quod supra (c. 7, §. 8) Aristoteles refellit.

§. 10. *μαρτυρεῖ*) Definitioni illi, virtutis actiones beatitudinis dominas esse, testimonio est ipsa illa difficultas, quae ex instabilitate fortunae oriebatur. Cum enim fortunae muta-

tiones sint instabiles et ipsa Solonis sententia stabile quiddam in beatitudine quaerat, jam sequitur, beatitudinem poni non posse in fortuna secunda, sed in virtutis actionibus, quae stabiles sunt solae. — *μονιμώτεραι*) Eustratius: *ῥᾷον γὰρ ἐπιλαθέσθαι τῆς ἐπιστήμης τὸν ἐν ἕξει τῆς κατ' αὐτὴν θεωρίας γινόμενον, ἢ τοῦ ὀρθῶς πράττειν κατὰ τὸν βίον τὸν σπουδαῖον ἐκπεσεῖν, καίτοι τὰς ἐπιστήμας ἐν τοῖς βεβαίοις μάλιστα τάττομεν.* — *τούτων δ' αὐτῶν*) Paraphrastes, Eustratius, Schol. Paris. ap. Zell. ad virtutes referunt: recte; Garvius ad scientias. Jam virtutum ipsarum majore stabilitate quam scientiae gaudentium aliae aliis sunt stabiliores; rationem nempe, cur quaedam virtutes sint praestantissimae, Eustratius his verbis proponit: *ὡς τῆς κατ' αὐτὰς ἀδιακόπτου πράξεως ὑπερειδούσης αὐτάς.* Praestantissima autem virtus est contemplatio veritatis, i. e. ea scientia, quam Aristoteles *σοφίαν* vocat; quamobrem, si sensum spectes, a vero Garvius non recessisse videtur. Cf. Ciceronem, De finibus III, 15. — *τιμιώταται καὶ μονιμώταται*) Omittunt *καί* Par, Bekkerus, Paraphrastes; Ven: *τιμιώτεραι μονιμώτεραι.* Sed in commentario Eustratius: *τούτων δ' αὐτῶν φησὶ τῶν ἀρετῶν αἱ τιμιώτεραι καὶ μονιμώτεραι* Comparativum priorem M^b, alterum K^b, L^b, M^b tuentur.

§. 11. *μάλιστα πάντων*) Non omnium hominum, sed omnium actionum maxime, i. e. saepissime, ut *ἀεί* indicat. Verte: *semper aut praecipue.* — *ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς*) Sic Ald, Victorius, Turnebus, Morellius, Wilkinsonus sine varietate codicum, Zellius. Cardwellus et Bekkerus e Duvalliana editione transposuerunt *ὡς ἀληθῶς ἀγαθός* consensu, ut videtur, suorum codicum moti; sic legunt etiam *A, B, C, Paraphrastes, Coraes. Cum plerique codices *ὡς ἀληθῶς ἀγαθός* legant, vel ita scripsit Aristoteles vel fluxit lectio e §. 13, et Simonidis fragmento, cujus sententiam Noster hic respexit, et Plato in Protagora p. 339 (p. 205) hisce verbis citat:

— ἄνδρ' ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως
Γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ
Τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.

Sed utram lectionem praetuleris, nostro tamen loco non *ὡς ἀληθῶς (vere),* ut §. 13, conjungi potest, cum *ὡς* hic habeat sensum

utpote, vel, ut Argyropylus vertit, *quippe qui*. Vulgatam, si certa nitatur auctoritate, vel ideo praeferam, quod vitet duplex periculum jungendi ὡς cum ἀληθῶς et ὅγε cum ὡς ἀληθῶς ἀγαθός. Male igitur distinctionem post ὅγ' Bekkerus omisit, neque potest ὅγ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθός (*ille quidem vere bonus*) esse subjectum verborum: πράξει καὶ θεωρήσει et οἴσει. Sic enim Aristoteles hanc ineptam tautologiam proferret: Vir vere bonus et inturbidus virtutem exercebit et calamitates fortiter feret. Nec laborat §. 13, ut vult Krische, ista tautologia, cum illic in subjecto additum sit καὶ ἔμφρονα, in attributo autem ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Itaque nostro loco ad πράξει καὶ θεωρήσει et οἴσει, quorum subjectum grammaticum est ὅγε, suppleas e praecedentibus subjectum εὐδαίμων: *Beatus virtutem exercebit et calamitates fortiter feret, utpote vir vere bonus.* Eustratius, quamquam ὡς ἀληθῶς ἀγαθός in Ven exstat, tamen struit verba et explicat nobiscum: εἴπερ εἴη ἀληθῶς ἀγαθός. Nec male Vrat utramque structuram conjunxit: οὗτος γὰρ ἀγαθὸς ὡς ἀληθῶς. — τετράγωνος) Eustratius explicat: βέβαιος καὶ στάσιμος· ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοιούτων σχημάτων, ἃ, ὅπως ἂν ῥιφέντα πεσῆται, ὄρθια ἵστανται. Cf. Arist. Rhetor. III, 11: τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον, μεταφορά. ἄμφω γὰρ τέλεια. Horat. Serm. II, 7, 86 de sapiente:

— *in seipso totus, teres atque rotundus.*

Possis etiam de Pythagoreorum rationibus cogitare, quibus τετρακτύς optimus numerus erat, quem aeternae naturae fontem et radicem vocabant (cf. Sext. Empir. adv. Math. IV, §. 2-3).

§. 12. γενομένων) γινομένων Ven, Par, Casaubonus, Duvall, Coraes, sive nota Bekkerus; recte. — εὐτυχημάτων) Secundam fortunam ferre, difficilius est, quam adversam. Cf. infr. IV, c. 3. §. 19. — μακαριώτερον) Hoc loco felicitas (cf. supr. c. 7, §. 8) est summa connumerata (συναριθμουμένη). Aristoteles igitur sibi contradicit? Minime. Non est summa connumerata felicitas, si internam ejus essentiam, virtutis actiones, spectes; est summa connumerata, si contempleris externam ejus apparentiam instrumentis agendi indigentem. Itaque illud ipsum aeternum, quod unum est et idem, non nisi per seriem continuam

explicari potest; et apparendo naturam suam non amittit, quin potius illa ipsa explicatione adipiscitur, cum omni tempore se unum et idem esse ostendat. — *διαλάμπει τὸ καλόν*) Inerant sententiae Aristotelis, quae Stoici postea arripere et ulterius provehere potuerunt. Sed ne Epicurei quidem ita ab Aristotelea sententia erant alieni, ut ab hoc fonte sua non et ipsi potuissent derivare.

§. 13. *ἐκ τῶν ὑπαρχόντων*) Quaequae est instrumentorum externorum conditio, varietas et mobilitas, interna bona semper summa esse possunt (*τὰ κάλλιστα*).

§. 14. *μακάριος*) Cum *μακάριος* (beatus) et *εὐδαίμων* (felix) hoc loco distinguantur, accipe *μακάριος* de viro perfecte felici, *εὐδαίμων* autem de bono viro calamitatibus non exemto, qui quidem imperfecte est felix. Cum tamen plerumque Aristoteles hisce vocibus promiscue usus sit, nos eum secuti sumus beatum et felicem plerumque non discriminantes. — *ἔκ τε τῶν*) Ven: *ἐκ τῶν τοιούτων δέ*. Eustratius: *ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων φησί*. Sed saepe particula *τε*, quod jam Zellius (ad III, c. 12, §. 3) notavit, non tantum vocabulis, sed totis etiam enuntiationibus copulandis servit, ut Latinorum *que;* cf. infr. IV, c. 3, §. 13 etc.

§. 15. *ἢ προσθετέον*) Habemus denuo interrogationem loco affirmationis; quod vel inde apparet, quia addit *ἐπειδὴ κ. τ. λ.* et §. 16. *εἰ δ' οὕτως*. Assentitur igitur concludens opinioni Solonis, quippe cum ipse in definiendo dixerit *ἐν βίῳ τελείῳ*: eandem tamen et restringit, cum de humana tantum felicitate vera sit (§. 16), non de divina illa beatitudine, quae in contemplanda veritate versatur omni intercapedine vacans. Eodem modo Epicurus in beatitudine distinxit (Diog. Laërt. X, §. 121): *τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, τήν τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστὶ περὶ τὸν θεόν, ἐπίτασιν οὐκ ἔχουσαν· καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἔχουσαν προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν.*

§. 16. *μακαρίους ἐροῦμεν — μακαρίους δὲ ἀνθρώπους*) Ita legunt A (L^b), C, El, NC, Par, H^a, K^b, M^b, N^b, Ven, Argyropylus; *μέν* ante *ἐροῦμεν* addunt Vrat, O^b: *ὡς* ante *ἀνθρώπους* CCC, B prima manu superscriptum, Paraphrastes, et Eustratius, qui dicit: *μακαρίους δέ φησιν ὡς ἀνθρώπους*. Utramque parti-

culam, quae in editionibus fere omnibus exstat, simul expunximus Cardwellus et ego (quos secutus est Bekkerus), uterque vulgatam suo corrigens ingenio, cum neutri alterius editio nota esse potuerit. Nec ferri potest ὡς. Nam ὡς si legeris, habebis Christianis temporibus vulgatissimam querelam de caduca hominis natura nil perfecti acquirere valentis; quasi homini humana tantum contingat felicitas, ita ut vera foret proverbii supra (ad c. 2, §. 1, p. 6) citati exhortatio, quam refutat Aristoteles: Humana nos sapere oportere, cum simus homines. Itaque mirum non est, ut haec lectio, praesertim inde a Parisiensium editorum temporibus, in praecipua scilicet Theologiae Christianae sede, in omnes editiones migrare potuerit. Aristoteles vero dicere vult, hominem, etsi quadam tenus fortunae vicibus expositus et subjectus sit, tamen aliquam habere regionem mutationum illarum expertem, nempe cogitationem. Homini igitur secundum Aristotelem utraque felicitas competit, et divina et humana; id quod, addito μέν et ὡς, intelligi nequit.

CAP. XI. §. 1. *τύχας*) Dum vivimus, secundae amicorum fortunae sunt bona externa.

§. 3 — 5. Acutissime vidit Bekkerus quod sciam solus, has §§. conjungendas esse, ita ut protasis recurrat §. 4. *διαφέρει δέ*, et apodosis a *συλλογιστέον* demum ordiatur, quum alioquin *εἰ δή* apodosi et omni adeo sensu careret; *δή* autem in apodosi etiam recte se habet. Itaque nostrae editionis interpunctionem lector ut mutet, precamur.

§. 4. *προϋπάρχειν*) Calamitates futurae, quae metu et cogitatione, non sensu concipiuntur, minore dolore nos afficiunt praesentibus; ut et in tragoediis res atroces, si recitentur praeteritae, lenius afficiunt spectatorum animos, quam si praesentes agantur. Haec est causa, cur Aesthetici, qui vocantur, atrociora et crudeliora non ipsum tragoediarum argumentum esse velint, ferri tamen posse concedant, si tragicae actioni praecedant et initio tragoediarum exponantur, quasi conditio et causa, e qua pendeat actio. In Poetice haec Noster *τὰ ἔξω τῆς τραγῳδίας* nominat, postulans, ut quae minus verisimilia a Diis facta sint, non in tragoedia ipsa agantur, sed extra

actionem collocentur. Paraphrastes, adstipulante Corae, qui ἐν uncinis inclusit, *προϋπάρχειν* male ad ipsas res gestas refert, quibus opponatur earum imitatio in tragoediis: *ἔχει δὲ διαφορὰν, ὅσην ἔχει τὰ ἐν ταῖς τραγῳδίαις πλαττόμενα κακὰ τῶν προϋπαρξάντων πραγμάτων, ὧν ταῦτα σκιαί.* Nec Eustratius, quem Garvius sequitur, recte explicavit: *πολλὴ γὰρ διαφορὰ παρεληλυθυίας μιμεῖσθαι πράξεις ἐν τραγῳδίᾳ, ἢ νῦν γινομένας, ὅτε καὶ ἡ μίμησις αὐτῶν γίνεται·* quasi Aeschyli Persae magis movissent spectatorum animos, quam ejusdem poetae Eumenides. Eodem sensu, quo Aristoteles, dixit Horatius in epistola ad Pisones (v. 181-182):

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quae sunt oculis subjecta fidelibus. —

§. 5. *ταύτῃ*) Etiamsi structura non, ut supra indicavimus, mutanda foret, tamen appareret, *ταύτῃ* vel *ταύτην* (ut cum Ven et Eustratio Bekkerus legit, duorum codicum, M^b et N^b, auctoritate inductus) ad praecedentia, non ad sequentia referri oportere. — *τὸ διαπορεῖσθαι*) sc. *συλλογιστέον*: *multo magis perpendenda est difficultas* etc. Quaestio enim haec (saltem si de infortuniis propinquorum, quae post mortem felicis contingunt, tum sentiendis cum fiunt, agitur) solvi non poterit, nisi quaesiverimus, utrum pertineat ad mortuos bonum malumve, necne. Et hic est quaestionis cardo. Nam cum calamitates posterorum et amicorum, quae, dum vivimus, accidunt, ad quaestionem revocentur de bonis externis, calamitates autem post nostram mortem futurae, quas spe metuve auguramur, ad eandem redeant quaestionem, jam restat, ut quaeramus, an hae ipsae tum, cum accidunt, ad nos pertineant. Hanc arduam sane quaestionem obscure tangens et oblique perstringens, cum vulgi opinionibus aperte contradicere nolit, ita tamen in universum solvit, ut dicat, calamitates illas felicitatem defunctorum mutare non posse. Male Zellius *δεῖ* ante infinitivum subaudiri posse putavit. In loco enim (Topic. II, 3), quem ad Eth. Nic. II, c. 3, §. 1. citat, infinitivus *δεικνύναι* initio capitis non pendet e *δεῖ* omisso, sed ex *εἷς τόπος* initio capitis praecedentis, quae verba multi sequuntur infinitivi. Primo enim habes *εἷς μὲν δὴ τόπος τὸ ἐπιβλέπειν*, mox *ἄλλος τόπος τὸ*

ἐπιβλέπει. et sic deinceps novus quisque locus novum per infinitivum introducitur, praecedente vocabulo ἄλλος vel ἔτι, per compluria capita usque ad sextum, quae hanc ob causam in Sylburgiana et Casauboniana editione unum in caput contrahuntur. — ἁπλῶς ἢ ἐκείνοις) Eustratius: ἁπλῶς μὲν εἰ τῇ αὑτοῦ φύσει τοιοῦτον εἴη (ex. gr. bona externa), ἐκείνοις δὲ, ὅτι, κἂν μέγα ὑπάρχῃ, τοῖς κεκμηκόσι ἤδη ἀσθενὲς καὶ μικρόν ἐστιν, quippe sensu carentibus: vel, ut explicat Paraphrastes, διὰ τὸ μὴ ζῆν τὴν ἐνταῦθα ζωήν. Male Garvius, nostratium immiscens opiniones, circumlocutus est: *oder weil der Eindruck durch die stärkeren Empfindungen ihres eigenen Zustandes verdunkelt wird.* Aristotelis enim de sententia aufert omnem sensum memoriamque mors, nec remanet nisi cogitatio cogitationis: id est aeterna et indelebilis veritatis contemplatio, quam non irrumpunt regionem humanae sortis vicissitudines. — μηδὲ τοὺς ὄντας) Post ὄντας vox μακαρίους, quae vulgo addebatur, deest in codicum plurimis: A (L^b), C, El, CCC, Par, Vrat, H^a, K^b, M^b, N^b, O^b. Agnoscit tantum codex NC et Ven; in codice B vocabulum duplici linea inductum est. Itaque expungendum putavi, praesertim cum Aristoteles semper brevitate gaudeat; nec Cardwellus Bekkerusque agnoscunt.

§. 6. συμβάλλεσθαι) Pertinent ad defunctos calamitates posterorum, quatenus defuncti sibi ipsis superstites vivunt quodammodo in suis posteris et horum per vitam quadam fruuntur immortalitate. Vigent autem vivuntque non per se nec separatim, sed mente et cogitatione posterorum, ubi, etsi fortunae vicissitudinibus exemti, tamen a singulis posterorum calamitatibus non prorsus alieni esse videntur. Cum tamen praecipua et aeterna mentis vita sit illa veritatis contemplatio, jam si hanc spectes defunctorum vitam, eos fortunae mutationibus plane non tangi, apparet.

CAP. XII. §. 1. (Cap. XII.) τῶν γε δυνάμεων) δύναμις tertium post honorabilia et laudabilia bona numeratur; cf. Magn. Mor. I, 2: ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν τίμια, τὰ δ' ἐπαινετά, τὰ δὲ δυνάμεις. Nempe honorabile nunquam potentia esse potest, quippe quae non sibi ipsi ultimus finis, sed operationis

gratia et instrumentum agendi sit. Itaque si qua potentia est bona, non nisi laudabile bonum est (i. e. quod ad aliud, tanquam finem suum, refertur); sed saepe ne bonum quidem est. Nam potestates rationales (*δυνάμεις μετὰ λόγου*), ut dicit Aristoteles in Metaphysicis (XI, 2), in utramque partem tendere possunt, sive bonam sive malam (cf. supr. ad c. 1, §. 1, p. 4). Hoc vidit Eustratius, qui totum locum sic optime explicat: *τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν θεῖα, τὰ δὲ ἀνθρώπινα· καὶ τὰ μὲν θεῖα τίμια λέγεται διὰ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὸ ὑπὲρ ἔπαινον εἶναι, ἐπαινετὰ δὲ τὰ ἀνθρώπινα. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ἀνθρώπινα μὲν καὶ ταῦτα, ἐ π α μ φ ο τ ε ρ ί ζ ο ν τ α δὲ, ὡς κ α τ ο ρ θ ο ῦ ν δ ύ ν α σ θ α ι καὶ ἁ μ α ρ τ ά ν ε ι ν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις λεγόμενα· οἷον ἰατρική, ῥητορική, κυβερνητική. Ζητεῖ τοίνυν Ἀριστοτέλης ἐν τίσι τὴν εὐδαιμονίαν τακτέον.* Scilicet Deus, ut actus purus, omniaque divina ideo honorabilia sunt, quod nunquam sunt potentia tantum, sed semper plenissima et verissima gaudent existentia, suntque operationes, quarum ultimus finis in se ipsis positus est (*ἐντελέχειαι*).

§. 2. *τῷ ποιόν τι εἶναι*) Cum laudabile id sit, quod ad aliud refertur, qualitas est laudabilium, quippe cum per qualitatem suam unumquidque ad aliud referatur. Qualitas tamen a relatione eo differt, quod in qualitate relatio, quae ad aliud spectat, interna fit et propria rei determinatio; itaque per qualitatem relatio ad substantiam denuo reducitur. — *τὴν ἀρετήν*) Virtus non est potentia, quae aut bona aut mala potest esse, sed habitus (*ἕξις*), sive consuetudo cum recta ratione (*ὀρθῷ λόγῳ*) appetitum dirigendi ad bonum. Attamen ne *ἕξις* quidem illa per se bona est, sed exercitatio demum virtutis, cum virtus sit propter operationem; virtus igitur laudabile, felicitas vero, ut *ψυχῆς ἐνέργεια κατ᾽ ἀρετήν*, semper honorabile.

§. 3. *γελοῖοι*) Procul dubio *οἱ θεοί* intelligendum est, non *ἔπαινοι* cum Argyropylo. Paraphrastes: *διὰ τοῦτο καὶ οἱ τοὺς θεοὺς ἐπαινοῦντες γελοῖοί εἰσιν.* Etenim Deos laudare, ideo est ridiculum, quod laudati nobis utiles esse, neque sibi, sed nobis existere videntur, cum sibi ipsis sint finis ultimus. Risum igitur semper movebit, si quis Deos in hoc illove singulari casu hominibus opem ferentes finxerit, cum actus eorum sit

aeterna et immobilis cogitationis cogitatio. — *τοῦτο δὲ συμβαίνει*) sc. *θεοὺς πρὸς ἡμᾶς ἀναφέρεσθαι.*

§. 4. *τούς θειοτάτους*) Aristoteles ipse putavit, Deorum notiones a praestantissimis veterum temporum hominibus ortas esse, qui postea in Deorum numerum relati fuerint. — *τῶν ἀγαθῶν*) Supple *τὰ θειότατα* e *τοὺς θειοτάτους*, ut saepissime per hos libros, jam Zellio adnotante, reperies.

§. 5. *Εὔδοξος*) Fusius ejus de voluptate sententia exponitur infr. X, c. 2. Erat celeber astrologus; cf. Cic. De divinat. II, 42: *Eudoxus Platonis auditor in astrologia judicio doctissimorum hominum facile princeps.* Sic in materia astronomica citatur Aristoteli Metaph. XII, 8; sed et alia ejus placita occurrunt Metaph. I, 9, et XIII, 5. — *τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι*) *τῷ* pro *τό* Vrat, etiam Par inter lineas; male, quia tum legi deberet *μηνύεσθαι.*

§. 6. *ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος*) Cf. Rhetor. I, 9: *ἔστι δ' ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς, τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστί· διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας. τὰ δὲ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς εἰσιν, ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύοιμεν εἶναι τοιοῦτον.* — *τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν*) Recte Eustratius et Paraphrastes ad *ἔργα* referunt; Garvius ad *ἀρετάς* referre videtur, cum vertat *Eigenschaften.*

§. 8. *ἀρχήν*) *ἀρχή* legunt NC, H[a], K[b], L[b], N[b], Victorii „antiquus fidelisque liber," quem Krische (l. l. p. 397) codicem L[b] esse putat, et Ven. Victorio non displicuit, Bekkerus in textum recepit; et ferri posse in sermone Graeco. grammatici asseverant.

CAP. XIII. §. 1. (Cap. XIII.) *περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον*) Eustratius: *ἔθος τῷ Ἀριστοτέλει ἐν ταῖς παραδιδομέναις ὑπ' αὐτοῦ μεθόδοις, ταῖς εἰς πλείω βίβλια διαιρουμέναις, ἐν τοῖς τέλεσι τῶν προλαμβανόντων τὰ ἐφεξῆς προαναφωνεῖν περὶ τίνων διαλαβεῖν μέλλουσιν, ὡς ἂν εἶεν συνεχῆ πρὸς ἄλληλα τὰ γραφόμενα.* Ejusmodi juncturae, ut alibi (*Examen critique de l'ouvrage d'Aristote intitulé, Metaphysique*, p. 201-202) docuimus, additae sunt tum demum cum singuli tractatus unum in opus coaluerint.

§. 2. *ὁ κατ' ἀλήθειαν πολιτικός*) Vide Polit. III, 9: *φανερὸν*,

ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει. Cf. quoque IV, 4.

§. 3. Λακεδαιμονίων) Vituperat tamen Lycurgum in Polit. II, 9 (7), quod ad virtutis partem bellicam tantum omnem legum descriptionem contulerit etc. Id autem recte viderunt Minos et Lycurgus, quod educationi summam impenderunt operam, utpote quae ad gignendam virtutem maximi sit momenti. — ἕτεροι) Forsitan de Carthaginiensibus. Descriptis enim in Polit. (II, 9 et 10) Lacedaemoniorum et Cretensium civitatibus, subjungit caput 11 (9) de Carthaginiensium republica, hoc exordio usus: πολιτεύεσθαι δὲ δοκοῦσι καὶ Καρχηδόνιοι καλῶς καὶ πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους, μάλιστα δ' ἔνια παραπλησίως τοῖς Λάκωσιν. αὗται γὰρ αἱ πολιτεῖαι τρεῖς ἀλλήλαις τε σύνεγγύς πώς εἰσι καὶ τῶν ἄλλων πολὺ διαφέρουσιν, ἥ τε Κρητικὴ καὶ ἡ Λακωνικὴ καὶ τρίτη τούτων ἡ Καρχηδονίων, καὶ πολλὰ τῶν τεταγμένων ἔχει παρ' αὐτοῖς καλῶς.

§. 4. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν) Cum enim constituerimus initio, de politice disserere, virtus autem in civitate spectari debeat, de virtute disserere haud ab re erit, immo consilio illi consentaneum. Paraphrastes: ὥςτε δῆλον, ὅτι ἡ ζήτησις αὕτη ἀκόλουθος ἂν εἴη τῷ ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου σκοπῷ· ἦν γὰρ ἐκεῖνος περὶ τοῦ τέλους τῆς πολιτικῆς.

§. 7. τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα) Argyropylus, quem sequitur Lambinus, vertit duce Eustratio: *Quemadmodum et eum, qui curaturus est oculos totumque corpus, de ipsis scire oportet.* Recte. Male καὶ πᾶν σῶμα non ad θεραπεύσοντα, sed ad δεῖ εἰδέναι retulit Paraphrastes (quocum faciunt Victorius et Wilkinsonus): ὥςπερ καὶ τὸν μέλλοντα ὀφθαλμὸν θεραπεύσειν, τοῦ σώματος παντὸς τὴν γνῶσιν ἔχειν ἀνάγκη. Si enim ita acceperis, nullam jam similitudinem et comparationem habebis. Nam hoc sibi vult Aristoteles: Ut politicum, qui animo medetur, animi naturam perspectam habere oportet, ita medicus, qui oculum totumve corpus curat, id, quod semper curat, sive oculum sive corpus, nosse debet. Virtus enim se habet ad animum, ut sanitas ad oculum corpusve. Nec dicere vult Aristoteles, animi virtutem spectanti majus quiddam animo investigandum

esse: quemadmodum qui oculis mederetur, totum corpus nosse deberet; istud enim de medico quidem et ipsum verum est, de politico autem nihil simile proferri possit. Dubitationi vero, cur hoc loco oculos Aristoteles in exemplum assumserit, respondet Eustratius: τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἐνταῦθα παρέλαβεν ἴσως διὰ τὸ ποικίλον τῆς τούτων συνθέσεως· σύνοδος γὰρ ἐν τούτοις μορίων πολλῶν εἰς ἀπάρτισιν. χιτώνων ὑγρῶν, φλεβῶν, νεύρων καὶ ἑτέρων τινῶν, ὥς τε εἶναι αὐτοῖς καὶ τὴν θεραπείαν πολυσχιδῆ καὶ δυσχερῆ διὰ τὴν τῶν μερῶν τούτων εὐπάθειαν. Jam autem apud veteres fuisse medicos, qui oculis tantum mederentur, dicit Cicero (Orat. III, 33), hanc reprehendens consuetudinem. De Aegyptiis jam inde ab antiquissimis temporibus notum est; cf. Herod. II, 84; Hom. Odyss. IV, 231.

§. 8. ἐφ' ὅσον ἱκανῶς) Non tam accurate, ut ipse in libris De anima disputavit.

§. 9. ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις) Vide, quae supr. ad c. 5, §. 6, p. 28. sqq. disputavimus. Somniavit iterum Eustratius: τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων τὰ μὲν πρὸς τοὺς κοινῶς ἀκροωμένους τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐκδέδοται ἐν ταῖς κοιναῖς διατριβαῖς ἀναγινωσκόμενα καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἀμέσως διασαφούμενα· τὰ δὲ κατ' ἰδίαν πρός τινας ἔξωθεν προςπεφώνηται ἕκαστον αὐτῶν πρὸς ἕκαστον τῶν ζητούντων τοῖς ζητουμένοις πράγμασιν οἰκείως ἐκτεθειμένον. ἐκεῖνα μὲν οὖν ἀκροαματικὰ ὀνομαζόμενά ἐστι, ταῦτα δὲ ἐξωτερικά. Diversa scriptorum Aristotelis, ante et post ejus mortem (vide librum meum: *Examen critique* etc., p. 201 sqq.), edendorum ratio hanc de duplici Aristoteleorum scriptorum genere opinionem genuit. Hujus erroris auctor est Cicero (De Fin. V, 5): „*Duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod* ἐξωτερικὸν *appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt.*“ Ad veritatem propius accedit Paraphrastes, λόγους ἐξωτερικούς ad illas pomeridianas Aristotelis praelectiones referens vulgo magis accommodatas: περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια. Sed id ipsum claudicat; hunc enim sensum interpres ut conficeret, praesens (λέγεται) in aoristum (εἴπομεν) mutare debuit.

§. 10. ἀχώριστα πεφυκότα) Pars irrationalis animae sane

a rationali separari potest: ut (cf. De anima II, 2 et 3) *τὸ θρεπτικὸν τῆς ψυχῆς* in plantis a ceteris animae partibus, in animalibus *τὸ αἰσθητικόν* a ratione sejunctum exstat. Sed hoc loco de humana loquimur anima, cui ratio est, qua, ut summa animae parte, ceterae etiam continentur, quae quidem ab ipsa separari non possunt, quippe cum potentiae rationis sint, quae est earum actus, potentia autem esse possit sine actu, sed actus necessario potentiam complectatur et contineat. Modo dixerat sane *τῷ λόγῳ δύο*: Animae partes illae definitione sunt duae; nempe essentia aut natura diversae sunt. Sed re sive existentia separari non possunt. Paraphrastes: *καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον· ἐν μὲν γάρ εἰσι πρᾶγμα καὶ ἀχώριστα πέφυκε, τῷ ὁρισμῷ δὲ διαφέρουσιν· ἄλλος γὰρ ὁρισμὸς τῆς περιφερείας καθὸ κοίλης, καὶ ἄλλος καθὸ κυρτῆς.* Secundum Zellium „in eodem genere *τῷ λόγῳ χωριστόν* opponitur *τὸ τόπῳ χωριστόν*, De anima II, 2.“ Platonem refutare videtur voluisse Aristoteles collocantem scilicet rationem in capite, *θυμόν* in pectore et appetitum in ventre.

§. 11. *τοῦ αὔξεσθαι*) om. articulum Par, Bekkerus; *αὐξάνεσθαι* pro *αὔξεσθαι* H^a, Par, Ald, Ven, et Paraphrastes.

§. 12. *ἐν τοῖς ὕπνοις*) Inter vigilandum cogitamus et ratione utimur; in somniis ad naturales facultates, ad sensum et quae cum sensibus cohaerent, sola revocamur. Vita per somnum est potentia, cujus actum exhibet vita vigilantis. Cf. De somno et vigilia c. 1: *τὸ δὲ ἔργον τὸ αὐτοῦ ποιεῖ τὸ θρεπτικὸν μόριον ἐν τῷ καθεύδειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι· τρέφεται γὰρ καὶ αὐξάνεται τότε μᾶλλον.* Cardwellus: „Haec citat Muretus; non autem id simul explicat, unde fit, ut dormientibus magis quam vigilantibus insit haec vis et exerceatur. Si quis enim recumbit, deposito corporis pondere, resiliunt quodammodo musculi, quibus colligantur ossa, et propterea mane procerior est quam vesperi.“ — *διάδηλοι*) *διάδηλος* Par, Ven, Ald; Eustratius *δῆλος*. Virtus non per somnum, sed inter vigilandum manifestatur: perspicitur enim ex operatione; nec bonus est, qui actiones virtutis committere potest, sed qui exercet reapse. Satis inepte Zellius ex *διάδηλοι* verbum intransitivum *διαδηλεῖ* conficere voluit (vide infr. ad II, c. 9, §. 9).

§. 13. ἢ λέγεται) Non ᾗ λέγεται, ut El, CCC, Par exhibent. Somnus enim cessatio et vacatio operis est non solum animo bono malove, sed et aliis ingenii facultatibus praedito. Sensus est: Remanet sane animae actio quaedam in somno (nempe τὸ θρεπτικόν ejus tum maxime agit), non autem *quatenus* bona malave. NC legit ᾗ οὐ λέγεται, quod ferri potest, si explices: Somnus est otium animae, quatenus tum nec bona nec mala potest appellari. — κατὰ μικρὸν διϊκνοῦνται) Ut somnia, sicut in speculo, monstrant acta diurna praeterita: sic et praenuntiant, quae in vigilando futura sunt. Cf. Problem. XXX, 14; Plat. Republ. IX. init. p. 571-572 (p. 426-427); Ciceron. De divinat. I, 29.

§. 14. θρεπτικὸν οὖν) οὖν post θρεπτικόν, quae est lectio vulgata, exhibent Vrat, Victorius, Morellius, Wilkinsonus, Zellius, Cardwellus; abest a Par, codd. Wilkinsoni, Bekkeri editione, Ald et Ven: Cardwellus variam hanc codicis sui lectionem non notavit, quamvis non neglexerit variam lectionem θρυπτικόν pro θρεπτικόν, quae Bekkerum fugit.

§. 15. ἔοικε δή) NC, CCC, Bekkerus ex K^b, L^b, N^b, Eustratius, Paraphrastes δέ. Transitum ad novum partitionis membrum facere potest particula et δέ et δή. Praeferetur adversativa, si sermo nondum de hoc membro inciderit: explicativa, si jam hujus membri mentio facta fuerit. Quamobrem δέ hoc loco praeferendum videtur, praesertim cum respondeat repetitae voci μέν initio §. 11. et 14. Sed infr. IV, 7. 2. et VI, 1, 4. δή praeferendum est, quamvis et illis locis varient codices. — φύσις) Ne cum Victorio explica οὐσία, neve cum Zellio indefinite ἄλλο τι τῆς ψυχῆς, sed *vis, facultas, pars;* nempe τὸ αἰσθητικὸν τῆς ψυχῆς. — ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον) Eustratius: ἀκρατὴς μὲν γάρ ἐστιν, ὅς ἔχων τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς ἀπόλαυσιν ἡδεὸς ἕλκουσαν, μάχεται μὲν αὐτῇ, οὐκ εἰς τέλος δὲ τηρεῖ τὴν ἔνστασιν, ἀλλ' ἐνδίδωσί ποτε καὶ ἡττᾶται· διὸ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, ὡς μὴ κρατῶν εἰς τέλος τῆς ἐπιθυμίας. ἐγκρατὴς δὲ, ὅς καὶ αὐτὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν ἔχει πρὸς τὸν λόγον μαχόμενον, ἀντέχει δὲ γενναίως καὶ κρατεῖ τῷ λόγῳ καὶ κυριεύει τοῦ μαχομένου. ἐπαινεῖται οὖν ἐν ἑκατέρῳ τούτων τὸ λόγον ἔχον καὶ πρὸς τὸ ἄλογον μαχόμενον. Sic

et Paraphrastes: *δι᾽ ὃ καὶ τὸν τοῦ ἐγκρατοῦς λόγον, καὶ τὸν τοῦ ἀκρατοῦς δὲ ἐνίοτε, ἐπαινοῦμεν, ὅτι ἀντέχουσι πρὸς τὸ ἀντιτεῖνον· ὁ μὲν μέχρις οὗ δεῖ, ὁ δὲ ἐνίοτε καὶ μέχρι τινός· καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται ἄλλο τι ὂν ἐν αὐτοῖς παρὰ τὸν λόγον.*

§. 17. *τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς*) sc. *ἄλογον. τό* om. Par, K[b] (secundum Bekkerum); tum *τὸ ἄλογον* intelligendum esset, tanquam subjectum *τοῦ πειθαρχεῖ*, et *τῷ λόγῳ τοῦ ἐγκρατοῦς* conjungendum, eodem sensu. — *εὐηκοώτερον*) Eustratius: *Ἀκρατὴς ὁ λόγῳ τοῖς πάθεσιν ἀντιπαλαίων, κρατεῖν δὲ μὴ δυνάμενος· ἀκόλαστος, ὁ μηδὲ παλαίων. Ἐγκρατής, ὁ μετὰ τὸ παλαίειν νικῶν καὶ περιγενόμενος· σώφρων, ὁ μηδὲ παλαίων.* — *ἀνδρείου*) De fortitudine idem dicendum est; omnibus enim virtutibus jam inest consuetudo boni et recti, qua duce cupiditates rationi sine ulla controversia obediant. Pericula obit fortis et sustinet dolores, quos fugiunt ceteri, quia hostem manere rectius meliusque ei videtur, quam cedere et aufugere.

§. 18. *τῶν μαθηματικῶν*) Cum et vim animi rationis participem Aristoteles duplicem esse statuat, de altera, quae proprie est rationis particeps tanquam habens eam in se ipsa, Paraphrastes exponit: *λέγομεν δὲ καὶ τῶν μαθηματικῶν λόγον ἔχειν, τὸ εἰδέναι αὐτὰ καὶ γνῶσίν τινα καὶ ἐπιστήμην αὐτῶν ἔχειν.* Eustratius de altera parte animae rationi obediente: *ὥςτε σημαίνειν τὸν λόγον μὴ γνῶσιν καὶ κατάληψιν ἀκριβῆ· ἀλλ᾽ ἐπιστροφήν τινα καὶ ὑπακοὴν καὶ πειθὼ καὶ φροντίδα δηλοῦντος τοῦ λόγου.*

LIBER II.

CAP. I. §. 1. (Cap. I.) *διττῆς*) Repetita virtutis divisione, quam in fine libri praecedentis attulerat, differentiaque inter rationalem et moralem virtutem jam non, ut antea, e subjecto ostensa, sed ex causa efficiente, rejicit rationalem virtutem tractandam usque ad librum sextum, et de morali tantum in sequentibus disputat. — *τὸ πλεῖστον*) *τὸ πλεῖον* Par, Vrat, H[a], K[b], L[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus, Paraphrastes, qui explicat: *καὶ ἡ μὲν διανοητικὴ ἔχει μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως*

τὴν ἀρχὴν (δεκτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐπιστήμης) καὶ ἀπο ἔθους αὔξησιν λαμβάνει τινά· τὸ δὲ πλέον ἀπὸ τῆς διδασκαλίας καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν ἔχει. — *παρεγκλίνον*) *παρεκκλίνον* Vrat, H[a], L[b], M[b], O[b], Bekkerus, Ven. — *ἐξ ἔθους*) Aspasius: *καὶ ἔστι τὸ μὲν ἔθος ἡ ἐνέργεια, τὸ δὲ ἦθος ἡ ποιότης ἡ διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγιγνομένη τῇ παθητικῇ ψυχῇ.*

§. 2. *μυριάκις αὐτόν*) Cardwellus (ut Par, K[b], M[b]) *αὐτὸν* omisit, exemplum hoc esse putans „inter multa ejusmodi, quo brevior loquendi forma Aristotelis esse liquet, amplior vero, ut plurimum, librariorum.“

§. 3. *οὔτε παρὰ φύσιν*) Nam secundum Aspasium, quae praeter naturam sunt, assuetudine minime possunt comparari. Itaque natura nobis facultatem acquirendi virtutes ingeneravit, quae exercitatione et assuetudine in habitum transit, unde rursus actus et operatio virtutum oriri potest. Facultas a natura insita jam est potentia quaedam, sed nondum realis, ut loquimur, potentia, cujus ex ipso vigore operatio profluat; hanc demum potentiam Philosophus habitum vocat, quo habitu virtutis definitio contineatur (cf. infra c. 5).

§. 4. *παραγίνεται*) *περιγίνεται* Par, L[b], M[b]; item Paraphrastes. — *τὰς δυνάμεις τὰς τούτων*) *τάς* ante *τούτων* om. El. CCC, Par, Ald, Ven, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus excepto O[b]. Jam hoc loco potentiae posteriore sensu eorum, quos ad §. 3 exposuimus, accipi debent; quod et Aspasius confirmat: *τὸ κομιζόμεθα νῦν εἶπεν ἀντὶ τοῦ λαμβάνειν καὶ ἔχειν· δυνάμεις δὲ νῦν τὰς ἕξεις φησίν.*

§. 6. Ejusdem generis operationes, prout hoc aut illo modo fiunt, contrarium gignunt habitum sive artis sive virtutis. Scilicet artes et virtutes e libera hominis voluntate procedunt, quae ad utramque partem, bonam malamve, consuetudine duce tendere potest; qui enim potest optime sanare, eidem et summa facultas corrumpendae sanitatis (cf. supr. ad I, c. 1, §. 4, p. 4). In natura vero causae efficientes non tendunt ad opposita, sed unus motus est iis, quae fiunt secundum naturam. Metaph. IX, 2: *αἱ μὲν μετὰ λόγου δυνάμεις πᾶσαι τῶν*

ἐναντίων αἱ αὐταί, αἱ δ' ἄλογοι μία ἑνός· οἷον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον, ἡ δὲ ἰατρικὴ νόσου καὶ ὑγιείας.

§. 7. Si natura boni malive essent artifices, non libero arbitrio et consuetudine: magister non opus esset, quippe qui causam efficientem a natura insitam mutare nullo modo posset. — ἐθιζόμενοι ἢ φοβεῖσθαι) ἢ om. El, NC, CCC, Par, H^a, K^b, L^b, N^b, O^b, Ald, Ven, Cardwellus, Bekkerus, Paraphrastes. Et ad plurimorum codicum consensum si spectes, sane insititium videtur. — σώφρονες) σωφροσύνη est virtus circa cupiditates, πρᾳότης virtus circa iram versans, quibus virtutibus vitia opponuntur ἀκολασία, quod est nimium cupiditatum studium, et ὀργιλότης, qui est irae excessus.

§. 8. ποιὰς ἀποδιδόναι) i. e. *tales reddere.* Paraphrastes ἀποδιδόναι male hoc loco pro *explicare, narrare, definire* accepit: διὰ τοῦτο οὐ δεῖ τῆς ἀγαθῆς ἕξεως ἐνέργειαν ἁπλῶς αἰτίαν λέγειν, ἀλλ' ἀγαθήν· οὐδὲ τῆς κακῆς, ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ κακήν. ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκοδομικῆς· οὐ γὰρ τῆς ἀγαθῆς οἰκοδομικῆς ἕξεως τὴν οἰκοδομικὴν ἁπλῶς ἐνέργειαν αἰτίαν ἐροῦμεν· ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν οἰκοδομικὴν ἐνέργειαν τῆς ἀγαθῆς, καὶ τὴν φαύλην καὶ τῆς φαύλης αἰτίαν. καὶ ὅλως τοιάσδε τινὰς ἀποδοτέον ἑκάστῃ τῶν ἕξεων τὰς ἐνεργείας. Jam enim non de nomine agitur, sed de re, quomodo quis bonus fiat; ut aperte declarant sequentia.

CAP. II. §. 1. (Cap. II.) ἐπεὶ οὐδέν) Intellige: *si nos non bonos redderet.* Sic Paraphrastes: ἐπεί, εἰ οὕτως εἶχεν (sc. ἵν' εἰδῶμεν), οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος ἡμῖν τῆς σπουδῆς μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφικνουμένοις. Itaque Lambinus ἐπεί ad sensum recte vertit: *alioqui.*

§. 2. ὑπερκείσθω) ὑποκείσθω A (L^b), El, H^a, K^b, M^b, O^b, codices Lambini et Morellii, Paraphrastes, Ald, Cardwellus, Bekkerus. Itaque cum consentiant in ὑπερκείσθω B („sed in ora", ut mihi scribit Hasius, „altera opinor manu ὑποκείσθω"), C, NC, CCC, Par, Vrat, N^b, Victorii et Turnebi codices, Ven, Argyropylus, auctoritas utrimque fere par est. Cave vulgatam cum Wilkinsono et Zellio, qui ὑπέρκειμαι et ὑπερτίθεμαι confuderunt, vertas: *differre, seponere.* Negari sane non potest vocabulum Graecum hoc sensu usurpari, sed adversativum δέ

in sequentibus *ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ* impedit, quominus ita vertamus, cum idem bis proferretur. Itaque sensus est, utut legis, Lambino interprete: *Atque hoc quidem commune omnium est, et positum sit.* Aristoteles utraque forma utitur. Exstat *ὑποκεῖσθαι* infr. II, c. 3, §. 6; V, c. 1, §. 3; VI, c. 1, §. 6; Rhet. I, 11; Polit. VII, 1 ad fin.; Eud. II, 1; *ὑπερκεῖσθαι* item Eud. II, 1 paulo inferius, ubi tamen Bekkerus edidit *ὑπόκειται*, cum e tribus codicibus codex M[b] habeat *ὑπόκειται*, Z *ὑπέρκειται*, P[b] *ὑπέκειτο*: sed apparet, imperfectum ex litera *ρ* per negligentiam omissa ortum fuisse, litera *ε* pro augmento habita. Praedicatur utraque vox de sententia quadam generali, et de summo aliquo principio, quo fundamento utitur Philosophus ad reliqua disquirenda. Sed non eadem metaphora hac voces utuntur ad unam eandemque rem exprimendam: *ὑποκείσθω* enim si dicas, sententia illa est fundamentum imum *suppositum*, cui jam reliquae disquisitionis partes accuratius descriptae superstruuntur; *ὑπερκείσθω* autem si legas, principium est summum quiddam, quod *pendet*, ut ita dicam, *super* disquisitionem aliquam, quae illud semper ante oculos habens procedit. His praemissis videndum est, quae metaphora nostro loco sit accommodatior. Si jam rei adumbrationem quandam dedit auctor, sane hoc principio, tanquam fundamento, uti potest, in quo nitantur cetera; et tunc *ὑποκεῖσθαι* dicere solet Aristoteles. Sin vero nondum quidquam de re aliqua protulit, ut hoc loco de *ὀρθῷ λόγῳ*, quem alii libro (sc. sexto) seposuit, non potest *ὀρθῷ λόγῳ* tanquam fundamento uti, sed est quodammodo super re positus, ut finis aliquis, et cacumen, ad quod adtingendum tota tendit disquisitio et ascendit. Itaque malim hoc quidem loco *ὑπερκείσθω* legere, et cum Camerario vertere, *praecipuum sit et caput*, quasi esset: *ὑπὲρ πάσης τῆς περὶ τῶν ἀρετῶν σκέψεως κείσθω.*

§. 3. *προδιωμολογήσθω*) *προδιομολογείσθω* Paraphrastes, Bekkerus recte ex H[a], M[b], N[b], nullo ejus codice perfectum habente, quod ex vitiosa Venetae scriptura ortum esse videtur: *προδιωμολογείσθω*. Ferri posset perfectum, si non sequeretur: *ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν.*

§. 4. *αὐτούς*) *Ipsis*, qui agunt, omnia sunt providenda in rebus singularibus, quippe in quibus artis regulae, aliorumque praecepta non sufficiant.

§. 6. *τὰ τοιαῦτα*) Paraphrastes: *αἱ κατ᾽ ἀρετὴν πράξεις*. Sed referas in universum *τὰ τοιαῦτα* ad praecedentia: *τὰ δ᾽ ἐν ταῖς πράξεσι*. — *τῶν ἀφανῶν*) Sunt habitus virtutis, ad quorum obscuritatem enucleandam habituum corporis exemplo, nempe roboris et sanitatis, Aristoteles utitur, quae *φανερὰ μαρτύρια* vocat. — *σύμμετρα καὶ ποιεῖ*) *καί* om. Par, M[b].

§. 7. *τῶν ἄλλων ἀρετῶν*) Aspasius: *ἠθικῶν δηλονότι· περὶ γὰρ τούτων νῦν ἐστὶν ὁ λόγος αὐτῷ*. In virtutibus, quae in ratione sunt positae, non est defectus et excessus; etenim nimis rationis adesse non potest, sed excessus in appetitibus tantum locum habet, qui in virtutibus moralibus rationis vi ad mediocritatem restringuntur. — *οἱ ἄγροικοι*) Cf. infr. c. 7, §. 13; IV. c. 8, §. 3. et 10. — *ἀναίσθητος*) Cf. infr. c. 7, §. 3.

§. 8. *ἐκ τῶν αὐτῶν*) Oriuntur et augentur habitus ex medioeri, corrumpuntur ex eo, quod nimium parumve est, in quibus ipsis et operationes versantur post habitum paratum exstantes.

§. 9. *ἀνδρεῖοι καὶ γενόμενοι*) Et hic, ut paulo superius scriptum est, Bekkerus tacite *γενόμενοι*, cum Ald, Ven, Victorio, Paraphraste, Corae. Sequens futurum *δυνησόμεθα* induxit fortasse Aristotelem ad tempus mutandum.

CAP. III. §. 2. *Πλάτων*) Cf. de Legibus II. ab init., p. 653 (p. 232): *Λέγω τοίνυν τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι πρώτην αἴσθησιν ἡδονὴν καὶ λύπην, καὶ ἐν οἷς ἀρετὴ ψυχῇ καὶ κακία παραγίγνεται, πρῶτον τοῦτ᾽ εἶναι. ... Παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν. ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγῳ λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν· αὕτης θ᾽ ἡ ξυμφωνία ξύμπασα μὲν ἀρετή, τὸ δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς, ὥστε μισεῖν μὲν ἃ χρὴ μισεῖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους, στέργειν δὲ ἃ χρὴ στέργειν, τοῦτ᾽ αὐτὸ ἀποτεμὼν τῷ λόγῳ καὶ παιδείαν προσαγορεύων κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις.*

§. 3. *ἕπεται ἡδονή*) Cf. infra X, c. 4, §. 6-9.

§. 4. *διὰ τῶν ἐναντίων*) Ex Hippocratis Aphorism. XXII, sect 2. Cardwellus, Aristotelem idem infr. X, c. 9, §. 8. docere, notavit. Nostratium quorundam medicorum doctrina, quam *ὁμοιοπάθειαν* vocant, haud scio an veteribus non plane ignota fuerit.

§. 5. *πρότερον*) Cod. Laurentianus (K[b]) *πρώην*: *nudius tertius* vel *nuper*; Cardwellus in textum recepit, explicans „*haud ita pridem*" (cf. supr. c. 1, §. 6). Non male, praesertim si cogites, librum vetustissimum servare vestigia Ethicorum horum e praelectionibus oriundorum: ut et Hegelius in Historia philosophiae (T. I, p. 357) usus est voce *neulich*. — *ὁρίζονται*) Cynici, a quibus Stoici hanc doctrinam mutuati sunt. Possis etiam de Socrate cogitare, quippe qui virtutes sola in ratione positas esse statuerit (infr. VI, c. 13, §. 5), ideoque appetitum et voluptatem excluserit. Imprimis tamen Speusippum intellige, qui secundum Clem. Alex. (Strom. II, p. 418) usus est vocabulo *ἀοχλησία*, postea etiam ab Epicureis usurpato. Adde etiam Democritum, de quo Diog. Laërt. IX, §. 45: *τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασιν.* Nempe secundum Menagium ad h. l.: *ἀθαμβίην, ἀθαραξίην, ἀθαυμασίην.*

§. 8. *διὸ καί*) *καί* om. Bekkerus tacite. — *κανονίζομεν*) Hosce flores in suam Epicurus decerpsit doctrinam; cf. Diog. Laërt. X, §. 129: *ταύτην (ἡδονήν) γὰρ ἀγαθὸν πρῶτον καὶ συγγενικὸν ἔγνωμεν καὶ ἀπὸ ταύτης καταρχόμεθα πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς καὶ ἐπὶ ταύτην καταντῶμεν, ὡς κανόνι τῷ πάθει πᾶν ἀγαθὸν κρίνοντες.*

§. 9. *τὴν πᾶσαν πραγματείαν*) Ven legit: *τὴν παροῦσαν πραγματείαν*, rarius loquendi genus vitatura. — *ἢ λυπεῖσθαι*) *καί* pro *ἢ* Cardwellus et Bekkerus, eodem sensu: ita legunt Par, H[a], K[b], O[b]; *ἢ καί* M[b], N[b]. Saepe *καί* et *ἢ* permutantur a librariis.

§. 10. καθάπερ φησίν) Hoc tantum ad θυμῷ pertinet, non ad ἡδονῇ. Cf. Eth. Eud. II, 7: ἔοικε δὲ καὶ Ἡράκλειτος λέγειν εἰς τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ βλέψας, ὅτι λυπηρὰ ἡ κώλυσις αὐτοῦ· „χαλεπὸν γάρ," φησι, „θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται." (Polit. V, 11 ad fin.) Itaque Aristoteles hoc dictum ad suam sententiam accommodavit. Difficilius autem est voluptati, quam irae repugnare, quia voluptas, ut nobis congenita, penitus in medullis et visceribus haeret, ira externa semper causa in nobis excitatur; difficilius enim est a domestico inimico, quam ab hoste externo cavere. — περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον) Paraphrastes: πρὸς γὰρ τὰ ῥάδια οὐδεμία χρεία πολυχρονίου ἔθους ἢ μεθόδου τεχνικῆς. — ἐν τούτῳ) sc. τῷ χαλεπωτέρῳ: Bonum in difficiliore est praestabilius. — ἀρετῇ) ἠθικῇ NC, Par, M^b, Ald, et rc. L^b: Coraes in textum recepit; Ven ἐν ἠθικῇ.

§. 11. Repetit breviter, quae tribus primis hujus libri capitibus exposuerit.

CAP. IV. §. 1. (Cap. III.) ἀπορήσειε) Dubitatio haec tum tantum exstat, cum justa agere et juste agere idem est. Itaque ad solvendam difficultatem in §§. sqq. expositurus est, quomodo alterum ab altero differat (cf. infr. V, c. 6, §. 1-2). Scilicet operatio et habitus virtutis invicem se generant. Quare cum, priusquam habitum possideamus, non ex nobis ipsis agere possimus, alio primum jubente et educante justa agere debemus, donec repetitae operationes abeant in habitum educationisque ope non amplius indigeamus, sed et juste agamus.

§. 2. ἐν αὐτῷ) ἐν αὑτῷ Bekkerus sine varietate lectionis, Ven; Par inter lineas.

§. 3. ἐπί τε) om. τε Bekkerus, Ven; ita ut καί habeat sensum *quam* post ὅμοιον. Sic Aspasius: οὐχ ὁμοίως φησὶν ἔχειν τὰ κατὰ τὰς τέχνας ταῖς ἀρεταῖς. — ἐν ἑαυτοῖς) Saepe Aristoteles monet, opera ab artibus producta in se ipsis finem habere ultimum, non in affectione agentis; quod in virtute contra accidit. — τὰς ἄλλας τέχνας) Muretus ob illud ἄλλας virtutes quoque artes vocari adseverat, ut supra c. 1, §. 4, et apud scriptores Latinos (Cic. Pro lege Man. 13; Sallust. Cat. 9, Iug. 2; Horat. Od. III, 3, 9). Aspasius istud quidem

jure negat, eandem tamen ob causam *τέχνας* hoc loco pro *ἕξεις* accipi vult, quae vox sane et artes et virtutes complectitur; vertitque ipse Argyropylus *habitus*, quo sensu et Latini artes acceperunt, cum saepe adjiciant *bonae artes* (Sallust. Cat. 10. passim). Sed *ἄλλος* proprio Graeci sermonis usu oppositionem indicat, non solum in eodem, sed etiam in diverso genere, ut Gallorum: *nous autres hommes.* — *μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει*) Paraphrastes: *καὶ γὰρ ἐνδέχεται, μηδὲν ἀκριβὲς περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν εἰδότα, σπουδαῖον εἶναι.* — *ἅπερ*) Refer ad *τὰ ἄλλα*, i. e. consilium et firma voluntas agendi.

§. 6. *καὶ οὕτως*) Paraphrastes: *καὶ οἴονται σπουδαῖοι εἶναι, ὅτι μόνον περὶ τῆς ἀρετῆς ἀκριβῶς γιγνώσκουσιν εἰπεῖν.*

CAP. V. §. 1. (Cap. IV.) *μετὰ δὲ ταῦτα*) Desunt, et sequentia scribuntur hoc modo *τί δ' ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἑξῆς* in El, NC, K^b^, quos secutus est Cardwellus; *μετὰ ταῦτα* et *ἑξῆς* habet CCC. — *ἐν τῇ ψυχῇ*) Non in toto animo; sed Aristoteles eam tantum animi partem intelligit, qua appetimus aliquid, quae est praecipua moralium virtutum sedes. Quae vero ad intellectum et rationem pertinent, hoc loco praetermisit, tanquam a proposito suo aliena. — *τρία*) Cf. Plut. De virt. morali, c. 4 (T. IX, p. 399 ed. Hutten): *τρία γὰρ δὴ ταῦτά φασι περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν, δύναμιν, πάθος, ἕξιν. ἡ μὲν οὖν δύναμις ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαῤῥαλεότης· τὸ δὲ πάθος κίνησίς τις ἤδη τῆς δυνάμεως, οἷον ὀργή, αἰδώς, θάρσος. ἡ δ' ἕξις ἰσχὺς καὶ κατασκευὴ τῆς περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως ἐξ ἔθους ἐγγινομένη, κακία μέν, ἂν φαύλως, ἀρετὴ δέ, ἂν καλῶς ὑπὸ τοῦ λόγου παιδαγωγηθῇ τὸ πάθος.* Haec autem tria hoc loco Aristoteles, ut monet Giphanius, sola respexit, quia, cum virtus sit qualitas animi et categoriae qualitatis species sint quatuor, habitus, potentia, affectus et forma (Categ. c. 8, ed. Buhl. 6), forma, utpote ad corpora pertinens, non habet locum, ubi de anima agitur.

§. 2. *οἷς ἕπεται*) Affectus est, per quem voluptate aut dolore afficimur; et cum virtus circa voluptatem et dolorem versetur rectae rationi convenienter agens (cf. supr. c. 3, §. 3,

et c. 2, §. 2), jam apparet, virtutem esse consuetudinem quandam, quae affectum ad rationem dirigat.

§. 3. σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι) Affectus per se nec boni nec mali sunt; sed tum demum boni malive fiunt, cum per habitum *quodammodo* afficeris: boni, si intra modum, mali, si vehementius aut remissius. — ἢ κακίας) ἢ τὰς κακίας Ven, Bekk. — οὔτ᾽ ἐπαινούμεθα) Quia affectus, ut omnia, quae a natura accepimus, non e nobis pendent (ἐφ᾽ ἡμῖν). — ὁ πῶς) sc. σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως.

§. 4. οὐ κινεῖσθαι) Potest enim habitus virtutis alicui inesse, etsi nullam moveat actionem; affectus autem per se necessario ad agendum nos impellit, si ratione non coërcetur. — διακεῖσθαί πως) Virtus est affectio, secundum quam certo modo disponimur et conformamur (διακείμεθα). Virtus tamen non est dispositio (διάθεσις), sed habitus (ἕξις). Quomodo autem habitus a dispositione differat, Aristoteles ipse Categ. c. 6. §. 4 (ed. Buhl.) exponit: διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον· τοιαῦται δὲ αἵ τε ἐπιστῆμαι, καὶ αἱ ἀρεταί. . . Διαθέσεις δὲ λέγονται, ἅ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα· οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ νόσος καὶ ὑγίεια, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. διάκειται μὲν γάρ πως κατὰ ταύτας ὁ ἄνθρωπος, ταχὺ δὲ μεταβάλλει. Male autem Aspasius contendit, διακεῖσθαι de virtutibus ideo dictum esse hoc loco, quod ex quorundam opinione virtutes ἀπάθειαι quaedam sint, ac ἠρεμίαι. (Cf. supr. c. 3, §. 5.)

§. 5. διὰ ταῦτα) Quia potentiae arcte cum affectibus conjunguntur, et nihil aliud sunt quam potentiae affectuum. — πάσχειν ἁπλῶς) i. e. affici absolute vel simpliciter, non certo modo, nempe vel σφοδρῶς vel ἀνειμένως vel μέσως. NC, Ven et Ald πράττειν legunt; male. Non enim de iis potentiis agitur, quarum actus est operatio quaedam (quo sensu artes et virtutes saepe δυνάμεις ab Aristotele vocantur), sed de iis, quarum actus in affectu versatur (v. supr. ad c. 1, §. 3). Nobiscum facit Paraphrastes, qui pro genere πάσχειν speciem posuit ὀργισθῆναι, et sic liquido legit Argyropylus, qui vertit: *quia possumus irasci vel timere simpliciter.* — πρότερον) Nempe c. 1, §. 2.

CAP. VI. (Cap. V.) §. 2. πᾶσα ἀρετή) Vocabulum

6*

virtutis, generaliter acceptum, cujusque rei optimam et perfectam conditionem designat; quippe derivatur ab ἄῤῥην, ἄριστος, cum vir apud veteres muliere sit praestantior. Eandem significationem expressit Cicero De legibus I, 8: *Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta et ad summum perducta natura.* Ceterum ad sequentia melius intelligenda confer quae auctor supra ad definiendam beatitudinem proposuerit I, c. 7, §. 10-14, ad quae ipse in fine §. 3. auditorem suum rejecit.

§. 4. συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ) Plus et minus existere non possunt, nisi in re continua aut divisibili, quae ipsae sub quantitatem cadunt, cum quantitas continuitate et discretione, tanquam momentis suis, contineatur. Circum magnitudines continuas (συνεχεῖς), ut lineas, figuras, solida corpora, versatur geometria, circa discretas (διαιρετάς), qui sunt numeri, arithmetica. Bene jam Paraphrastes haec ambo quantitatis momenta non separavit, sed sibi invicem conjuncta esse vidit: ἐν παντὶ συνεχεῖ, οἷον γραμμῇ, ἐπιφανείᾳ, σώματι, ἢ λόγῳ, ἢ χρόνῳ, καὶ ὅλως ἐν παντὶ δυναμένῳ διαιρεθῆναι λαβεῖν ἐστὶ κ. τ. λ. Omnis enim continua magnitudo est potentia in infinitum divisibilis. Hactenus de verborum significatione. Universi loci sententiam perpendenti jam Aspasius acute movit difficultatem: οὔτε γὰρ πάθη οὔτε πράξεις ποσόν. ποιότητες μὲν γὰρ τὰ πάθη, αἱ δὲ πράξεις ὑπὸ τὸ ποιὸν ἂν εἶεν. ἔτι ἡ ἡδονὴ πρὸς τὸ μὴ εἶναι ποσὸν καὶ ἀχρόνως κατ' αὐτὸν (cf. infr. X, c. 3, §. 3 sqq.; c. 4, §. 1 sqq.) γίνεται, ὥσπερ καὶ τὸ ὁρᾶν. Cui dubitationi interpres noster recte occurrit, cum dicit: ἦ, εἰ μὲν ἡ ἡδονὴ οὐκ ἐν χρόνῳ, ὅτι συμπληροῦται αὐτῆς τὸ εἶναι ἐν τῷ χρόνῳ, ἀλλ' ἔστιν ὅλη καὶ τελεία ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ ληφθέντος χρόνου, τῷ μέντοι εἶναι τελειότης καὶ τέλος ἐνεργείας τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθούσης (cf. infr. X, c. 4, §. 6 sqq.), εἴη ἂν ταύτῃ οὐκ ἄνευ χρόνου. ἔτι πρόδηλον, ὅτι πάσῃ πράξει παρακολουθεῖ χρόνος, οὐκ ἔλασσον δὲ περὶ πράξεις ἢ πάθη ἡ ἀρετή. καθ' ὃ οὖν ἐν χρόνῳ, ὁ δὲ χρόνος ἐν συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ, κατὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ τὴν διαίρεσιν λήψεται. ἔτι εἰπὼν, ὅτι κατὰ τὰ πάθη κινούμεθα, ἡ δὲ κίνησις διαιρετή (ἐν χρόνῳ γάρ), εἴη ἂν κατὰ τὴν κίνησιν τὴν ὑπ' αὐτῶν καὶ αὐτὰ διαιρούμενα· κινούμεθα δὲ κατὰ τὰ πάθη καὶ σφόδρα καὶ ἠρέμα. ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ πράξεις κινήσεις τινὲς ἢ διὰ κινή-

σεως (cf. Eth. Eud. II, 3: ἡ μὲν γὰρ κίνησις συνεχὲς, ἡ δὲ πρᾶξις κίνησις). Immutabilis vero cogitatio cogitationis sub tempus non cadit; quapropter mox (§. 10) dicet, morales modo virtutes, non eas, quae in ratione positae sunt, mediocritatem recipere. — ἶσον) Morellius, Turnebus, Bekkerus semper corripuerunt priorem syllabam. Inconstantiam, quae in Ald, apud Duvallium, Wilkinsonum, meque exstat, jam Krischius (p. 401) jure vituperavit. Produxit semper syllabam Coraes, fortasse quia apud recentiores Graecos accentus quantitatem trahit. Quid codices legant, plerumque ignoratur, excepto apud Zellium Parisiensi, qui ubique corripere syllabam videtur (vide Zellium ad V, c. 3, §. 2; VIII, c. 7, §. 5; VIII, c. 9, §. 3; VIII, c. 11, §. 5).

§. 5. τοῦ δέοντος) Haec verba cum addant soli NC, CCC, jam nunc mihi expungenda et pro glossemate habenda videntur, quod jam inde a Casaubono, Duvallio et Pacio, qui e Ven sumserunt, in textus editionum irrepserit. Nec recentiores editores, Zellius, Coraes, Cardwellus, Bekkerus, nec vetustissimi, ut Victorius, agnoscunt. Putare quispiam possit, τοῦ δέοντος necessario requiri, cum non solum medium ad nos relatum neque superet neque deficiat, sed et medium ex re ipsa judicatum; ita ut ad haec duo media distinguenda adderetur medio ad nos relato τὸ δέον, quod significaret: *id quod oportet nobis adesse.* Et tali ex ratione etiam orta esse lectio videtur, vel ex §. 15. Sed verba ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει jam per se satis mediocritatem ad nos relatam indicant, cum rei quidem medium verbis τὸ ἶσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων antea designatum sit. Ceterum nec Aspasius nec Argyropylus τοῦ δέοντος agnoscunt, et abundat sane, cum excessum aut defectum nunquam esse oporteat, τοῦ δέοντος igitur facile intelligi possit. Ne Paraphrastes quidem has voces addidit, quamvis et in rei medio extrema ἶσον ὑπερέχοντα καὶ ἐλλείποντα nuncupet.

§. 7. μνᾶς φαγεῖν, πολύ) Cardwellus et Bekkerus μναῖ φαγεῖν πολύ, secuti codices H^a, K^b, L^b, M^b. Si ita legas, supple εἰσί, sin autem vulgatam serves, ἐστίν. — προστάξει) Vulgatam προστάξειεν soli NC, Vrat, Ven; futurum, quod et

codices quidam Victorii tuentur, vividius. Sic etiam Coraes, Cardwellus et Bekkerus.

§. 9. De structura hujus §. vide supra ad I, c. 7, §. 14. — ἐπιστήμη) Zellius: „Latiore sensu usurpatur, ut etiam artes complectatur."

§. 10. τὴν ἠθικήν) Aspasius: τοῦτο πάνυ ἀκριβῶς προςτέθεικε διὰ τὰς θεωρητικάς, αἳ οὐ τῷ μέσῳ χαρακτηρίζονται, τῷ ὑπερβάλλοντι δέ, ὡς ἐπὶ τῆς κατὰ τὰ μαθήματα ἐντρεχείας καὶ ὀξύτητος. Addit Felicianus, Aspasii interpres latinus: „Non enim oportet, ut mediocriter intelligamus, mediocriterque sciamus, excessumque in cognitione vitemus; sed quanto magis scire possumus, tanto melius est." — καὶ ἀποστραφῆναι) Desunt codicibus El, NC, CCC, H[a], K[b], L[b], N[b], O[b] et Ven; Cardwellus et Bekkerus omiserunt. Abfuerunt fortasse hae voces ab ipsa Aristotelis oratione, mox desideratae et requisitae ab editoribus, ut et ἐπιθυμῆσαι suum habeat oppositum; quemadmodum legimus φοβηθῆναι καὶ θαῤῥῆσαι, ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι, ipsaque vocabula ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι opposita quodammodo sibi esse videntur. Paraphrastes explicat μισῆσαι.

§. 11. ἐπὶ τῆς ἀρετῆς) Pro ἐπί legunt ἐστί H[a], L[b], M[b], O[b], Argyropylus, Zwingerus, Coraes et Bekkerus; ἐστὶν ἐπί El, K[b], Cardwellus. Paraphrastes interpretatur: ἐν ᾧ ἡ ἀρετὴ γίνεται.

§. 14. τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου) Cf. συστοιχίας Pythagoreorum supra ad I, c. 6, §. 7, p. 41. laudatas. — ἐσθλοί) Zellius: „Cujus poëtae versus sit, nescitur; Zwingero et Giphanio videtur esse Theognidis."

§. 15. (Cap. VI.) φρόνιμος) Quia φρόνησις est virtus intellectualis, quae in omnibus moralibus virtutibus medium invenit; cf. infr. VI, c. 5 et 7-13. — καὶ ἔτι) sc. μεσότης ἐστί. Excessum et defectum mediocritatis ad nos relatae fusius auctor explanaturus sane τοῦ δέοντος addere debuit, quod supra (§. 5) solita breviloquentia subaudivit. — ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσι) Nonnullae virtutes circa affectus versantur, ut fortitudo (ἀνδρία) et temperantia (σωφροσύνη): aliae autem circa actiones, ut liberalitas (ἐλευθεριότης); cf. infr. ad c. 7, §. 16.

§. 16. *οὐσίαν*) *οὐσία* est substantia rei, quae, quid sit res, plenissime definit; quare vocatur etiam *ὁρισμός*, vel *τί*, vel *λόγος*, vel *εἶδος*, quam Scholastici *causam formalem* nuncupant. Aristoteles etiam *τὸ τί ἦν εἶναι* dicit, nempe substantia, quae est, etsi praeterita: vel forma, ex. gr. floris, quae esse non desinit, etsi in semine suo jam nunc non exstat, sed exstitit et denuo exstabit; nos diceremus *das Ideelle.* — *τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα*) Male Krischius (p. 395) Bekkerum vituperat, ex K^b non *τὸ* inter *τὸν* et *τί* interposuisse; articuli enim locum in solemni illa loquendi formula tenent verba *τὸν λόγον τὸν λέγοντα.*

§. 17. *λέγεται*) *Ita appellantur*, nempe *adulterium*, *furtum;* dixerat enim Aristoteles paulo superius, ipsis eorum nominibus statim vitium implicatum esse. Paraphrastes supplet *φαῦλα: καὶ πάντα ταῦτα οὐ διὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὴν ἐν αὐτοῖς μεσότητα ἢ ἐλλείπειν αὐτῆς φαῦλα λέγονται, ἀλλὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ πονηρά εἰσιν.* Scindit nodum, non solvit lectio Bekkeri, quam duobus tantum e codicibus (H^a, M^b) eruit: *ψέγεται.* Sed *λέγεται* apud Aristotelem est vox solemnis de iis, quae de subjecto logico praedicantur, ut notavit Hegelius (*Geschichte der Phil.* T. II, p. 358), qui *τὰ λεγόμενα* (Categ. 2) optime vertit: *bestimmte Begriffe.* Itaque in crimine furti, adulterii, parricidii determinata notio hujus criminis non ex aliquo excessu aut defectu progignitur, sed ex eo, quod ipsa per se sint mala. — *ἀεὶ ἁμαρτάνειν*) *αἰεί* pro *ἀεί* Par, ut Zellius expressis verbis notavit; vide supr. ad I, c. 7, §. 4.

§. 18. *οὐδ' ἔστι τὸ εὖ*) Furtum est per se ipsum excessus; est enim capere pecuniam aliamve rem, quomodo et a quo non oportet.

§. 20. *ἄκρον*) *ἄκρων* Par, M^b, N^b. *Ἄκρον* idem est, quod supra §. 16. vocavit *ἀκρότης*, *τὰ ἄκρα* essent (ut §. 5) extrema defectus et excessus. *Ἄκρων* hoc loco ferri non potest: primo quia medium non est *quodammodo* extremorum, deinde quia tum haec verba non, ut debent, ratio essent, cur mediocritatis non possit esse excessus.

CAP. VII. §. 1. (Cap. VII.) *κοινότεροι*) Sic plerique codicum: A (L^b), B (superscripto ε prima manu), C, El, NC,

Par, Vrat, K^b, M^b, N^b. Legunt igitur κενώτεροι soli CCC, (cujus in margine adnotatur, scribi in nonnullis κοινότεροι), H^a, O^b, Argyropylus. Paraphrastes habet κοινότεροι, item Ven, sed in commentario Aspasius praeter κοινότεροι etiam κενόν, unde ortum esse τὸ κενώτεροι putari possit; est enim obscurioris lectionis explanatio. Jam Victorius, quem Causabonus et reliqui secuti sunt, Aldinam et Basileenses editiones corrigendas putaverunt κενώτεροι substituendo, et Cardwello meque exceptis, quorum uterque alterius editionem, cum simul prodierint, non cognoverat, omnes usque ad Zellium et Bekkerum ipsum κενώτεροι legerunt, scilicet κοινότεροι enodare se posse desperantes. Quin aliter legi non posse quispiam putaverit. Nominatur enim ὁ καθόλου λόγος ab ipso Aristotele alibi (De ortu animal. II, 8) κενός. Itaque sensum et logicam sane non offendit lectio κενώτεροι. Tamen consensus codicum, κοινότεροι ut legamus, cogit; et potest etiam explicari perquam commode. Sermones, qui ad genus universum pertinent, sunt communiores, i. e. vulgares et triti; et quicunque in universum de virtute se disserturum et declamaturum pollicеatur, cum communius quam verius locuturum praesumimus. Ii autem sermones sunt veriores, qui partes et res singulas exponunt. Quod vulgare, commune et tritum est, id sane etiam inane est. Sed quomodo κοινότεροι in textum irrepere potuisset, si κενώτεροι esset genuina lectio? Luce clarius apparet, eos, qui in κοινότεροι offenderunt, κενώτεροι correxisse, usurpatam alibi ab Aristotele vocem substituentes. Sed fugit eos, etiam κοινόν ab Aristotele eodem sensu usurpari, et ipsum τὸ καθόλου, ut hoc nostro loco, κοινόν vocari. Cf. De anima I. 1: τὸ δὲ ζῶον τὸ καθόλου ἤτοι οὐδέν ἐστιν ἢ ὕστερον. ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι κοινὸν ἄλλο κατηγορεῖτο. Notio *animal* est communior notione *equus*, sed hanc ipsam ob causam notio abstracta *animal* secundum Aristotelem non est verum universale sive principium, sed, ut dicit ipse, nihil aut posterius quiddam; vera universalia non a rebus singularibus abstrahuntur, sed ipsis insunt. Citat Cardwellus praeterea locum supra illustratum c. 2, §. 2: κοινὸν καὶ ὑποκείσθω. Nempe ὀρθὸς λόγος est commune aliquid,

quod nondum ad singula accommodatum est. Si sic explicaveris, firmabis quoque illius loci lectionem ὑπερκείσθω: quod enim commune et vulgare est, non jam potest esse verum fundamentum, sed vulgaris quaedam praesumtio. — ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν) Oportet sermones cum rebus convenire; conveniunt autem οἱ ἐπὶ μέρους λόγοι cum rebus in ethice tractandis, nempe actionibus, quae et ipsae circa singula versantur: ἐπὶ τούτων igitur, ut sequens ταῦτα, ad τὰ καθ' ἕκαστα refer. Sic Paraphrastes: τῶν γὰρ περὶ τὰς πράξεις λόγων οἱ μὲν καθολικοὶ κοινότεροι καὶ πλείοσιν ἐφαρμόζουσιν· οἱ δὲ μερικοὶ ἀληθινώτεροι· ἅτε διὰ τοῦτο προσεχῶς ταῖς πράξεσιν ἐφαρμόζοντες, αἵτινες ἀεὶ ἐν τοῖς μερικοῖς γίνονται· οἷς δὴ μερικοῖς οἱ ἀληθεῖς συμφωνοῦσι λόγοι. — διαγραφῆς) διαγραφή explicatur *descriptio, delineatio* virtutum, quae postea in libris sequentibus diligentius declarabuntur; διαγραφή autem haec in §§. sequentibus exhibetur. Tunc διαγραφή esset idem ac περιγραφή vel ὑποτύπωσις (cf. supr. ad I, c. 7, §. 16) et ὑπογραφή *(adumbratio)*, qua voce in eadem disputatione Eth. Eud. II, 3 utitur, ubi et ipsa exstat tabula vitiorum et virtutum. Sed cum ταῦτα sint res singulae, quas jam recenset praemissa generali definitione, διαγραφή est potius hoc loco tabula ipsa singularum virtutum. Quae tabula cum hoc nostro loco non occurrat, Casaubonus putavit, hic desiderari procul dubio Aristoteleam διαγραφήν, cujus explicatio sit, quod sequatur: amissam vero διαγραφήν posse nos reparare ex Ethicis Eudemiis. Paraphrastes favere videtur huic interpretationi, cum dicat: ληψόμεθα δὲ τὰ ζητούμενα ἐκ τῆς ἐκτεθείσης διαγραφῆς. Hanc tabulam Conspectui nostro, quem vide, simillimam Felicianus exposuit.

§. 2. E vitiis ambobus fortitudini oppositis unumquodque et excessus et defectus est, ita ut quatuor vitiosorum habituum bini inter se connexi unius vitii habitum efficiant: nempe ignavia est excessus timoris et defectus confidentiae, audacia autem excessus confidentiae et defectus timoris. Aliter tamen rem si consideres, ignavia est simpliciter defectus et audacia simpliciter excessus; audacia enim excedit fortitudinem, ignavia fortitudine deficitur. Hoc expressit Paraphrastes: καὶ ἐν μὲν

τῷ φόβῳ καὶ τῷ θάῤῥει (πάθη γὰρ ταῦτα τῆς ψυχῆς) μέση ἐστὶν ἡ ἀνδρεία· ἄκρα δὲ, ἔλλειψις μὲν δειλία. ὑπερβολὴ δὲ θρασύτης. Sic expediri possit, cur Aristoteles ambo audaciae momenta excessum nominaverit, etiam pro defectu timoris ponens *τῇ ἀφοβίᾳ ὑπερβάλλων.* Hoc vidit Garvius, qui *τῇ ἀφοβίᾳ ὑπερβάλλων* liquido vertit, quasi dixerit Philosophus *φόβῳ ἐλλείπων*: *welcher von der Leidenschaft der Furcht zu wenig hat.* Utrumque autem ignaviae momentum minus bene defectum nominare possis; id quod ostendunt sequentia *ὁ δὲ κ. τ. λ.* Exstat enim inter haec ambo fortitudini opposita extrema haec differentia, quod ignaviae quidem momenta, ut jam Aspasius notavit, semper conjuncta unicum modo vitium efficere possunt, audaciae vero momenta disjunctionem quoque ferunt. Audaciam enim, si non jam excessum confidentiae, sed timoris tantum defectum spectes, intrepiditatem nuncupabis. Itaque duplex quidem excessus fortitudini opponitur, intrepiditas et audacia, sed non nisi simplex defectus, ignavia, cum excessus timoris a defectu confidentiae nunquam sit diversus. Quomodo vero intrepidus (*ἀφοβίᾳ ὑπερβάλλων*) ab audaci (*θρασύς*) distinguatur, jam Aspasius dilucide expedivit: *πρόσεστι δὲ καὶ τῇ θρασύτητι πρὸς τῷ ἀφόβως τὸ καὶ ἀλόγως ἰτητικὸν πρὸς τὰ δεινά· καὶ γὰρ ὁ μὲν ὑπερβάλλων ἐν τῷ θαῤῥεῖν ἄφοβος, οὐκ ἔτι δὲ καὶ ὁ ἄφοβος θρασύς.* Nempe alter excessus versatur in agendo, alter in patiendo. Paraphrastes non rem et sententiam, sed sola curat nomina, quamquam et ipse non invenuste: *ἀπὸ γὰρ τοῦ φόβου οὐκ ἔστιν ὄνομα τῇ ὑπερβολῇ, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ θάῤῥους μόνον. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀνώνυμά ἐστιν· ἐπεὶ καὶ τῇ ἐλλείψει οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ θάῤῥους ὄνομα, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ φόβου μόνον· δειλία γάρ. ὥστε τῶν ἄκρων τὸ ἕτερον μὲν ἀπὸ τοῦ φόβου, θάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ θάῤῥους ὀνομάζεσθαι.*

§. 3. *οὐ πάσας*) Codex Graecus Argyropyli addit: *περὶ γὰρ τὰς περὶ ἁφὴν μάλιστα.* Ven, et Par in margine addunt: *περὶ γὰρ τὰς σωματικὰς καὶ τούτων τὰς περὶ ἁφὴν μάλιστα*, ut Aristoteles ipse exponet infr. III, c. 10. Haec verba, quae, secundum Casaubonum, inseruntur in plerisque editionibus, ex Aspasii commentario nimirum profecta sunt. — *ἧττον δὲ καὶ*

περὶ τὰς λύπας) Aspasius: *καθόσον γὰρ οὐ λυπεῖται* (nempe temperans) *ἐπὶ τῇ τῶν ἡδονῶν ἀπουσίᾳ, κατὰ τοσοῦτον καὶ περὶ λύπας εἶναι λέγεται.* Adde, quod corporis voluptates, in quibus praecipue haec virtus versatur, non possunt exstare nisi praeeunte dolore et cupiditate, dolori conjuncta, in quo quidem dolore nimis fugiendo ipsa intemperantia consistit (cf. infr. III, c. 11, §. 6). — *οὐδ᾽ οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασιν*) Cardwellus et Bekkerus: *οὐδ᾽ ὀνόματος τετυχήκασιν οὐδὲ οἱ τοιοῦτοι*, sic legentibus Hª, Kᵇ.

§. 4. *αὐτάς*) Mira codicum diversitas: *ἑαυταῖς* Hª, Lᵇ (sic Bekkerus, referens ad *ἐναντίως*); *ἑαυτάς* Nᵇ; *αὗτάς* (sic) Par; *αὐταῖς* Mᵇ, Coraes; om. Kᵇ (sic legit Cardwellus): vulgatam *αὐτάς*, quam nos secuti sumus, El, NC, Oᵇ: *κατ᾽ αὐτάς* CCC, Vrat. Additque Zellius de postrema lectione: „Certe quidem sic intelligendus erit accusativus, Victorio quoque et Giphanio auctoribus.“ Ad *αὐτάς* supple *δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν*, ad *ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν* autem *ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία*, vel cum Argyropylo *homines*.

§. 5. *ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον*) Haec addere cogitur, cum videat unusquisque difficultatem infra (IV, c. 1, §. 28 sqq.) solvendam, quomodo prodigus possit nimiam pecuniam profundere et tamen deficere in capiendo.

§. 6. *εἰσὶ καὶ ἄλλαι διαθέσεις*) *εἰσί* post *διαθέσεις* Par, Bekkerus. *Διαθέσεις* pro *ἕξεις*, ut saepius: infra §. 8, et c. 8, §. 1. — *ᾧ*) *πῇ*, quod Cardwellus et Bekkerus receperunt, exhibent El, Hª, Kᵇ; utrumque in NC occurrit. — *ὕστερον*) Cf. IV, c. 2, §. 1.

§. 8. *διαφέρουσαν*) sc. *τῆς μεγαλοπρεπείας*. — *τις*) sc. *ἀρετή*. — Verba *ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν· ἔστι δ᾽ ὅτε ἀφιλότιμον· καί*, mox *μέν* et *ἔστι δ᾽ ὅτε τὸν ἀφιλότιμον* omisit Cardwellus codicem Kᵇ secutus; *καὶ ἔστιν ὅτε μὲν ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον, ἔστι δ᾽ ὅτε τὸν ἀφιλότιμον* om. Lᵇ, Mᵇ, Oᵇ. Desideratur sane solita Aristotelis breviloquentia, possitque alterutrum abesse; nam *μέσον καλοῦμεν* et *ἐπαινοῦμεν* non multum, aut plane nihil inter se differunt.

§. 9. *ῥηθήσεται*) Cf. infra IV, c. 4, §. 4. — *ὑφηγημένον τρόπον*) *Eo, quo instituimus modo;* i. e. non *τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφα-*

λαίῳ, ut Giphanius intelligit, sed ut Paraphrastes: *νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν παθῶν λέγομεν, ζητοῦντες ἐν ἑκάστῳ τὴν μεσότητα καὶ τὰ ἄκρα.*

§. 11. *διαφέρουσι*) *διαφέρουσαι* Hᵃ, Kᵇ, Lᵇ, Mᵇ, codices Morellii, Coraes, Bekkerus (v. supr. ad I, c. 4, §. 5, p. 22).

§. 14. *ὡς καταπλήξ*) *ὡς ὁ καταπλήξ*) Vrat, Coraes, Cardwellus ex Kᵇ et Bekkerus tacite. Tunc verti deberet: *sicuti homo consternatus;* sed adjective accipias: *tanquam consternatus.*

§. 16. *τούτων*) *σὺν τούτων* Ven, Ald et Turnebus. — *ἀλλοθι*) Cave intelligas nostros Ethicorum libros, sed aliud cogita Aristotelis opus; quare *τούτων* ne ad omnia, quae hoc capite adumbrata sunt, refer, sed ad proxime praecedentia (§. 15), quae fusius tractata occurrunt in Rhet. II, 9. — *δικαιοσύνης*) Justitia est tertius ordo virtutum, quae circa appetitus sociales versantur: ita ut uterque appetitus, et sui conservandi et socialis (vide supra ad I, c. 5 init.), tribus gaudeat ordinibus; vide de partitione virtutum Conspectum libri III, inde a capite 6 et librorum IV et V: nec non librum meum *Die Ethik des Aristoteles* etc., p. 21-31, et 55-62. 1) Primorum ordinum virtutes sunt mediocritates circa affectus: *a)* fortitudo et temperantia in appetitu sui conservandi, circa voluptatem et dolorem versante; *b)* mansuetudo in appetitu sociali, quo ira continetur. 2) Secundorum ordinum virtutes sunt plerumque mediocritates circa actiones: *a)* liberalitas et magnificentia in rebus suis conservandis; *b)* virtutes, quae in actionum communitate et societate versantur. 3) In tertiorum ordinum virtutibus mediocritates maximam partem proportione quadam constant: *a)* magnitudo animi in honore suo conservando, jamque ex secundo ordine appetituum sui conservandi magnificentia; *b)* socialis virtutis, quae justitia vocatur, proportionem Philosophus infra (V, c. 3-5) declarabit. Cum enim justitia non sit simplex virtus (*ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς λέγεται*), sed multipliciter dicatur, ita ut paucis explicari nequeat, jam nos ad ipsam de justitia disputationem (libro V) rejicit, ubi, justitia in suas partes divisa, in parte unaquaque mediocritatem investigat.

CAP. VIII. (Cap. VIII.) §. 4. *πλείστη*) Ex auctoritate plurimorum codicum, quibus jam nunc Bekkeriani accedunt, solus fere

dedi πλείστη cum Ven et Victorio; πλείων legunt tantum El, CCC, H'. Quo magis miror, Bekkerum Atticorum respuisse consuetudinem superlativum pro comparativo ponendi, quam viri docti agnoscunt; πλείων ex Paraphraste in textum irrepsit, qui habet μείζων. Retorquere tamen argumentum si velis, possis dicere, superlativum ex §. 5 in nostrum locum immigrasse.

§. 6. ἀνδρίᾳ) ἀνδρείᾳ Bekk. ubique cum Ven, quae scriptura etiam in nostram editionem supra bis (II, c. 2, §. 7, et c. 6, §. 20) irrepsit. Sed Coraes semper sine diphthongo, quod rectius videtur. De codicibus Bekkerus (ad. III, c. 9, §. 7) tantum monet, N[b] ἀνδρίαν scribere solitum esse.

§. 8. εὐκατάφοροί ἐσμεν) μᾶλλον, quod vulgo addebatur, deest in El, NC, CCC, Par, Ven, Ald. Bekkerus, qui sua in editione etiam μᾶλλον habet, de hoc quidem μᾶλλον nihil statuit in notis, ita ut omnes ejus codices μᾶλλον exhibere videantur. Cum tamen e codice K[b], secundum Cardwellianam editionem, absit, nescio, uter virorum doctorum in hac varia lectione erraverit, nimirum complurium μᾶλλον repetitione turbatus. Ceterum omissio τοῦ μᾶλλον est notissima, inter Latinos quoque Tacito, ut jam Giphanius et Zellius admonuerunt, imprimis usurpata. Paraphrastes: πλέον εἰς ἀκολασίαν κινούμεθα. Si Krischius (p. 413) μᾶλλον ideo conservandum putat, quia in Magn. Mor. I, 9 legatur, ego contra concludere malim, hanc particulam ex illo loco in nostrum irrepsisse. — ἐπίδοσις) Est *progressio*, *incrementum*, etiam *studium*, *proclivitas;* ad quam enim rem procliviores sumus, in ea maxime proficimus (ἐπιδίδομεν). Dissenserunt viri docti, utro potissimum sensu hic uterentur. Sed cum *proclivitas* hoc loco nominetur πεφύκαμεν μᾶλλον πρός vel εὐκατάφοροί ἐσμεν μᾶλλον πρός, jam ἐπίδοσις est *progressio*, *incrementum;* alioquin prorsus idem diceret Aristoteles, ad praemissa verba πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται addens ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται. Est autem *progressio* (id quod indicat particula οὖν) consequentia *proclivitatis*, ut est in Magnis Moral. I, 9, qui locus summe facit ad nostrum locum aperiendum: ἡ οὖν ἐπίδοσις

γίνεται μᾶλλον πρὸς ἃ πεφύκαμεν· πρὸς ἃ δὲ μᾶλλον ἐπιδίδομεν, ταῦτα καὶ μᾶλλον ἐναντία. ἐπιδίδομεν δὲ πρὸς ἀκολασίαν μᾶλλον, ἢ πρὸς κοσμιότητα. Ceterum nostrae explicationi etiam ratio grammatica favet, cum *ἐπιδιδόναι πρός* vel *ἐπί* semper *proficere progredi, crescere* significet, *ἐπιδιδόναι* (*ἑαυτὸν*) *τινί dedi, indulgere.* Verte: *in quibus magis proficimus.*

CAP. IX. (Cap. IX.) §. 2. *ὅπερ ἐστὶ τὸ εὖ*) *διόπερ* pro *ὅπερ* CCC, Ven, Ald; *διόπερ τὸ εὖ* omisso *ἐστί* H[a], K[b]. Hanc lectionem Coraes, Cardwellus et Bekkerus Casaubonum secuti in textum receperunt. Non placet. Neque putaverim cum Feliciano, *τὸ εὖ* esse subjectum et reliqua de eo praedicari: *siquidem recte facere, et rarum est et laudabile, quemadmodum etiam honestum.* Non enim, quia agere, quantum et quando et quomodo et cujus gratia oportet, neque cujuslibet hominis neque facile est, ideo rectum est laudabile et honestum. *Σπάνιον* sane ferri possit, si legas *διόπερ*, et sic Magna Moralia I, 9 etiam liquido legunt in re eadem: *ἁπλῶς δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν παθῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι τὸ ἐμπεριέχον τὸ μέσον ῥᾴδιόν ἐστι, τὸ δὲ μέσον χαλεπὸν, καθ᾽ ὃ ἐπαινούμεθα· διὸ καὶ σπάνιον τὸ σπουδαῖον.* Itaque *διόπερ* in nostrum locum ex Magnis Moralibus ab inepto librario insertum esse, nemo non videt. *Ὅπερ ἐστὶ τὸ εὖ* referas, tanquam parenthesin, ad *τὸ δὲ ᾧ καὶ ὅσον* etc., quae negligentia ferri possit in oratione professoris in praelectionibus solute loquentis. Correxit optime Paraphrastes: *τὸ δὲ ὡς δεῖ καὶ ὅτε δεῖ καὶ πρὸς τίνα καὶ ὅσον καὶ τίνος ἕνεκα, ὅπερ ἐστὶ τὸ μέσον καὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν καὶ καλὸν, τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ τοῦ βουλομένου.* Quamobrem cum Argyropylo tres ultimas voces praedicata praecedentium esse statuo: *(quod quidem est ipsum rectum), et est perrarum et laudabile et perpulchrum;* cui explicationi adstipulatur Lambinus.

§. 3. *Καλυψώ*) Memoriae peccatum; *Κίρκη* Vrat, et CCC „ex errore librarii Aristotelem errantem male corrigentis," ut dicit Wilkinsonus. Jussit sane Circe Ulyssem inter Scyllam et Charybdim navigaturum Scyllae magis appropinquare, quam Charybdi periculosiori (Od. XII, v. 108-109); nostrum tamen versum Ulysses ipse pronuntiat, navis gubernatori Circes prae-

cepta tradens (Od. XII, v. 219-220). — παρῄνει) παραινεῖ H^a, K^b, quos secuti sunt Cardwellus et Bekkerus. — τὸ· τοῦ) ὡς τοῦ CCC, L^b, O^b; τὸ ὡς τοῦ Ven; τοῦδε Coraes; τούτου H^a, K^b, Cardwellus et Bekkerus cum Homeri textu, e quo hanc lectionem nostrum in locum irrepsisse, nemo non videt; cum memoriter citaverit Aristoteles, integri suoque numero praediti versus recordatus non est.

§. 4. κατὰ τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν) Proverbium de iis, qui experientia docti pericula aut mala priora vitare callent. Vide Schol. ad Plat. Phaedonem (Bekk. p. 381): παροιμία δεύτερος πλοῦς ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς τι πραττόντων, παρ' ὅσον οἱ διαμαρτόντες κατὰ τὸν πρότερον πλοῦν ἀσφαλῶς παρασκευάζονται τὸν δεύτερον. Ἐμνήσθη δὲ ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἠθικῶν, καὶ Μένανδρος Κεκρυφάλῳ καὶ Πλοκίῳ καὶ Θεοφορουμένῃ. Cf. Polit. III, 13, ubi eodem proverbio Noster utitur. — ἐλέγομεν) λέγομεν Par, Vrat, Bekkerus sine nota.

§. 5. ἑαυτούς) Notante Zellio, de prima persona usurpatum, ut saepius; Cardwellus cum K^b omisit. — ἀπαγαγόντες) sc. ἡμᾶς αὐτούς. Legunt ἀπάγοντες Par, K^b, M^b, N^b, Cardwellus.

§. 6. οἱ δημογέροντες) Homerus (Iliad., III, v. 158-160) eos ita loquentes inducit:

> Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν·
> ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίηπερ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω,
> μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

§. 7. ἀνδρώδεις) Vulgatam καὶ ἀνδρώδεις exhibent soli CCC et Vrat. Brevior structura magis placet; si legas καί, supple ἐπαινοῦμεν ad χαλεπαίνοντας. Sic Paraphrastes, a quo ortum est illud καί. Cardwellus cum K^b ἀποκαλοῦντες legens, omittit καί et tamen χαλεπαίνοντας ad ἐπαινοῦμεν refert. Infra (IV, c. 5, §. 13), ubi eadem fere verba repetuntur, etiam ἀνδρώδεις ad φαμέν, non ad ἐπαινοῦμεν refertur, quia ἀνδρώδεις laudari per se patet.

§. 8. τῶν αἰσθητῶν) Quippe sensibilia, quae circum singula versantur, universalibus minus scibilia sunt; cf. supra ad I, c. 2, §. 3, p. 9; et ad c. 4, §. 5, p. 21.

§. 9. τοσοῦτον) Bekkerus ex H^a, et K^b (dissentiente Cardwello) τοσοῦτο. — δηλοῖ) E Turnebi codicibus et editione Casau-

boniana, suis codicibus pugnantibus, Bekkerus δῆλον, quia infra IV, c. 5, §. 14, ubi nostra §. iisdem fere verbis legitur, exstat δῆλον. Sed nulla opus est emendatione. Neve δηλοῦν cum Zellio sensu intransitivo accipias (v. supr. ad I, c. 13, §. 12), cum verti debeat: *Ea, quae hactenus diximus, ostendunt.* — *τοτέ — τοτέ*) Cardwellus et Bekkerus cum H[a], K[b], ὁτέ — ὁτέ.

LIBER III.

CAP. I (Cap. 1). Cum in definitione felicitatis insit ψυχῆς ἐνέργεια, quippe virtutibus ex nostra operatione orientibus, jam, a quibus principiis operationes hominis proficiscantur, in universum Philosophus inquirere debet, priusquam ad singulas virtutes accuratius describendas se accingat, quod illis demum adjectis generalis Ethicorum pars absolvitur. Etenim de imputatione actionum expositurus, genus virtutis ἕξιν προαιρετικήν esse declarat, cujus species secunda Ethicorum parte continentur.

§. 1. *ἴσως*) Graecus Interpres: *τὸ ἴσως οὐ πρὸς τὸ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ πρὸς τὸ πρῶτον διορίσαι· τοῦτο γὰρ λείπει.* Non sic interpretandum puto, nec ipse Graecus Interpres satis fidenter hanc suam proposuit opinionem. Addit enim: *ἢ τὸ ἴσως ἀντὶ τοῦ ὁμοίως, ὥς τινες ἀξιοῦσι.* Sed cum ἴσως admodum raro pro *aequaliter* apud Graecos accipiatur, malim cum Zellio ἴσως (ut et alia vocabula similia) ex communi Atticorum consuetudine dictum esse, quamquam in re certa, exempli gratia δοκεῖ supra I, c. 1, §. 1, infra §. 3, et saepius, „praesertim in his libris de vita et moribus hominum, quae res accuratam subtilitatem non admittunt.“ Respondet vernaculo *wohl*, ut Garvius optime vertit; Paraphrastes omisit.

§. 3. *τὰ βίᾳ*) *τὰ βίαια* Par, N[b]. — *ἀκούσια*) Cum spontaneum id sit, cujus principium in eo sit, qui agat, non ignorante singulas circumstantias, invite factum exstat simul atque una ex ambabus conditionibus, quas requirit spontaneum, abest.

Si enim agens scit quidem omnes circumstantias, sed principium agendi extra eum est, habes violenter factum; sin vero principium quidem agendi in ipso est, sed res quasdam singulas ignorat, habes per ignorantiam factum. Itaque duo genera actionum invite factarum Aristoteles attulit. Sed praetermissum est ab eo tertium genus, nempe earum, quibus utraque spontanei conditio deest: de quo tertio genere actionum invite factarum nosmet ipsi, Aristotelem supplentes, verba fecimus: *System der philosophischen Moral*, p. 27-28. Sunt ejusmodi actiones eae, in quibus vis a natura profecta, i. e. principium extraneum (ut somnus, insania, ebrietas) non per se nos ad agendum impellit et cogit, sed per ignorantiam circumstantiarum. ex ipso in nobis ortam. Principium tamen illud externum cum non tam directe cogat quam vis major, etiam imputatio ex gradu et modo causae impellentis vel plane locum habere vel nulla esse vel aliquatenus admitti poterit. — *κομίσαιτο*) *κομίσαι* E1, Par, Ven et Bekkeriani codices, excepto M[b], qui ex Paraphraste *κινήσει*. Cardwellus et Bekkerus in textum recepere, cum secundum Cardwellum vera grammaticorum ratio lectionem hanc tueatur. — *ἄνθρωποι κύριοι ὄντες*) Paraphrastes addit: *καὶ δυνάμενοι κινεῖν μὴ βουλόμενον*. Ne tamen *κύριοι* de potestate legitima intelligas, ut sint magistratus, patres, mariti, sed cum Giphanio omnino de omnibus, qui nobis sint valentiores.

§. 4. *ἢ διὰ καλόν τι*) Jam tangere auctor videtur secundum genus actionum mixtarum, scilicet quae ob honestum aliquid fiunt, de quibus demum §. 11. disputaturus est, cum eas innuerit §. 7. init.; tertium est earum, quae ira aut cupidine fiunt (§. 21-24); eae autem quas metu coacti suscipimus, de quibus in nostra §. et sequentibus loquitur, primum genus conficiunt. Omnia vero tria mixtarum actionum genera, praecipue secundum et tertium, spontanea sunt. Vide quae dixi *System d. phil. Moral*, p. 34-39. Felicianus ridiculum et absurdum merito videri posse Aristotelem putat, si quaestionem moveret, num „quae ob honestum aliquid fiunt, sponte an invitus quispiam agat.“ Sed infra (§. 11) Aristoteles dicit, ridiculum esse, si quis honestarum et turpium actionum causam non in se

conferre voluerit; quaestionem autem moveri, ridiculum esse non potest. Nihilominus Felicianus aliam interpretandi viam ingreditur, et ipsam satis acutam. Ad πράττεται videlicet subaudit μᾶλλον (cf. supra ad II, c. 8, §. 8), et ita explicat, „ut dubitare Aristoteles dicatur, non, an ea, quae ob honestum aliquid fiunt, spontanea sint, sed quae majorum malorum timore *magis*, quam honestatis causa aguntur; si enim aliquis metu alicujus mali honestatem postponeret, de eo ambigi merito posset, spontene an invitus egisset:“ scilicet in exemplo, quod textus proponit, „ille pro suorum salute honestatem non vereretur postponere ac turpia perpetrare.“ Nec abnuerim, hoc modo evanescere difficultatem, cur tangat jam hic actiones ob honestum aliquid susceptas, de quibus §. 7. et 11. demum disputabitur. Garvius hunc nodum ita expedivit, ut ἢ διὰ καλόν τι in versione plane omiserit. Vulgaris tamen interpretatio eundem sensum praebet, quem Feliciani explicatio, dummodo quae διὰ καλόν τι aguntur hoc loco non simpliciter accipias, ut §. 11, de iis quae boni idea moti agimus, sed eos dolores aut detrimenta intelligas, quae inviti suscipimus honestatis alicujus causa; de quo coactarum actionum genere accuratius infra §. 7-9. noster Philosophus locuturus est. Duo igitur coacte factorum genera statuit: alterum eorum quae fiunt metu majorum malorum (ὅσα διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται), alterum eorum quae vitandae turpitudinis causa aut ob honestum aliquid patimur aut agimus (διὰ καλόν τι). In priore genere saepe cogimur ad turpe aliquid faciendum, ne mala perpetiamur: in posteriore contra honestate coacti, aut ne turpia faciamus, mala quaedam patimur, aut, ut honesta exsequamur, dolores quosdam suscipimus. — πράξαντος) πράξαντες et mox μὴ πράξαντες Wilkinsoni codices, M^b, N^b, Ven, Ald; itemque Par, sed superscripta vulgata lectione; secundum Cardwellum codex Laurentianus (K^b) πράξαντος — μὴ πράξαντος, ε utrobique superscripto; πράξαντι O^b. Sed πράξαντος est vera lectio, ni velis nominativum absolutum admittere. Refer πράξαντος ad eum, cujus parentes aut liberi in potestate tyranni sunt, qui quidem hanc ipsam ob causam cogere eum potest ad aliquid faciendum. Πράξαντες

ad ipsos parentes aut liberos referri non potest; non enim opus est, ut majorum malorum metu eos cogat tyrannus ad aliquid faciendum, cum iis, qui in ejus potestate sunt, simpliciter vim afferre possit (§. 3). *Πράξαντι* haud ineleganter eodem sensu dictum esset, quo *πράξαντος*. Paraphrastes male *καὶ αὐτοῦ* addit ante *καὶ γονέων*, possit enim tum tyrannus etiam ipsi vim inferre; ceterum hanc ob causam interpretari poterat: *καὶ δυνάμενος* (sc. *ὁ τύραννος*) *πράττοντα μὲν σώζειν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ, μὴ πράττοντα δὲ ἀποκτεῖναι*. e qua interpretatione, mutato verborum genere, procul dubio altera lectio orta est.

§. 6. *τὸ δὲ τέλος*) Paraphrastes: *καὶ τὸ τέλος αὐτῶν, εἴ τις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σκοπεῖ, ἀγαθόν ἐστι καὶ θελητὸν, ἐπεὶ καὶ τὸ ἑκάστης πράξεως τέλος κατὰ τὸν καιρὸν αὐτῆς ἐστὶ, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ἢ ἀγαθὸν ἢ πονηρὸν γίνεται.* Est sententia omnibus actionibus communis, in hac tamen specie actionum primo obvia et maxime perspicua. — *ὅτε πράττει*) sc. *τις*, quod saepius secundum viros doctos occurrit. Paraphrastes habet *πράττεται*. — *καθ᾽ αὑτό*) Opponitur *τῷ κατὰ τὸν καιρόν*.

§. 7-8. Quatuor actionum coactarum species in hoc secundo genere his §§. proponuntur: 1) laudantur, qui turpia aut molesta subierint, magnarum et honestarum rerum causa; 2) vituperantur, qui ejusmodi rebus non impulsi eadem illa pertulerint; 3) venia datur, si quis egerit, quae non sint agenda, summis compulsus cruciatibus, quos ferre nemo potuerit; 4) venia non datur turpissima quaedam agenti, illos ipsos ne toleret. Itaque modo vituperatur, qui cogi se passus est (4), modo, qui non passus est (2); modo autem, qui coactus est, laudatur (1), modo non vituperatur (3). Oritur haec istarum actionum differentia ex eo, quod contumeliis et doloribus vel ad damnum patiendum vel etiam ad turpia sive crimina committenda cogamur. Si qui cogere nos velit doloribus et molestiis non ad turpia facta, sed ad detrimentum aliquod accipiendum, cogi millies praestat, ne metu hujus detrimenti turpissima pati videamur (2); ad crimina autem turpesque actiones nunquam doloribus acerrimis cogi laus est (3 et 4).

Sic in jurisprudentia alterum actionum genus, ad quod cogimur sine crimine, etiam nobis non imputatur, sed pro invite facto habetur; hi sunt in jure civili contractus quos metu coacti fecimus, qui pro irritis habentur. Alterum coactarum actionum genus, quod quidem cum crimine patratur, spontaneum esse videtur atque imputatur, cum ad crimen cogi non debeamus. De qua duplici istarum actionum natura, vide, quae diximus *System d. phil. Moral*, p. 36-37.

§. 7. *ἐπαινοῦνται*) Interpres graecus Zopyri Persae affert exemplum pro suorum victoria aures et nasum sibi detruncantis. Habes quoque exemplum Reguli. Spectat tamen hoc primum genus potius ad §. 11. Etenim Zopyrus nec metu majorum malorum, neque omnino alio cogente, sed prorsus sponte egit. — *ἂν δ' ἀνάπαλιν*) Nempe *ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσι μὴ ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν*. Cujus actionum coactarum speciei exemplum nos (*System d. phil. Moral*, p. 35) Guatimozin attulimus, qui torreri se passus est, ne Hispanis opes suas abditas indicaret. — *συγγνώμη*) Interpres graecus: *οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν ταῖς μικταῖς πράξεσι, ποτὲ μὲν ἐπικρατεῖν τὸ ἑκούσιον ἐφ' ὧν ἔπαινοι καὶ ψόγοι, ποτὲ δὲ τὸ ἀκούσιον ἐφ' οἷς συγγνώμη*. Imputationem tamen non penitus rejici, venia ipsa declarat: alioquin enim venia non opus esset. — *διὰ τοιαῦτα*) *διὰ τὰ τοιαῦτα* M^b; *διὰ ταῦτα* Par, L^b. — *πράξῃ*) *πράξειέ* Par, Vrat, M^b, N^b, O^b; *πράξει* L^b. — *ἃ καὶ τήν*) *καί* om. Par, Victorius, Bekkerus sine codicum varietate; Cardwellus tamen de K^b non adnotavit. — *ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει*) Felicianus: „Cum vel exuritur, vel secatur, vel vehementi aliquo hujuscemodi tormento plectitur ac cruciatu. Haec est tertia species coactarum actionum. Dolonem tamen vituperat Interpres graecus, quod timore perterritus hostibus omnia suorum consilia prodiderit; pertinet igitur ad quartam speciem, de qua §. 8. loquitur.

§. 8. *ἀποθανατέον*) Sic omnes fere recentiores editiones (Bekkerus *ἀποθανετέον*), cum olim *ἀποθνητέον* legeretur. *Ἀποθανατέον* habent A (L^b), B, C, El, NC, CCC, Par, Vrat, M^b, N^b, O^b, Ven; *ἀποθανετέον* H^a, K^b. — *παθόντα*) Cardwellus et Bekkerus, cum H^a, K^b, *παθόντι*: sed vide *Buttmann, Gr. Gr.* §. 121, 7,

Anm. 2. Laudantur, qui haec atrocissima tolerant; sponte igitur agunt. Exemplo citat Interpres graecus Anaxarchum, qui malleis ferreis tundi se passus sit, et Zenonem, qui linguam sibi mordicus arreptam absciderit atque exspuerit prius, quam arcana sibi credita enunciaret ac proderet. Addit Felicianus Socratis constantiam, qui „cum ei a triginta tyrannis fuisset mandatum, ut civem quendam Leonem nomine ad mortem duceret, quo scilicet consiliorum eorum particeps esse videretur, illis tum sua, tum liberorum et uxoris salute postposita obtemperare nunquam voluit, ut honestatem nimirum et justitiam inviolatam servaret.“ — Ἀλκμαίωνα) Alcmaeon contra vituperatur, quod turpissima perpetraverit matrem Eriphylen interficiens, ne mediocriter molesta toleraret. Quae tamen sint illa ridicula ab Alcmaeone prolata in deperdita Euripidis fabula, non satis constat, cum Interpres graecus ad summum leviora attulerit, quam quae filium ad matrem necandam pellere potuerint: Τὸν Ἀμφιαράου παῖδα τοῦτον, ᾧ ὁ πατὴρ ἀνελεῖν τὴν μητέρα ἐπέσκηψεν. εἰ δὲ μὴ, ἔσται τὸν πατέρα λυπῶν, ὃς οὐ δι' ἀξίας αἰτίας ποιῶν τοῦτο ἱστορεῖται. Ἄλλως· Παρατίθεται τὸν παρ' Εὐριπίδῃ Ἀλκμαίωνα, ὡς δι' εὐτελῆ τινὰ ὑπομείναντα μητροκτονῆσαι. λέγει γὰρ παρ' αὐτῷ ὁ Ἀλκμαίων·

Μάλιστα μέν μ' ἐπῆρεν ἐπισκήψας πατήρ,
ὅθ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

διὰ γὰρ τούτων ἐντολὰς πατρὸς διηγεῖται, ὡς ἐντειλαμένου αὐτοῦ κτεῖναι τὴν μητέρα, καὶ καταρασομένου αὐτῷ, εἰ μὴ ἀποκτείνῃ, ἀκαρπίαν τε γῆς καὶ ἀτεκνίαν, καὶ διαβολάς τινας λέγει τῆς μητρός· ὧν οὐδὲν ἦν ἄξιον, τηλικοῦτον κακὸν ἀναγκάσαι ποιῆσαί τινα.

§. 9. ποῖον ἀντὶ ποίου) Interpres graecus: ὡς καὶ Ἀχιλλεῖ πότερον παραμενετέον ἐν τῇ πατρίδι σωζόμενον, ἢ πολεμοῦντα τοῖς Τρωσὶν ἀποθανεῖν καὶ κλέος ἄφθιτον ἕξειν.

τὸ ἐμμεῖναι) Felicianus: „Interdum enim fit, ut aliquis aut, cum ipse sustinere vel quamlibet gravia et molesta decreverit, ubi tormenta persentit, e sententia dimoveatur, aut, cum necem filii potius videre, quam injuste quippiam aut turpiter agere proposuerit, filium ad supplicia trahi conspexerit, non patiatur, sed mutandam esse sententiam judicet.“

ἃ δ' ἀναγκάζονται) Sic exhibent A (L^b), Vrat, H^a, K^b, O^b, codex Camerarii, Interpres graecus, Argyropylus, Bekkerus.

Ante Cardwellum meque vulgo *τὰ δ' ἀναγκάζοντα* legebatur; quam lectionem B, C, Par, M^b, N^b, Ven tuentur. Coraes in textu: *τὰ δ' ἀναγκάζοντα*, sed in notis: *προελέσθαι ὤφειλον τὰ δ' ἀναγκαζόμενα*. Quid habeant Wilkinsoni codices, merito ambigitur, quippe qui, nulla codicum suorum mentione facta, vulgatam cum Lambino corruptam et ineptam esse dicens, Paraphrasten *ἃ ἀναγκαζόμεθα ποιεῖν* explicavisse adnotet, cum ipse Casaubonum et Turnebum secutus sit, qui ex suis codicibus manuscriptis *τὰ δ' ἀναγκαζόμενα* in textum receperint. Sunt tamen et Turnebiani quidem codices, qui *ἃ δ' ἀναγκάζονται* legant. Si certa auctoritate niteretur lectio *τὰ δ' ἀναγκαζόμενα*, nihil obstaret, quin ita ederemus. Sed conjectura praetermissa sensus nostram lectionem requirere videtur, quam Cardwellus librariorum negligentia in *τὰ δ' ἀναγκάζοντα* mutatam putavit, unde alii postea, cum sensum labare et deficere viderint, *τὰ δ' ἀναγκαζόμενα* scripserint. Nostram autem lectionem defendit jam Lambinus, cum duo hic consideranda esse dicat: 1) molesta, i. e. damna, poenas, cruciatus, quae nos exspectant non agentes, et per quae ad agendum compellamur; 2) facta ipsa, plerumque turpia, ad quae perpetranda cogamur. Sic et Interpres graecus: *ἔστιν ἃ μὲν ἀναγκάζονται αἰσχρὰ, ἃ δὲ, εἰ μὴ πρασθεῖεν, προσδοκῶσι λυπηρά.* Hactenus de sensu lectionis per se. Si vero jam totius loci sententiam spectas, haec nostra enunciatio rationem reddit praecedentis, ut *γάρ* indicat: „Est difficile, in eo, quod decretum sit, perstare ac perseverare, quia, etsi perspexerimus turpia esse, ad quae facienda cogamur, tamen molesta, quae nobis futura esse putamus, ab incepto nos deterrent; et hoc est genus actionum coactarum frequentissimum (*ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*). Itaque haec cum ita sint, laudantur, qui non coacti molesta forti pertulerint animo: vituperantur, qui ad turpia perpetranda cogi se molestiis passi sint.“ Cave igitur ne *ἢ μή* cum aliis non ad *ἀναγκασθέντας*, sed ad *ἔπαινοι καὶ ψόγοι* referas. Sic tamen Paraphrastes et ipse: *ὅθεν ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσι καὶ ἐπαινοῦμέν τινας καὶ ψέγομεν ἐνίους, καὶ οὐδέτερον τούτων, ἀλλὰ συγγνώμης ἀξιοῦμεν.* Item Lambinus. Sed tum Aristoteles non *ἢ μή* scripsisset, sed *ἢ οὔ* (*Buttm. Gr. Gr.* §. 135, 2, h). Refer igitur *ἔπαινοι*

ad ἢ μή, ψόγοι ad περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας, cum καί idem valeat atque ἤ, ut saepius in his libris occurrit. Proprie tamen καί indicat, utrumque, et laudem et vituperationem, ad utrosque, et eos qui coacti fuerunt et eos qui non coacti fuerunt, referendum esse; tum haec ultima enunciatio ad totam §. tanquam ejus consequentia referri deberet. Jam sic et vulgata τὰ δ' ἀναγκάζοντα commodum praeberet sensum. Scilicet: *Partim quae exspectamus, molesta sunt, partim quae cogunt, turpia*, ita ut turpia non sint crimina et actiones turpes, ad quas metu molestiarum compellimur, sed ignominiae et contumeliae, quae ad agendum aliquid nos impellunt; et supra §. 7. αἰσχρόν bis hoc sensu occurrit. Προσδοκώμενα et ἀναγκάζοντα tum esset idem diverso modo expressum: Si molesta nos exspectant, coacti ad damnum patiendum laudamur, vituperamur ad crimen coacti, ut Dolon; si turpia nos cogunt, laudamur ad crimen non coacti, non coacti ad detrimentum accipiendum, ut Guatimozin, vituperamur. Sic Victorius vulgatam defendit tanquam dictam de homine ignominiam subeuntis, ne mala illa perferat; hoc enim casu ignominiae et contumeliae *cogunt* ad detrimentum capiendum. Hoc et Interpres graecus sibi voluit addens: ἐπαινοῦνται μὲν οἱ τὰ λυπηρὰ πρὸ τοῦ παθεῖν τὰ αἰσχρὰ ἑλόμενοι, ψέγονται δὲ οἱ φόβῳ τῶν λυπηρῶν ὑπομένοντες τὰ αἰσχρά. Explicat igitur utramque lectionem, ita ut liber tertius quidem graeci commentarii ex scholiis plurium consarcinatus esse videatur, cum et supra, duplici de Alcmaeone interpretatione proposita, alteram voce ἄλλως introduxit. Jam nostrum ad locum si redeamus, eligat lector ex suo quisque ingenio interpretationem, quae sibi maxime arriserit; mihi prior praeferenda videtur, cum tenor orationis oppositionem inter τὰ μέν et τὰ δέ requirat.

§. 10. Repetitur hac §. definitio actionum violentarum, quam §. 3. jam dedit, et quae tertio recurret infra §. 12: item repetitur ex §. 6. definitio actionum mixtarum: quae omnia praelectionem magis, quam librum sapiunt.

§. 11. Postquam auctor de honestate, quae nos ad molestias subeundas impellit, et de molestiis locutus est, quas ut vitemus ad turpia facienda cogimur: jam de voluptate loquitur, quae

nos ad haec eadem, et de honestate, quae ad recte agenda compellit. Sunt autem haec illis magis spontanea, quia voluptas et honestas fines sunt, quos sponte nostra per se eligimus, molestias autem semper invite subimus, utpote a natura nostra alienas. — *τὰ καλά*) Non *formosa*, *pulcra*, ut verterunt multi viri docti (Victorius, Muretus, Giphanius, Zellius), sed *honesta* sive *bona*, ut Argyropylus vertit; nempe aut voluptate ad turpia agenda compellimur, aut honestate ad recte faciendum. Jamque quatuor rationes affert, cur, etsi cogamur quodammodo his duobus finibus extra nos positis (id quod tamen de jucundo melius, quam de bono praedicatur), tamen sponte agamus: 1) omnes fines sunt spontanei; 2) ad jucunda sponte nostra trahimur, quia sola invite facta molestiam afferunt; 3) non res extraneae, sed qui ipsis capiuntur, culpam sustinent: 4) cum sua recte facta sane quisque pro spontaneis haberi velit, etiam turpia, quae voluptatis obtinendae causa perpetraverit, spontanea judicanda sunt. Τὰ *καλά* non potest accipi sensu *formosa*, quia tum idem esset ac *τὰ ἡδέα*; frigidiusculum igitur esset, *τὰ καλά* (*formosa*) adjicere. Et omiserunt quidem M^b, O^b *καὶ τὰ καλά*; N^b legit *τὰ ἡδέα καὶ καλά*: L^b *τὰ καλὰ καὶ τὰ ἡδέα*, non male, quia *ἔξω ὄντα* tunc melius ad *ἡδέα* potissimum referri posset. Praeterea semper hoc capite *καλά* honesta sunt, ut in fine nostrae §., et §. 4 et 7. Tandem *πάντα πάντες πράττουσι* cogunt, vertere *honesta;* non enim omnes voluptate aut pulcritudine capiuntur, sunt etiam qui in rebus agendis honestum sequantur. Interpres graecus pro *τὰ καλά* legit *τὰ λυπηρά*, et *πάντες* intelligit *omnes improbi;* sed sensum Aristotelis aperte torquet. — *οὕτω βίαια*) Pro *οὕτω* legunt *αὐτῷ* K^b (secundum Bekkerum), L^b, M^b; *οὕτω αὐτῷ* Ven. Coraes: Γράφε *τούτῳ*, quod interpretatur cum Argyropylo: *κατὰ τοῦτον τὸν κριτήν*. — *πάντα πάντες*) *πάντες πάντα* Cardwellus et Bekkerus ex H^a, K^b, M^b. — *λυπηρῶς*) *λυπηροί* Ven. — *διὰ τὸ ἡδύ*) Hanc vulgatam lectionem e Bekkerianis solus retinet O^b. Addit *τὸ κακόν* Ven; *καί* N^b: *καὶ καλόν* H^a, K^b, Cardwellus et Bekkerus; *ἢ καλόν* L^b, M^b; *ἢ τὸ καλόν*, NC. Par. Addi potest cum et ineunte §. ambo vocabula posita sint. — *γελοῖον δὴ*)

Pro δή legunt δέ NC, Par, „ut videtur“, secundum Zellium, qui addit: „nam vix, ait Schweighaeuserus, δέ et δή discernas in hoc codice“, cf. supr. ad I, c. 1, §. 4), K^b (secundum Bekkerum), N^b, O^b. — τῶν μὲν καλῶν) Interpres graecus: τοῦτο τείνοι ἂν πρὸς Πλάτωνα λέγοντα, ἀγαθοὺς μὲν ἑκουσίως γίνεσθαι, κακοὺς δ' ἀκουσίως. — ἔοικε δή) NC δέ. Hoc non est quintum argumentum (v. supr. ad §. 11), ut putant Thomas Aquinas et Muretus, sed definitio violentarum actionum, quam ita torquent, videlicet ut reddant rationem, cur tertio recurrat (v. supr. ad §. 10). Summam disputationis de invite factis praeceptor auditoribus in fine repetit.

§. 13. (Cap. II.) ἐπίλυπον) ἐπίλοιπον K^b (secundum Bekkerum), L^b; saepius haec permutantur, cf. infr. ad VII, c. 12, §. 2. — ἔχειν) Sic A (L^b), B, C, CCC, Par, Vrat, H^a, K^b, M^b, O^b, codices Turnebi, Ven; ἔχει, quod plerique usque ad Zellium legebant, El, NC, N^b, codices Victorii et Morellii.

§. 14. δι' ἄγνοιαν πράττειν) *Per ignorantiam agere.* Est ignorantia rerum singularium, quae cum extra nos et a nobis sint alienae, si a nobis ignorantur, venia dari potest et impunitas. Ejusmodi ignorantia est causa extranea, vel instrumentum externum quodammodo et a voluntate nostra alienum, etsi in nobis. Quare commode Noster dicit δι' ἄγνοιαν, tanquam ejusmodi facta non per eum, qui agat, sed ipsam per ignorantiam fiant. Sed ἀγνοοῦντα ποιεῖν est: *ignorantem quae ignorare non debemus* (ut officia, bonum) *agere.* Quid sit bonum et justum rectumque, nescire, est malae voluntatis; et ejusmodi ignorantia non est extraneum aliquid a voluntate nostra alienum, sed principium internum et qualitas ejus ipsius, qui agit. Optime hoc ἀγνοοῦντα ποιεῖν vocat Aristoteles, cum participium designet qualitatem. Occurrit idem discrimen in principio jurisperitorum: *Ignorantia juris nocet, ignorantia facti non nocet.* — ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος) Potest quis propter ebrietatem etiam res singulas non videre, sensibus turbatis; quin et ira eo vehementiae progredi potest. Tum sane ebrius vel iratus δι' ἄγνοιαν πράττει, non ἀγνοῶν, exempli gratia, si, quo instrumento alterum feriat, non viderit, et interficiat, cum verberare voluerit. Ejusmodi homicidium non est spontaneum, etsi imputatione non

careat omni, cum qui id committant ipsius ebrietatis et iracundiae sint auctores; nisi fingas, aliquem per inscientiam ebrium factum esse: verbi causa, si quis vinum album, quod aquae loco acceperit, in vinum rubrum miscuerit, ut in *nova Heloisa* Juliae amator. De illo tamen genere actionum, quae est *culpa* apud jurisconsultos Romanos, hoc loco non jam loquitur Aristoteles, sed infra demum c. 5, §. 8-9; et nos *Syst. d. phil. Moral* p. 59-64. Itaque cum Aristoteles ipsis verbis dicat, ebrium et iratum non per ignorantiam agere, jam locus ita intelligendus est, ut ponatur exemplum, quo affectione quadam vel affectu, qui honestatis sensum nobis abstulerunt, impulsi turpia et crimina committimus. Ejusmodi actiones, quas infra (c. 2, §. 2) *τὰ ἐξαίφνης* nominat, prorsus spontaneae sunt; continentur enim ignorantia juris, non facti. Paulo magis tamen imputandae sunt eae turpes actiones, quas, nullo affectu rationem turbante, perfecerimus, quid bonum et justum sit ne quieta quidem mente conspicati. — *διά τι τῶν εἰρημένων*) Paraphrastes recte: *ἀλλὰ διὰ ἡδονὴν ἢ ἄλλο τι ποιεῖ, ὃ ποιεῖ.* Haec est etiam causa, cur spontaneae sint ejusmodi actiones; jucunda enim sunt spontanea (§. 11). Interpres graecus et Garvius male *ebrietatem* et *iracundiam* e praecedentibus intelligunt. Nam si ebrietas et iracundia essent praecipua agendi causa, tum sane ipsam facti ignorantiam producerent, quae esset principium *culposae* actionis. Sed ignorantia juris hoc loco est principium agendi, cum voluptatis vel ulciscendi cupido per occasionem ebrietatis et iracundiae vehementius exardescens honestatis sensum offuscet. Paraphrastes male ebrietatem et iracundiam eas ipsas actiones esse, quas *ἀγνοοῦντες* facere dicamur, et exemplo ab Aristotele inter cetera allatas esse putat: *καὶ γὰρ τὸ ἀγνοοῦντα πράττειν ἐστὶν, ἐπάν τις ὀργίζηται, ἢ μεθύῃ, ἢ ἄλλην τινὰ ποιῇ πονηρίαν.* Sed cum Aristoteles velit distinguere ignorantiam juris et ignorantiam facti, exempla actionum affert, in quibus dubitari possit, utrum quaedam externae causae (ebrietas, ira) ignorantiam juris, an facti produxerint. Sunt quidem ipsa ebrietas et iracundia, ut vitia, per se mala. Sed de hac malitia in universum, quae ex igno-

rantia boni oritur, etiam nullo affectu impellente, mox demum sermonem facturus est: ἀγνοεῖ μὲν οὖν κ. τ. λ. Et recte dicit Giphanius, ebrios et iratos imprudentes (i. e. ignorantes bonum) peccare, sed non per imprudentiam, ex eo ipso probari, quod omnes improbi imprudentes peccent, sed non per imprudentiam. — οὐκ εἰδὼς δὲ, ἀλλ' ἀγνοῶν) Paraphrastes: ἀγνοῶν δέ, quod satis fuisset; nam οὐκ εἰδώς et ἀγνοῶν hoc loco prorsus idem sunt, et ignorantiam juris significant, cum alibi εἰδώς (infra V, c. 8, §. 9; c. 9, §. 4 et 5), quin et ipsum ἀγνοῶν nonnunquam (infr. §. 15; V, c. 8, §. 3) de rebus singularibus dicatur. Verte: *Vero non sciens, sed insciens.* Erravit Hegelius non in sententia, sed in vocabulo, qui (*Rechtsphilosophie*, §. 140 not., p. 190) dixit, Aristotelem nostro loco οὐκ εἰδώς et ἀγνοῶν opponere, cum δι' ἄγνοιαν et ἀγνοῶν opposuerit. — ὧν δή) δή non agnoscunt El, NC, Par, Cardwellus, Bekkerus tacite, item Paraphrastes, mutata tamen structura; sed in textu quidem Aristotelis hanc vocem numerus requirere videtur. — κακοὶ γίνονται) Multo aliter nunc nostratium plerique statuunt, qui ignorantiam boni et mali optimam esse judicant peccati excusationem, et quemlibet, licet turpissima et injustissima perpetraverit, tamen bonum habebunt, dummodo putaverit bona esse, quae meditatus sit: ut ante hos viginti octo annos in ipsa Germania vidimus exemplum juvenis, qui pro salute patriae venalem scriptorem interficiendum decreverit.

§. 15. τὸ συμφέρον) *Id quod expedit, utile;* adde: et honestum. — ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια) Hoc idem est quam ἀγνοῶν· propositum ipsum malum erit, simul atque agens sibi proposuerit quae non sint agenda, boni ignoratione. Nam si quis ignorantia singularum rerum peccaverit, non habuit malum propositum, cum malam ex sua actione citra propositum profectam consequentiam, priusquam egerit, nec vidit nec voluit. Distinguitur tamen ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια et ἡ καθόλου ita, ut posterior sit ignorantia ipsius finis vel mala intentio, prior ignorantia bonorum instrumentorum ad finem assequendum pertinentium. Nam προαίρεσις instrumenta agendi, βούλησις finem spectat, ut infra auctor exponet c. 2, §. 9; c. 3, §. 11, 16

et 17. Itaque cum de proposito loqui in animo habuerit, supra συμφέρον modo dixit et honestum nobis supplendum reliquit; honestum enim ad finem spectat, instrumenta autem agendi sunt *utilia* vel *bona propter aliud*, secundum ea quae supra distinxit (I, c. 6, §. 9). Ignorantia autem in proposito ideo non est universalium, quia instrumenta in singulis rebus versantur ante actionem nos circumstantibus: nihilominus tamen ignorantia in proposito non est ignorantia facti sive rerum singularium; sed omnes circumstantias sciunt, et tamen male iis utuntur et inter eas eligunt, qui in proposito falluntur. Hanc differentiam inter ignorationem finis et ignorationem in proposito exemplo illustrat Giphanius, cum dicit, ἄγνοιαν ἐν προαιρέσει accidere incontinentibus (ἀκρατέσι). Scilicet non errant in fine; sciunt enim libidines esse fugiendas, sed cupidine moti de via decedunt, quae ducit ad finem. Intemperans (ἀκόλαστος) vero jucundum pro bono habens ignorantia universalium laborat, cum, quae ad jucundum obtinendum faciant, probe sciat. — οὐδ' ἡ καθόλου) Ignorantia boni finis est ignorantia universalium. Et hic jam exemplum Paraphrastae ab ebrietate sumtum ferri potest, quo ebrietatem spontaneam propter ignorantiam boni ab ebrietate non spontanea propter ignorantiam facti distinguit: οὐ γὰρ τὸ καθόλου περὶ τῆς μέθης ἀγνοεῖν ὅτι πονηρὸν, αἴτιον γίνεται τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τὸ ἀγνοῆσαι μερικῶς τήνδε τὴν μέθοδον. οἷον, φέρε εἰπεῖν, οὐκ εἰδότα μέχρι πόσου πιόντας ἔνι μεθύειν.

§. 16. οὐ χεῖρον) *Haud ab re erit;* eodem sensu occurrit infra IV, c. 7, §. 1. — περὶ τί ἢ ἐν τίνι) Donatus Acciajolus ἐν τίνι de loco et tempore intelligit, cum significet objectum actionis. Paraphrastes utrumque omisit, τίς jam de eo intelligens, in quem cadat actio: τὸ αὐτοῦ πρόςωπον τοῦ πρὸς ὅν τις ποιεῖ ὃ ποιεῖ. Rectius Interpres graecus: τὸ δὲ περὶ τί καὶ ἐν τίνι τοῦ αὐτοῦ δηλωτικὰ ἔοικεν εἶναι, τοῦ περὶ τί ὑποκείμενον καὶ ἐν τίνι ὑποκειμένῳ ἡ πρᾶξις. Nempe antea Aristoteles dixerat καί, ut novam adderet circumstantiam; addens vero ἤ, quod saepius per hos libros explicandi gratia positum est, indicat, eandem circumstantiam (περὶ τί) nova quadam locutione (ἐν τίνι) a se circumscriptam fuisse.

Refer *περὶ τί* ad rem inanimam, *ἐν τίνι* ad hominem. Itaque tres priores singularum circumstantiarum categoriae sunt: 1) subjectum, quod agit; 2) substantia actionis; 3) objectum, in quod agitur. Tres reliquae categoriae per se patent.

§. 17. Recenset Philosophus sex singulas circumstantias et exempla earum affert: 1) *τίς: δῆλον δέ.* 2) *τί: ὃ δὲ πράττει.* 3) *ἐν τίνι: οἰηθείη.* 4) *τίνι: καὶ ἐσφαιρῶσθαι.* 5) *ἕνεκά τινος: καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ.* 6) *πῶς: καὶ δεῖξαι.* — *ἐκπεσεῖν*) ***Verba ex ore excidisse non volentibus.*** Paraphrastes: *μὴ συνορῶντες, ὃ λέγουσιν.* — *Αἰσχύλος*) Interpres graecus: *δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξίτισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι. ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων, τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε. Λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν περιφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν, καὶ Ἀρειοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον, ἐδόκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτῶν τῶν δικαστῶν ἀφέντων μάλιστα διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν τῇ ἐπὶ Μαραθῶνι μάχῃ. ὁ μὲν γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κυναίγυρος ἀπεκόπη τὰς χεῖρας, αὐτὸς δὲ πολλὰ τρωθεὶς ἀνηνέχθη φοράδην.* — *ἢ δεῖξαι*) Aliud exemplum, quo agens nescit *τί*, nempe *τὸ ἀφεῖναι*, cum putet substantiam actionis suae esse *τὸ δεῖξαι*. Interpres graecus: *οἷον ὁ τὸν καταπέλτην ἐπὶ τῷ δεῖξαι ἀφεὶς καὶ ἀποκτείνας.* Explanat denuo (et mox l. 9) *ἤ* eandem circumstantiam, *καί* vero in sequentibus novam semper affert circumstantiam. — *ἡ Μερόπη*) In Euripidea fabula, cujus exitum magnopere laudat Aristoteles (Poët. c. 14): *κράτιστον δὲ τὸ τελευταῖον* (sc. *τὸν μέλλοντα ποιεῖν τι τῶν ἀνηκέστων δι' ἄγνοιαν, ἀναγνωρίσαι πρὶν ποιῆσαι*), *λέγω δὲ οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισεν.* — *λελογχωμένον δόρυ*) Paraphrastes addit: *νομίσας ἄνευ λόγχης εἶναι.* — *κίσσηριν*) Felicianus: „Ut si quis lapidem, quem opinetur esse pumicem, in aliquem projiciat, atque ita imprudens interficiat.“ — *καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ*) Pater, ex. gr., filium castigans. Felicianus: „Si feriamus aliquem mente exturbatum, ut resipiscat, vel caedamus curandi causa, ille autem pereat.“

— καὶ δεῖξαι) Felicianus de eo accipit, qui „leviter percutere putans, ictum vehementem inflixit: verbi causa *ostendere* volens et docere, sicut faciunt ii *qui summis manibus decertant*; nempe quia exercitationem, non pugnam instituunt. Si vero e Giphanii conjectura θῖξαι (M^b δίξαι) legere possemus, οἱ ἀκροχειριζόμενοι esset peculiare certantium genus.

§. 18. ἐν οἷς ἡ πρᾶξις) Priore loco haec verba ad omnes sex categorias referenda sunt, posteriore loco jam Paraphrastes recte explicavit: τὰ πρόςωπα καὶ τὸ ἔργον. Similiter Interpres graecus: ἀντὶ τοῦ περὶ τί.

§. 22. (Cap. III.) ἢ θυμόν) καί pro ἢ Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, minus accurate; non enim utrumque (et cupiditas et ira) singularum actionum causa est, sed uniuscujusque alterutrum. Quamquam has particulas Aristoteles saepe inter se permutavit, cum infra §. 24. scripserit: ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας.

§. 24. τὰ κατὰ λογισμὸν ἢ θυμόν) Aeque, vel fere aeque imputantur nobis actiones, sive affectu quodam compulsi, seu sobria ratiocinatione egerimus (vide supra ad §. 14, p. 106). — αἱ δὲ πράξεις) Cardwellus ex suo codice (K^b) ὥςτε καὶ αἱ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου, omissis ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. Et habet quidem et El ὥςτε καὶ αἱ, et CCC in margine ἔτι καὶ αἱ. Sed lectio Cardwelliana insipidam affert consequentiam. Itaque αἱ δὲ πράξεις non est consequentia, sed pertinet ad rationem, cur talia in iis, quae invite fiunt, numerare, fuerit absurdum.

CAP. II. §. 1. (Cap. IV.) Cum in virtute magis spectetur, quomodo dispositi simus in animo, quam quid actum sit et exstet in rerum natura per nostram operationem, proposita demum virtutem significant, cum externi virtutum actus etiam (ut dicit Donatus Acciajolus) forte fortuna aut propter ostentationem vel simulatione aliqua vel ignorantia vel violentia fieri possint. — ἡ προαίρεσις δή) δέ NC, CCC, Par, L^b, M^b, N^b, O^b, Ven; tum continuata, non incepta esset disquisitio. — τὰ ἐξαίφνης) Sunt actiones per affectum aut cupiditatem commissae, quas cum agens non praemeditatus sit, propositae esse non possunt, sed tamen ut spontaneae imputantur (cf.

supr. ad c. 1, §. 14 et 24). Praesumunt jurisconsulti nostri propositum in ejusmodi actionibus et de *dolo indirecto* cogitant, cum praemeditatae actiones ex *dolo directo* ortae dicantur; vide quae diximus *System d. phil. Moral*, p. 90-97.

§. 4. Secunda ratio (v. Conspectum) planior ea est: Cum incontinentis propositum cupiditate, continentis cupiditas proposito superetur, propositum et cupiditas idem esse non possunt.

§. 5. ἐναντιοῦται) Addit Paraphrastes: *καὶ γὰρ προαιρούμεθα πολλάκις ἐναντία ὧν ἐπιθυμοῦμεν.* Et cum id, ut Felicianus vidit, in continente jam patuerit, redeunt ad idem secunda et tertia ratio. — ἐπιθυμίᾳ δ' ἐπιθυμία οὔ) Interpres graecus: *δοκεῖ καὶ ἐπιθυμία ἐπιθυμίᾳ ἐναντία· οἷον εἴ τις δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ χρηματισμοῦ, ὧν τὸ μὲν δεῖται δαπάνης, ὁ χρηματισμὸς δὲ φειδοῖ περιγίνεται χρημάτων.* Pergit Felicianus multa amplificans: „Sed fortasse minime contraria ea sunt dicenda, quae aliquando inter se ita affecta sunt, sed non semper, quemadmodum album et nigrum, bonum et malum; haec enim non aliquando sunt contraria, aliquando non, sed semper. Ita quoque bona electio malae cupiditati semper est contraria, cupiditas vero gloriae et pecuniarum non semper; in sophista enim utraeque hae sine ulla repugnantia esse reperiuntur, quippe qui arroganti illa docendi ostentatione et gloriam et lucrum simul aucupetur. Dicere etiam possumus, cupiditates eas minime inter se esse contrarias, licet quandam repugnantiam prae se ferant: eo quod contrarietas non in diversis, sed in eadem re considerari debet, cupiditates autem ejusmodi rei contrariae inter se reperiri nullo modo possunt. Quomodo enim fiet, ut idem et ali et non ali, et comedere et non comedere simul cupiat? Nam ita quoque electio cupiditati esse contraria dicitur." Dilucide exposuit interpres, quae sit differentia inter *diversum* et *contrarium*. Itaque cum cupiditas a cupiditate diversa tantum, electioni autem contraria esse possit, patet et inde, propositum non esse cupiditatem. — οὐθ' ἡδέος) Felicianus addit: „Sed boni et mali, honesti et turpis esse consuevit."

§. 8. ἂν γενέσθαι) γενέσθαι ἂν H[a], K[b], M[b], O[b], Par, Bekkerus.

§. 10. ἡ δὲ προαίρεσις) ἡ προαίρεσις δέ Bekkerus, Par.

§. 13. ἢ τῷ ὀρθῶς) ἢ hic non, ut putavit Victorius, valet *quam* (quod quidem propter μᾶλλον exspectaveris), sed *aut;* nempe Aristoteles praemissae categoriae *quid* subjungit categoriam *quomodo.* Propositum laudatur, si agimus *quae* debemus et *quomodo* debemus. Paraphrastes priorem categoriam induxit, omissa altera: ὅταν προαιρώμεθα ἃ δεῖ. — τῷ ἀληθῶς) ὡς ante ἀληθῶς addunt Par, K^b, N^b, O^b; sic Cardwellus et Bekkerus. Intellige: τῷ εἶναι ἀληθῶς. Paraphrastes: ἡ δὲ δόξα ἐπαινεῖται, ὅταν δοξάζωμεν τὰ ἀληθῆ.


§. 14. τὰ ἄριστα) τε ἄριστα Cardwellus et Bekkerus secundum H^a, K^b, N^b; Par τε, omisso ἄριστα.

§. 16. ὡς ὄν) Non est hoc quidem loco accusativus absolutus, ad προαίρεσιν referendus, ut secundum Camerarium voluit Zellius, etiamsi ejusmodi accusativorum, praecedente ὡς vel ὥςπερ (*Buttm. Gr. Gr.* §. 132, *Anm.* 5), admodum frequens apud Aristotelem sit usus: cf. infr. c. 5, §. 9; X, c. 2, §. 3; X, c. 9, §. 17. Sed vel cum Lambino ad τοὔνομα referas: tanquam prae ceteris eligendum. Vel potius ὡς cum ὑποσημαίνειν junge: *nomen ipsum propositi significat, esse ceteris praeponendum.*

CAP. III. §. 1. (Cap. V.) ἄν τις βουλεύσαιτο) βουλεύσαιτο ἄν τις Par; βουλεύσαιτ' ἄν τις Cardwellus et Bekkerus ex H, K^b, N^b. O^b.

§. 3. τῆς διαμέτρου) Semper apud Aristotelem de incommensurabilitate lineae diagonalis et lateris quadrati accipiendum est, etiam si omittit τῆς πλευρᾶς (Met. I, 2; Rhet. II, 19), nunquam de quadratura circuli. Nam commensurabilitatem fieri non posse (Rhet. II, 19), et incommensurabilitatem veritatem aeternam esse (De gen. animal. II, 6) Aristoteles dicit; id quod de quadratura quidem circuli, etiamsi probe perspexerit, quam magnam difficultatem ejusmodi mensura habeat (De auscult. phys. I, 2), jam pro certo affirmare nullo modo potuit, cum Archimedes primus librum de hoc problemate scripserit et Lambertus demum incommensurabilitatem probaverit. Quomodo autem, diagonali et lateri quadrati communem mensuram

non esse, demonstret vir geometricus, — quum viro non geometrico admirabile videri posse, si quid minimo non mensuretur, Aristoteles ipse dixerit (Met. I, 2) —, jam explicat Georgius Pachymeres in paraphrasi graeca Aristotelici de lineis insecabilibus libri graece deperditi, dicens (c. 2): *εὐθεῖαι δὲ σύμμετροί εἰσιν ἢ καὶ μήκει καὶ δυνάμει (ἀδύνατον γάρ, μήκει οὔσας συμμέτρους μὴ καὶ δυνάμει εἶναι), ἢ δυνάμει μόνον, οὐ μὴν δὲ μήκει.* Jam exemplo affert, lineam 6. pedum et lineam 4. pedum commensurabiles esse longitudine et potentia; 6. enim et 4. binario, potentias 36 (6^2) et 16 (4^2) quaternario numero mensurari. Et pergit: *τὰ δὲ δυνάμει μόνον σύμμετρα, οὐ μὴν δὲ καὶ μήκει, ἡ διάμετρος καὶ ἡ πλευρὰ τοῦ αὐτοῦ τετραγώνου δείξει.* Dicit enim, quadratum lateris (*acbd*) dimidium esse quadrati diagonalis (*cdfe*), nempe secundum theorema Pythagoricum:



lineas vero ipsas *ac* et *cd* commensurabiles esse non posse. Id, quod hoc modo probatur. Sit linea *ac* trium pedum, quadratum *acbd* continebit novem (3^2) pedes quadratos, quadratum vero *cdfe* duplum numerum. Jam effici nullo modo potest, ut quadrati rationalis (ex. gr. 9) duplum (sc. 18) ipsum sit magnitudo rationalis. Vel si quadratum diagonalis est magnitudo rationalis (verbi causa 16), fieri nunquam potest, ut dimidium (nempe 8) sit quadratum rationale. — Alter editorum versionis Garvianae, nescio, utrum Manso, an Schneiderus (vide praefationem voluminis alterius), laudat

(p. 24-25. not.) Garvium, quod in versione verba ὅτι ἀσύμμετροι omiserit, cum hypotenusa et cathetae (de his enim Garvius Aristotelicum textum intelligit) trianguli rectanguli saltem scaleni non sint necessario incommensurabiles; cum enim $5^2 = 4^2 + 3^2$ ($25 = 16 + 9$), commensurabilia erunt latera hujusmodi trianguli, non modo potentia, sed et longitudine, ut notavit jam Donatus Acciajolus. Sed cum Philosophus dicat τῆς πλευρᾶς, non de oblongo, sed de quadrato agitur. Dubitatque jam ipse editor Garvianus, num recte verterit Garvius, cum textus πλευρᾶς, non πλευρῶν habeat. Male tamen pro πλευρᾶς conjicit vel περιφορᾶς vel περιφερείας, ut quadratura circuli intelligatur; id enim cur fieri non possit, jam supra exposuimus.

§. 4. ἄλλην αἰτίαν) Par et Bekkerus αἰτίαν ἄλλην.

§. 6. δι' ἡμῶν οὐδέν) ἡμῶν οὐδέν L^b; οὐδὲν δι' ἡμῶν Cardwellus et Bekkerus secundum H^a, K^b; οὐδὲν ἡμῶν M^b.

§. 7. τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν) ἐν pro ἐφ' Cardwellus e Par et K^b; καὶ πρακτῶν pro πρακτῶν idem e Vrat, et K^b (Bekkero dissentiente), Coraes. — αὐτῶν) Bekkerus αὑτῶν.

§. 9. τέχνας) Interpres graecus et δόξας (sic N^b et corr. L^b) legi contendit, additque: τὸ αὐτὸ γὰρ ἀμφότερον δῆλοι· καὶ γὰρ ὧν δοξάζομεν καὶ ἐπιστήμας οὐκ ἔχομεν, περὶ τούτων μάλιστα βουλευόμεθα· ἀλλὰ καὶ ὅτι ἧττον τῶν ἐπιστημῶν αἱ τέχναι τὸ ὡρισμένον καὶ βέβαιον ἔχουσι, δῆλον, εἴγε αἱ μὲν ἐπιστῆμαι περὶ τὰ ἀΐδια, αἱ δὲ τέχναι περὶ τὰ ἐν γενέσει.

§. 10. ἐπιπολύ) ἐπὶ τὸ πολύ Ven, Interpres graecus, Coraes, Bekkerus tacite.

§. 11. ὥςπερ διάγραμμα) Quaerit, qui problema geometricum resoluturus est. Exemplo sume problema: *Tribus circumferentiae punctis datis, quaere centrum circuli.* Quod ut invenias, junge puncta duabus lineis, divide lineas in duas partes sibi aequas, erige perpendiculum super singulas lineas, et qua se tetigerint perpendicula, habebis centrum circuli. Quod quidem, cum postremum in resolutione inveniatur, tamen est principium, e quo pendent omnia hujus descriptionis (διαγράμματος) momenta.

§. 14. ἐν τοῖς λοιποῖς) Intellige vel cum Giphanio *in reliquis rebus, in quibus nulla proprie sint organa*, vel potius, cum non de rebus, sed de categoria quadam circumstantiarum agatur, *in reliquis categoriis:* nempe *per quem*, quae proprie non est alia categoria, sed ejusdem categoriae alia forma. Etenim ut in instrumentis inanimis modo de ipsis, modo de usu eorum quaeritur: sic et in categoria *per quem*, modo id ipsum quaeri potest, modo *quo modo sive qua ratione* per hunc agamus; nec disjungit ἢ (πῶς ἢ διὰ τίνος), sed explicat, ut saepius. Sic Paraphrastes et Interpres graecus ad διὰ τίνος supplent τρόπου. Paraphrastes et Argyropylus δι' οὗ male genere neutro acceperunt, cum jam Lambinus recte verterit: *cujus opera.* Garvius: *durch uns, wie, durch wen* vertens, non exposuit, quomodo δι' οὗ et ὄργανα inter se differant, nisi velis de omnibus rebus, quae ad finem conferunt, accipere, ut Paraphrastes: περὶ τῶν φερόντων εἰς τὸ τέλος.

§. 16. οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα) Propositum et consultatio non circa universalia, ut voluntas, versantur, sed neque de ipsis singularibus, ut sensus, judicant; sed perceptis per sensum singulis rebus, quomodo mutentur singularia, consultamus, universalem finem ut exsequamur. Cf. supr. ad c. 1, §. 15. — ἢ πέπεπται) om. El, et Argyropylus; ἢ πέπεσται Vrat, L^b; ἢ πέττεται Ven; ἢ πέψεως K^b (corr. secundum Bekkerum), Cardwellus. — ἢ πεποίωται ὡς δεῖ) ἢ πεποίωται ὡς om. K^b, Cardwellus; ἢ πεποίωται om. Vrat, H^a, L^b, M^b, O^b, Bekkerus, et est pro glossemate habendum; πεποίηται pro πεποίωται Par, N^b, Paraphrastes. Sic vulgatam tueri videntur soli NC et CCC; recte tamen se habet πεποίωται, de qualitate scilicet panis dictum. — βουλεύσεται) sc. τις, ut saepius (cf. supr. ad I, c. 2, §. 1; et infr. III, c. 5, §. 8.; V, c. 1, §. 4. etc.)

§. 17. τὸ ἡγούμενον) Interpres graecus: τοῦτο δέ ἐστιν ὁ πρακτικὸς νοῦς.

§. 18. Ὅμηρος) Cf. Iliad. II, v. 53. sqq. et 83. sqq. Felicianus eleganti Interpretis graeci amplificatione: „Homerus siquidem reges ea, quae elegerant, ad populum referentes inducit. Apte autem

reges hic rationali ac consultatrici animae parti comparare videtur Aristoteles, populum vero appetitioni; nam sicut illi populorum domini sunt, ita mens in nobis in reliquas animae nostrae partes ratione vacantes imperium obtinet. Ubi igitur mens nostra quasi rex consultaverit ac decreverit quippiam, appetituique tanquam populo decretum suum communicaverit, et ille assentiens approbarit: tum demum electio facta esse dicitur.“ — *ἀνήγγελλον*) Sic Wilkinsonus, Cardwellus et Bekkerus sine varietate codicum suorum: Zellius contra *ἀνήγγελεν*, codices affirmans consentire „in aoristo secundo, in hoc quidem verbo nonnullis suspecto;“ sed sensus postulat imperfectum.

§. 19. *βούλευσιν*) Interpres graecus *βούλησιν* (ut M^b) legens, explicat: *ἐπεὶ ὄρεξις καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία· ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν ἄλλων, ἡ δὲ ὡς ἀγαθοῦ τινὸς ὄρεξις βούλησις.* Sed fugit Interpretem hoc loco non de fine, sed de proposito, quod ad instrumenta agendi pertinet, agi.

CAP. IV. §. 1. (Cap. VI.) *βούλησις*) Habemus tres imputationis modos: Spontaneum, propositum, voluntatem vel intentionem; et his tribus gradibus omnis imputatio continetur. Vide, quae diximus in Dissertatione *De doli et culpae in jure criminali notionibus*, c. 1; et *Syst. d. phil. Moral*, in tribus libri primi partibus (*Die Schuld, Der Vorsatz, Die Absicht*). — *εἴρηται*) cf. supr. c. 2, §. 9.

§. 3. *τό βουλητόν*) *τό* om. K^b, L^b, M^b, O^b, Par.

§. 4. *τῷ δὲ φαύλῳ τὸ τυχόν*) Haec est illa supra (c. 1, §. 15) memorata universalium ignorantia, quae est causa improbitatis, si cui bonum videtur id, quod vere bonum non est.

§. 5. *μέτρον*) Hic est verus sensus illius sententiae Protagoriae: Hominem esse mensuram omnium rerum. Ratio universalis, quae in homine aliquo emergit, est regula boni et veri. Protagoras vero quemlibet cujusvis boni, quod sibi videatur, ipsum regulam et mensuram esse contendit (cf. *Hegel. Gesch. d. Phil.*, T. II. p. 27—29).

CAP. V. §. 1. (Cap. VII.) *περὶ ταῦτα*) Interpres graecus: *περὶ τὰ βουλευτά.* Quam ineptam tautologiam Paraphrasis et ipsa refert: *αἱ πράξεις, αἱ περὶ τὰ βουλευτὰ καὶ προαιρετὰ, κατὰ προαίρεσιν εἶεν.* Sed intellige: *περὶ τὸ τέλος καὶ τὰ πρὸς τὸ τέλος.*

§. 2. *ἐφ' ἡμῖν δή*) *δέ* pro *δή* CCC, NC, Ven, Bekkerus. Si vulgatam *δή* a Mureto introductam rejicias, novam sententiam affert Philosophus, ut et Interpres graecus, voluit: *ὧν δὲ αἱ ἐνέργειαι ἑκούσιοί τε καὶ ἐφ' ἡμῖν, τούτων καὶ αἱ ἕξεις, ὡς προϊὼν δείξει καὶ αὐτός.* Et cum probatio illa sequatur, *δέ* revera praeferendum videtur. — *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία*) Haec contra Socratem disputata sunt. Cf. Magn. Moral. I, 9: *Σωκράτης ἔφη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι τὸ σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους. εἰ γάρ τις, φησὶν, ἐρωτήσειεν ὁντιναοῦν, πότερον ἂν βούλοιτο δίκαιος εἶναι ἢ ἄδικος, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν ἀδικίαν. δῆλον δ' ὡς, εἰ φαῦλοί τινές εἰσιν, οὐκ ἂν ἑκόντες εἴησαν φαῦλοι· ὥςτε δῆλον, ὅτι οὐδὲ σπουδαῖοι.*

§. 3. *τὸ τὰ καλά*) *τό* om. NC, CCC, Ven; Bekkerus tacite expunxit, Cardwello sui codicis variam lectionem non notante. — *τοῦτο δ' ἦν*) Praeteritum, quia jam supra demonstratum est, bonos honesta et malos turpia agere. Eodem sensu praeteritum occurrit: infr. c. 8, §. 14; V, c. 1, §. 12; c. 6, §. 10; IX, c. 3, §. 4. — *ἐφ' ἡμῖν ἔσται*) *ἄρα* pro *ἔσται* Cardwellus et Bekkerus secundum Par, H^a, K^b, O^b.

§. 4. *πονηρός*) Interpres graecus refutat eos, qui putant, Aristotelem proverbii sententiam immutasse, et *πονηρόν* in hoc versu non significasse *improbum*, sed *aerumnosum* utpote *beato* contrarium. Infitias sane non it Interpres, vocem illam, mutato accentu (*πόνηρος*), hunc sensum habere, quippe cum ipse Hesiodi versus afferat, ubi Alcmene dicit Herculi:

> ὦ τέκνον ἦ μάλα δή σε πονηρότατον καὶ ἄριστον
> Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ.

Contendit tamen Interpres, *πονηρός* nostro loco *aerumnosus* esse non posse, cum *τὸ πονεῖν*, praesertim in Hercule, de laboribus sponte susceptis intelligi debeat, proverbium vero *τὸν πονηρόν* non spontaneum esse velit. Sed claudicat haec ratio;

invitus enim Hercules jussu Junonis labores suscepit. Quin Epicharmum Interpres citat in Hercule furente (παραφέρῳ) eodem utentem proverbio, ubi πονηρός etiam non *improbus*, sed *aerumnosus* esse ipsi videtur:

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ 'ναγκαῖος ταῦτα πάντα ποιέω,
Οἴομαι δὲ, ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄταν ἔχων.

Itaque Mureto assentior, qui dicit, πονηρός hoc proverbio vere ea significatione usurpari, qua est *miser, laboriosus*, ut et μακάριος est *beatus*, *dives*, a philosophis autem alteram illam significationem allatam esse. Quod tamen non vituperaverim. Nam ipsum vulgus Deos bonis favere et improbos infelices esse putabat, ita ut ipsis vulgi opinionibus hoc proverbium etiam mutato sensu accommodari posset. Quamobrem et supra (I, c. 8, §. 4) felix erat, qui secundum virtutem operabatur (εὖ πράττων). — μάκαρ) μακάριος El, NC, CCC, Par, Vrat, K^b^, L^b^, M^b^, N^b^, O^b^, Ven, Paraphrastes. Itaque cum omnes codices uno excepto (H^a^) in μακάριος consentiant, Victorii correctionem, qui carminis habita ratione veretur, ne μάκαρ legi debeat, tandem aliquot saeculis post expungendam puto; et haec verba, cum plane inhaereant in structura orationis solutae, jam nunc non tanquam versum legi et imprimi malim, quamvis sit versus veteris poetae, ut dicit Plato (in dialogo de Justo, p. 374. ed. Steph., p. 519. ed. Bekk.), qui habet μάκαρ.

§. 6. παρὰ τὰς ἐφ' ἡμῖν) Cardwellus ἐν pro ἐφ' secundum K^b^, O^b^. — ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν) ἐν pro ἐφ' Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis, excepto M^b^.

§. 7. τοιούτοις δέ) τούτοις δέ Par, Ven, Coraes; item Wilkinsonus, Cardwellus et Bekkerus, ita ut vulgata τοιούτοις unius tantum codicis (Vrat) auctoritate fulciri videatur; τούτοις δ' ὡς M^b^. Sed saepius Aristoteles hac voce satis eleganter utitur pro οὗτος, vel etiam pro *his atque talibus*, ut in loco castigatissimo Poëtices, c. 6 (c. 7. ed. Buhl.) de tragoediae definitione: δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τ ο ι ο ύ τ ω ν (i. e. ἐλέου, φόβου et similium) παθημάτων κάθαρσιν. Cf. Eth. Nic.

IV, c. 7, §. 1. etc. Itaque τούτοις facile intrudi potuit e Paraphraste: τούτῳ τῷ λόγῳ. — δι' ἄγνοιαν) Iam duo distinguuntur genera actionum propter facti ignorantiam. Aut enim ignorantiae ipsi sumus auctores, aut non: prior ille error imputatur et vocatur a jurisperitis *culpa;* posterior, qui vocatur *casus*, omni vacat imputatione. Cf. *Syst. der phil. Moral*, p. 58—64. — πρὸ ἔργου) Vel προὔργου significat *utile, id quod proficit.* Jam Interpres graecus explicat προτιμοτέρου, συμφέροντος, πλείονος: et πρὸ ὁδοῦ eodem sensu accipi contendit.

§. 8. διπλᾶ) cf. Polit. II, 12: ἐγένετο δὲ καὶ Πιττακὸς νόμων δημιουργὸς, ἀλλ' οὐ πολιτείας· νόμος δ' ἴδιος αὐτοῦ τὸ τοὺς μεθύοντας, ἂν τυπτήσωσι, πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων· διὰ γὰρ τὸ πλείους ὑβρίζειν μεθύοντας ἢ νήφοντας οὐ πρὸς τὴν συγγνώμην ἀπέβλεψεν, ὅτι δεῖ μεθύουσιν ἔχειν μᾶλλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον. Cf. Rhet. II, 25; Diog. Laërt. I, §. 76. — ἐν αὐτῷ) sc. μεθύοντι e praecedente τοῖς μεθύουσι, numero mutato, ut saepius: infr. c. 6, §. 11; IV, c. 5, §. 10; VI, c. 8, §. 5; VIII, c. 3, §. 2. Hoc tamen loco redit tantum Aristoteles ad singularem (δοκῇ), plurali μεθύουσιν interposito.

§. 9. ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὄν) Habes hoc loco accusativum absolutum, de quo verba fecimus supra ad c. 2, §. 16.

§. 11. ἡντιναοῦν) Bekkerus ἡντινοῦν.

§. 13. μὴ βούλεσθαι) His verbis et tota hac disputatione philosophum nostrum in Platonem invehi, adnotaverunt viri docti, qui saepe contendit, vitium non esse voluntarium, cum non in voluntatem cadat; cf. Protag. p. 345 (p. 217—218) etc.

§. 14. προεμένῳ) Vel *postquam se effudit et projecit*, vel cum Paraphraste, quem sequitur Argyropylus, intellige τὴν ὑγίειαν. Prius tamen magis placet, cum posterius sit tautologia, et unde sumas τὴν ὑγίειαν, non liqueat. — λαβεῖν) Legunt βαλεῖ El, Ven, Zellius, Cardwellus, Bekkerus sine codicum suorum varietate. Nobiscum faciunt NC, CCC, Argyropylus, Lambinus, Coraes. Quomodo autem illi viri docti βάλλειν et ῥίπτειν distinguant, nescio.

§. 15. καὶ αἶσχος) Omittunt H[a], K[b], O[b], Cardwellus, Bekkerus; item Argyropylus pugnante codice graeco, cujus lectionem Acciajolus margini versionis apposuit; καί om. M[b]. Iam Lambino hae voces ideo explodendae videntur, quod idem modo dictum sit. Accedo.

§. 16. αἱ μέν) μέν om. Bekkerus, Par, Ven.

§. 17. εἰ δέ τις) De structura hujus loci vide supr. ad I, c. 7, §. 14. — εἰ δὲ μηδείς) Pro μηδείς legit μὴ οὐδείς Bekkerus ex H[a], K[b], O[b].

§. 19. παρ' αὐτῷ) παρ' αὐτοῦ codex germanicus Lambini; παρ' αὐτόν Coraes, Cardwellus et Bekkerus cum H[a], K[b]; ita ut, codicibus Bekkeri reliquis, Wilkinsonianis, nec non Par et Vrat παρ' αὐτῷ legentibus, vulgata παρ' αὐτό (sic Ven), quae sensu caret, nulla codicum auctoritate niti videatur. — τῷ δέ) τὸ δέ NC, CCC, Vrat, L[b].

§. 21. (Cap. VIII.) ὅτι μεσότητες — ἕξεις) ὅτι μεσότης καὶ ἕξις K[b]; εἰσίν et ὅτι omittit etiam O[b]. — καὶ ὅτι τούτων) καί om. K[b], O[b]. — καὶ καθ' αὑτάς) καί om. Par, H[a], L[b], M[b], N[b], Bekkerus; κατὰ ταύτας M[b]; κατ' αὐτάς Par. Lectio plenior, utpote inusitatior, magis placet. Ceterum qui non per se (καθ' αὑτάς), sed per accidens (κατὰ συμβεβηκός) virtutem exercet, ex. gr. temperans est, ne aegrotet, is vere bonus dici non potest.

§. 22. ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος) Cum in actibus singula sciamus, in habitibus contra sensim et latenter singula incrementa fiunt.

§. 23. (Cap. IX.) πρῶτον) Non, ut vult Interpres graecus, ideo a fortitudine initium fit, quod sit longe difficillima et praestantissima omnium virtutum, nec, ut addit Donatus Acciajolus, quod sumat nomen quasi a virtute et a viro: sed quia mirabili judicio Aristoteles virtutes, quippe cum sint appetitus ad rationem directi, eo ordine persequitur, quo in hominis natura a vilioribus ad excellentiora progrediente appetitus unus ex altero pendet; ita ut potius a virtutibus minus praestantibus, i. e. fortitudine et temperantia circa dolores et voluptates versantibus, profectus, postremo ad prae-

stantissimam, nempe sapientiam (libro VI), perveniat, quae in summo cognoscendi appetitu posita est.

CAP. VI. §. 1. (Cap. IX.) *καὶ πρότερον εἴρηται*) *φανερὸν γεγένηται* K^b, O^b; addunt *φανερὸν γὰρ γεγένηται* Vrat, El, Ven. Paraphrastes: *διὰ τῶν προειρημένων ἐφάνη.* Cf. supr. II, c. 7, §. 2.

§. 2. *ὁρίζονται*) Plato in Protagora, p. 358 (p. 242): *προςδοκίαν τινὰ λέγω κακοῦ τοῦτο, εἴτε φόβον εἴτε δέος καλεῖτε*, et in Lachete, p. 198 (p. 292): *δέος γὰρ εἶναι προςδοκίαν μέλλοντος κακοῦ.*

§. 3. *ἄφοβος*) cf. supr. ad II, c. 7, §. 2.

§. 5. *μαστιγοῦσθαι*) Lacedaemoniorum notissimum morem oblique perstringit.

§. 10. *ὑπόγυια*) Paraphrastes: *αἰφνιδίως ἐπερχόμενα.* Sic et Eudemus (III, 1): *ὅταν πλησίον ᾖ τὸ τῆς τοιαύτης φθορᾶς ποιητικόν.*

§. 11. *οἱ μέν*) sc. *ἀνδρεῖοι* e praecedente *ὁ ἀνδρεῖος* (cf. supr. ad c. 5, §. 8).

§. 12. *ἡ ἀλκή*) *ἡ* om. H^a, K^b, L^b, M^b, O^b, Cardwellus et Bekkerus; Coraes e conjectura non male *ᾗ*.

CAP. VII. §. 1. (Cap. X.) *τὸ αὐτό*) Non, cum Paraphraste, *alii alia timent,* ex. gr. hic paupertatem, ille infamiam: sed, ut sequentia postulant, *idem non unicuique terribile;* jam enim de iis terribilibus, quae ad fortitudinem non pertinent, sermonem amplius non facit. Interpres graecus et hic, ut jam saepius notavimus, duplicem explicationem in medio proponit. — *τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον*) Paraphrastes: *οἷον σκηπτοὶ, καὶ σεισμοὶ, καὶ θαλάσσης ἐκδρομαί*, quibus addit Interpres graecus *χάσματα, ἐμπρησμοί.* — *τῷ ἧττον*) *τῷ* om. Par, Ven, Bekkerus.

§. 2. *ὑπομενεῖ*) Plerique ad *ὁ ἀνδρεῖος* referunt, non ad *ὁ λόγος*, cujus verbum *λέγει* vel *προςτάττει* supplendum est (ut infr. §. 5; c. 8, §. 12; c. 11, §. 8); quod apparet e c. 12, §. 9. Bekkerus post *ὑπομενεῖ* distinxit, ita ut *ὑπομενεῖ* ad *ὁ λόγος* et *τοῦ καλοῦ ἕνεκα* ad *φοβήσεται* retulerit. Quamquam quid cogitari potest absurdius, quam si dicas: *fortis ho-*

nesti causa talia timebit, sed ita ut ratio sustinebit? Nam primo ὑπομενεῖ et φοβήσεται non inter se comparantur, cum sint opposita. Deinde cur ratio futuro utatur, nemo explicaverit, cum sit semper praesens sibique eadem aeternaque et immutabilis.

§. 4. ὅτι οὐ δεῖ) Est secunda sex categoriarum, quas supra (c. 1, §. 16) memoraverat, nempe τι: ὅτι οὐχ ὡς δεῖ est sexta, πῶς; addit igitur hoc demum loco septimam, tempus (ὅτι οὐχ ὅτε).

§. 6. τὸ κατὰ τὴν ἕξιν) Cum finis sive bonum uniuscujusque actus id sit, quod habitui conveniat, boni gratia vir fortis habitui fortitudinis convenienter aget.

§. 7. τῶν δ' ὑπερβαλλόντων) Vide supra II, c. 7, §. 2, et quae ad eum locum diximus, de quo etiam subsequens εἴρηται intelliges. — τοὺς Κελτούς) cf. Eud. III, 1.: οἱ Κελτοὶ πρὸς τὰ κύματα ὅπλα ἀπαντῶσι λαβόντες.

§. 9. ἐν τούτοις) Zellius: „sc. ἐν οἷς δύνανται μιμεῖσθαι.“

§. 10. Cf. Theophrasti Charact. XXV: περὶ δειλίας. Describuntur enim ab Aristotelis discipulo, hoc ipsum magistri opus nimirum respiciente, singuli naturales appetitus, quemadmodum toto animo potiti et ad extremum provecti vitiosam singulorum hominum indolem perficiunt. — ἐν ταῖς λύπαις) Recte Felicianus: „in timore, timor siquidem dolor quidam est.“ Excessus in ignavia facilius conspicitur, quam defectus (cf. supr. ad II, c. 7, §. 2).

§. 12. περὶ ταῦτα) Hanc vulgatam B, C, El, NC, CCC, Vrat, Ven, Ald tuentur; ταυτά („sic absque accentu,“ ut scribit mihi Hasius) A (L^b); ταὐτά Zellius e Par, Coraes, et Bekkerus tacite. Puto, hanc lectionem, quae placet Mureto, Lambino aliisque, e Paraphraste in textum irrepsisse, cum Argyropylus et alii eam non agnoscant. Nec opus erat, ut diceret Aristoteles, in iisdem hanc virtutem cum vitiis versari; hoc enim jam de omnibus virtutibus in universum declaravit. — ἐν αὐτοῖς ἀφίστανται) Ven, Giphanius et Bekkerus ἐν αὐτοῖς δ' ἀφίστανται. Sed copula adversativa mox demum in

apodosi adjungetur: οἱ δ' ἀνδρεῖοι. Objicienti πρότερον δ' item continere alteram adversativam in apodosi, respondebo ejusmodi adversativam in priore orationis parte difficilius intelligi quam in posteriore. Paraphrastes quidem et ipse δέ habet, sed altero addito participio: ἐν αὐτοῖς δὲ γενόμενοι ἀποπηδῶσιν.

§. 13. (Cap. XI.) αἱρεῖται) sc. τὰ φοβερά· reliqua intellige: *quia perferre honestum, vel quia non perferre turpe.*

CAP. VIII. §. 2. Ὅμηρος) cf. Iliad. XXII, v. 100; et VIII, v. 148. sqq.

§. 4. ὁ Ἕκτωρ) Agamemnon hos versus (Iliad. II, v. 391. et 393) pronuntiat, ut est etiam apud ipsum Aristotelem, Polit. III, 14. Hector tamen simillima profert Iliad. XV, v. 348—351. Nec mirum, quod in utroque loco Aristotelis hi versus paulo aliter scribantur, quam nunc apud Homerum legimus, cum memoriter eos Philosophus auditoribus haud dubie recitaverit.

§. 5. καὶ οἱ προστάττοντες) Lambinus e praecedentibus supplet ἀναγκάζουσιν et punctum post τύπτοντες ponit, τὸ αὐτὸ δρῶσι referens ad solum οἱ πρὸ τῶν τάφρων. Aristoteli οἱ προστάττοντες sunt duces, qui militibus timidioribus fortiores addunt, ut cedentes verberibus castigent. Interpres graecus Herodotum (VII, c. 223) citat, qui Persas hoc modo (ὑπὸ τοιούτοις ἐπιστάταις) cum Graecis ad Thermopylas pugnasse, memoriae prodiderit. — παρατάττοντες) Interpres graecus: τοῦτο περὶ Λακεδαιμονίων λέγοιτ' ἄν· τοιαύτην γάρ τινα μάχην, ὅτε πρὸς Μεσσηνίους ἐμαχέσαντο, ἐπολέμουν, ἧς καὶ Τυρταῖος μνημονεύει.

§. 6. ὁ Σωκράτης) Jam Interpres graecus citavit Platonem, qui in Lachete (p. 195. Steph., p. 285. Bekk.) et Protagora (p. 360. Steph., p. 245. Bekk.) fortitudinem definiat: ἐπιστήμην δεινῶν τε καὶ μὴ δεινῶν. — τοιοῦτοι) Paraphrastes: ἐπιστήμονες ὄντες. — κενά) Sic legunt A (L^b), C (superscriptis literis αι manu longe recentiore), NC, Par (superscripto αι), H^a, N^b, O^b; καινά exhibent B (superscripto ε prima manu), El et CCC (in eorum vero margine γρ. κενά), Vrat, K^b, M^b, quibus accedit codex Donati Acciajoli, Ven. Faciliorem lectio-

nem κενά amplexi sunt fere omnes, interpretandi nempe causa, ut Paraphrastes, Interpres graecus, Victorius, Casaubonus, Argyropylus ipse, Coraes, Bekkerus; sensumque praebet expeditissimum. Τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, vel ut dicit Tacitus (Hist. II, 69) *inania belli*, sunt vani rumores duci et exercitui terrorem injicientes. Redduntur enim apud Tacitum (l. l.) civitatibus Gallorum auxilia, quae dux Romanus *inter inania belli* assumserat, simulac defectionis rumor incesserat. Item Cicero ejusmodi rumori et hostium terrori subito suos in Cilicia debuisse fasces laureatos ingenue confitetur, scribens ad Atticum V, 20: *Scis enim dici quaedam πανικά, dici item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Rumore adventus nostri et Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, et Parthis timor injectus est. Itaque eos, cedentes ab oppido, Cassius insecutus, rem bene gessit.* Jam cum per hos falsos rumeros subitosque terrores saepe, ut in Cilicia, totum bellum una insperata et inopinata victoria profligetur, videtur etiam alterum proverbium in usu fuisse, ad hoc novum (καινόν) et inauditum et subitum exprimendum. Sic Thucydides (III, 30) Teutiaplum Eleum quendam inducit Peloponnesiis suadentem, ut subito et noctu Mitylenen classe adpellerent captam ab Atheniensibus: ita enim adoriendo illos de improviso posse opprimi; et pergit Teutiaplus: καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ, εἴ τις στρατηγὸς ἔν τε αὑτῷ φυλάσσοιτο καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο. Quod ita explicat Scholiastes: τὸ καινὸν οἱ μὲν διὰ διφθόγγου γράψαντες οὕτως ἐνοήσαν, τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δόξαν ποιοῦν ἐν τοῖς πολεμίοις νικᾷν, τοῦτ' ἔστι τὸ ἐπιπεσεῖν ἀφυλάκτως τοῖς ἐχθροῖς. Eodem modo Camerarius etiam e quarto Thucydidis libro citat: τό τε καινὸν τοῦ πολέμου ἥρπασεν, et Diodorum Siculum, qui libro XX. de admirabili et insperata Syracusiorum victoria et capto praeter opinionem Hamilcare dicat: ἀληθὲς εἶναι, ὅτι πολλὰ τὰ καινὰ τοῦ πολέμου. Wesselingius (ad Diodor. XVII, 86) tamen, ut ait Zellius, omnibus locis, ubi καινά in hac loquendi formula occurrit, κενά reponi vult (Diodor. XX, 30. et 68). Male. Differunt enim τὰ κενὰ et τὰ καινά τοῦ πολέμου, cum

alterum de inani, alterum de subito belli terrore dici debeat. Id quod Cicero recte perspexisse videtur, cum τὰ καινά illo loco πανικά nominet, et ad verum de adventu suo rumorem retulerit, qui subitum Parthis terrorem injecit. Jam nostrum ad locum ut redeamus, si legas κενά, sensus est: *Multi sunt vani bellici terrores, quod cum veteres peritique milites sciant, non statim timent, sed fortiter proelio se accingunt.* Ejusmodi fortitudo tamen duci satisfacere non posse videtur; si enim forte terror non inanis sit et revera, ut saepenumero fit, hostes ex improviso irruant, animis caderent illi ipsi veterani, experientia inanium terrorum male confisi. Itaque cum Camerario et Cardwello καινά legere malim, quod „quoniam disputat de scientia et usu rei militaris Aristoteles, non discrepat ab eo quod propositum est. Nam ut imperitis multa nova videntur et admirabilia omnibus in rebus et ideo inopinata offeruntur et terrent, sic periti et exercitati non solum ea quae accidunt constante animo et parato excipiunt, sed prospiciunt etiam antequam adveniant, non modo ut non perturbentur, sed ut ad sustinendum etiam adversa animo firmo sint atque magno.“ Nempe fortis fit miles, qui hastarum, sagittarum et fundarum jactu assuefactus est. Novus miles unumquemque reformidat jactum, et ab unoquoque feriri se et interfici putat. Postquam vero experientia doctus perspexit, multa tela incassum jactari, multaque alia in bello, quae timuerat, metuenda non esse, insuescens periculis, illa omnia, nova antea et inusitata, jam non reformidat. Utrum tamen haec possint etiam κενά vocari, quaeritur, cum timor non vanus sit omnino, multis telis etiam ferientibus. Sed puto; nam non omnia vana esse dicit Aristoteles, sed πολλὰ κενά. Hunc fere in modum interpretatur etiam Felicianus: „Primo enim vanas res, quae in bello occurrunt, optime intelligunt, quae scilicet, quamvis formidolosae ignaris videantur, nihil tamen pertractantibus experientibusque periculi afferunt, atque idcirco vanae appellantur; extrinsecus enim plurimum terroris prae se ferunt, intus nihil habere inveniuntur.“ Lectionem καινά et ideo praetulerim, quia, quomodo κενά in καινά, quod est

difficilius intellectu, mutari potuisset, non video, si κενά esset genuina lectio; ut supra II, c. 7, §. 1. de κοινότεροι et κενώτεροι diximus. Scholiastes tamen codicis A Hasio etiam κενά legisse videtur, utpote explicans inter lineas: ἔστι τινὰ. ἃ φοβερὰ μὲν δοκεῖ, ἔχει δὲ οὐδέν· ἃ λέγεται κενά.

§. 9. τὰ δὲ πολιτικά) Pro οἱ πολιτικοί, οἱ πολῖται. *exercitus civilis.* Garvius: *ii, qui prius memorata civili fortitudine utuntur.* Opponuntur iis οἱ στρατιῶται, i. e. *mercenarii*, vel *milites ob usum et peritiam fortes*, quae erat secunda fortitudinis species. — Ἑρμαίῳ) Felicianus ex Interprete graeco: „Horum utraque in Hermaeo Coroneae Boeotiae urbis loco olim contigisse visa sunt. Nam cum arcem urbis per proditionem captam Onomarchus Phocensis occupasset, Coronei“ (τὰ πολιτικά), „acceptis a Boeotiis auxiliaribus militibus, in campestri urbis loco, qui Hermaeus appellabatur, cum Onomarchi copiis conflixere: occlusisque portis, ne fugae aditus cuipiam pateret, fortiter pro patria decertarunt, omnesque ibi interfecti sunt: milites (στρατιῶται) vero statim a principio, ubi Charonem e ducibus suis unum in proelio cecidisse audiverunt, in fugam sunt versi.“

§. 10. ἐπιφέρουσιν) φέρουσιν Cardwellus e K^b; ἀναφέρουσιν El, L^b, M^b, et CCC in margine; Par praepositioni ἐπι superscriptum habet ἀνα. — φερόμενοι) φερόμενα K^b, L^b, M^b, Cardwellus. — Ὅμηρος) cf. Iliad. XVI, v. 529; V, v. 510; Odyss. XXIV, v. 317 — 318. Quartus versiculus nec in Iliade nec in Odyssea occurrit, sed apud Theocritum, XX, 15:

— ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα.

§. 11. συνεργεῖ) E Platonis sententia; cf. supra ad I, c. 5, §. 1. — ἐπεὶ ἄν γε) Par, Bekkerus ἐπεὶ ἐάν γε. — ἔλει) Coraes ὄρει. — οὐ δή ἐστιν ἀνδρία, ὑπ') Ven, et Bekkerus tacite οὐ δή ἐστιν ἀνδρεῖα (Cardwellus tamen ἀνδρεία e K^b, in reliquis ut Bekkerus) διὰ τὸ ὑπ'; ut Cardwellus e K^b, ita quoque CCC, Par, et NC, qui tamen legit ἐξελαυνόμενον. Coraes:

οὐ δὴ οὖν ἐστὶν ἀνδρία, τὸ ὑπ' ἀλγήδονος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενον. Bekkeri lectio codicibus firmari videtur; adstipulantur Paraphrastes, Interpres graecus, Argyropylus, Lambinus. — καὶ διὰ τήν) καί om. Bekkerus et Ven.

§. 12. οὐ δή οὖν) Sine οὖν H^a, M^b; οὐ δὴ οὖν — πρὸς τὸν κίνδυνον omiserunt K^b (Cardwello non notante) et O^b, probante Corae: Par jam inde ab ὁρμᾶν §. praecedentis. Ceterum οὖν illud Aristotelicum, de quo cf. supra ad I, c. 6, §. 7. non semper habet sensum conclusionis, sed saepissime explicationis, transitionis, repetitionis. — διὰ ταῦτα) Addit μαχόμενοι Bekkerus e L^b, M^b. Sed supple πράττοντες cum Argyropylo.

§. 13. διὰ τὰ προειρημένα) i. e. διὰ τὸ καλὸν καὶ ὡς ὁ λόγος (§. 12).

§. 16. ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν) Felicianus: „Nulla dignitate atque sui opinione inflati confidunt, ut cognitis omnibus esse dignos se putent, qui non timeant contemnantque adversarios.“ — ἐκεῖνοι δέ) Idem: „At illi, quia saepe bene rem gesserunt ac vicerunt, elato animo sunt, opinioneque fortitudinis spiritus quosdam jam concepere.“ — οἱ Ἀργεῖοι) Interpres graecus: Ξενοφῶν γὰρ ἐν τῇ ἕκτῃ (IV, 10) τῶν Ἑλληνικῶν λέγει· ἡττωμένων Σικυωνίων ὑπὸ Ἀργείων Πασίμαχον τὸν ὑφαρμοστὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἔχοντα ὀλίγους ἱππέας μεθ' ἑαυτοῦ ἀφελόμενον τὰς ἀσπίδας τῶν Σικυωνίων καὶ ὁπλίσαντα τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς ἵππους δένδροις τισὶ δήσαντα, ἐπελθεῖν τοῖς Ἀργείοις· τοὺς δὲ μέχρι μὲν ὀλίγου, διὰ τὰ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημα Σικυωνίους οἴεσθαι τοὺς Λάκωνας καὶ καταφρονεῖν αὐτῶν δι' ἄγνοιαν, ὕστερον μέντοι τῇ πείρᾳ μαθεῖν αὐτοὺς οἵτινες ἦσαν καὶ φεύγειν.

CAP. IX. (Cap. XII.) §. 2. χαλεπώτερον) Quia dolor acerbior, quam voluptatis privatio.

§. 3. τῶν κύκλῳ) τὰ κύκλῳ sunt circumstantiae alicujus rei, quae, si, ut hoc loco, τῷ τέλει opponantur, intellige instrumenta vel media ad finem tendentia, quippe quae finem quasi circumstent et comitentur. — εἴ περ σάρκινοι) Ne cum Lam-

bino vertas: *cum ex carne constent;* sed: *praesertim si multa praediti sint carne.* Caro enim est medium in tactu (De anima II, 11).

§. 4. εἰ δή) εἰ δέ L^b, M^b; εἰ δὲ δή El, CCC, K^b. — λυπήσεται) λυπεῖται Par, L^b, M^b; λύπη ἔσται NC, N^b, O^b; λυπηθήσεται H^a, et secundum Bekkerum K^b (quod tamen Cardwellus non notavit), Interpres graecus, Casaubonus, Bekkerus.

§. 5. οὐδέ δή) οὐ δὴ δέ Par, N^b; οὐ δή El, NC, CCC, H^a, K^b, L^b, M^b, O^b, Interpres graecus, Cardwellus et Bekkerus. Reprehendit lectionem meam Krischius (l. l. p. 390); sed si spectas initium §. 3, οὐδὲ commodum praebet sensum: *Non in fortitudine tantum, sed ne in reliquis quidem omnibus virtutibus jucundum aliter quam in fine positum est.*

§. 6. μή) Aut ad τοὺς τοιούτους aut ad κρατίστους referri potest, ut secundum Zellium dissentiunt interpretes. Refer ad prius: *non illi* (vere fortes) *forsitan sunt optimi milites, sed minus fortes* etc.

CAP. X. §. 1. (Cap. XIII.) δοκοῦσι γάρ) Jam ipse rationem affert (vide supr. ad c. 5, §. 23), cur ab his potissimum virtutibus orditus sit, scilicet quia in vilissimo hominis appetitu versantur, qui quidem rationis est expers nobisque cum belluis communis. — εἴρηται) cf. supr. ad II, c. 7, §. 3. — ἐν τούτοις) ἐν τοῖς αὐτοῖς El (cujus ad oram γρ. ἐν τούτοις), CCC, H^a, K^b, O^b, Cardwellus et Bekkerus. Sed καί tum additum esset ex abundanti; vide quae diximus supra ad c. 7, §. 12.

§. 2. ἑκάτερος) Zellius: „Scilicet ὁ φιλότιμος et φιλομαθής. Relatio est ad sensum, non ad vocem, cujus generis exempla cum apud reliquos scriptores occurrunt, tum imprimis frequenter apud Aristotelem.“ Cf. infr. c. 11, §. 3; VI, c. 8, §. 2; c. 9, §. 7; VIII, c. 11, §. 2.“ — ἀδολέσχους) cf. Theophrasti Characteres: III, περὶ ἀδολεσχίας, VII, περὶ λαλιᾶς, et VIII, περὶ λογοποιίας. — τοὺς λυπουμένους) sc. μᾶλλον ἢ δεῖ. — φίλοις) Paraphrastes addit: ὅταν ἢ τούτους ἢ ἐκεῖνα ζημιωθῶσι.

§. 5. κατὰ συμβεβηκός) i. e. *per accidens*, natura alicujus rei hoc non ita ferente; Metaph. V, 30: συμβεβηκὸς λέγεται ὃ ὑπάρχει μέν τινι καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐπὶ τὸ πολύ. γέγονε μὲν δὴ καὶ ἔστι τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐχ ᾗ αὐτὸ, ἀλλ' ᾗ ἕτερον. — χαίρουσι) Unguentorum et obsoniorum odoribus gaudent intemperantes ideo per accidens, quod non ipsos odores, sed eas res, quarum memoriam refricant hi odores, concupiscant (οὐχ ῃ αὐτὸ, ἀλλ' ᾗ ἕτερον).

§. 6. τούτῳ) τούτων CCC, Par, K^b, L^b, M^b, N^b, Ven, Cardwellus. — ἐπιθυμητά) ἐπιθυμήματα CCC, Par, K^b, L^b, M^b. Item Cardwellus in textum recepit.

§. 7. πλὴν (κατὰ συμβεβηκός) Quia nec visus nec odor nec auditus ipse finis his est animalibus, sed esus, quem illi sensus praenuntiant appetitum excitantes. — εὑρών) cf. Iliad. III, v. 23:

ὥςτε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας,
εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα.

§. 9. χυλῶν) χυμῶν Par, Vrat, Bekkerus ex H, M^b, O^b, Coraes, CCC ad oram. — Οὐ πάνυ, . . . ἢ οὐχ) *Non admodum, . . . aut nihil plane.*

§. 10. Φιλόξενος 'Ερύξιος) Haec verba nostro quidem loco glossema videntur; et ex Eudem. III, 2 (Φιλόξενος ὁ 'Ερύξιδος) potuerunt irrepsisse (cf. Probl. XXVII, 7, ubi Philoxeni nomen nude ponitur). Accipe, quae dicit Bekkerus in commentariis criticis ad nostrum locum, quem sine his nominibus propriis legit: „Φιλόξενος ὁ Εὔξιος cod. Oxon. coll. corp. Chr., et pr. K^b; Φιλόξενος ὁ 'Ερύξιος O^b et corr. K^b, omissoque articulo N^b et Parisienses 1417 et 1855. Ea nomina om. Q, G^a, H^a, L^b, M^b, cum 1856 et 2024 et 2113; post ὧν ponit 2114; solum ibi Φιλόξενος ponunt 1852 et 2023; ipsum τις om. H^a." Si otium et voluntas viro docto fuit, sex tantum codices totos Ethicorum Nicomacheorum conferendi, septemdecim codices non in re tam futili, hic et in tribus aliis locis hujus operis, sed ad explanandos difficillimos locos conferre debuit; id, quod sane omnem de sensu horum locorum constituendo dubitatio-

nem potuisset removere. — *αὐτῷ*) Sic Zellius et Cardwellus sine nota critica: Wilkinsonus *αὑτῷ* et ipse sine nota critica. Bekkerus Wilkinsoni lectionem, quae est vulgata, secutus, adnotat tantum, N^b^ et 1417 *αὐτοῦ* legere; vide supr. ad I, c. 2, §. 1, p. 8. — *κοινοτάτη*) Bekkerus *κοινοτάτη*. Par, Ven *ἡ δ' ἀφὴ κοινοτάτη*. Paraphrastes: *κοινοτάτη γάρ ἐστιν ἡ ἀφὴ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν· ἐπεὶ καὶ ἀφῇ τινὶ πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις αἰσθάνονται.* Addit Interpres graecus: *ἡ καὶ πρώτη τοῖς ζώοις, ὡς ἐν τῷ περὶ ψυχῆς δείκνυται.* Ejusmodi sententia exstat De part. animal. II, 8.

CAP. XI. §. 1. *ἴδιαι*) *ἴδιοι* Codex Laurentianus, Wilkinsonus et Bekkerus sine lectionis varietate, Ven, Coraes. Zellius expressis verbis, suos codices *ἴδιαι* legere, affirmat; femininum retinent quoque Paraphrastes et Interpres graecus. — *ὅταν ἐνδεὴς ᾖ*) *ὁ ἐνδεὴς* H^a^, K^b^, O^b^, Bekkerus. Interpres graecus: *πᾶς γὰρ ἐνδεής.* — *Ὅμηρος*) cf. Iliad. XXIV, v. 129.

§. 2. *τοιᾶσδε*) Interpres graecus et ad *τροφῆς* et ad *εὐνῆς* refert. Paraphrastes *εὐνῆς* omisit. — *τισιν*) Sic vulgo, *B, C, Wilkinsonus sine varietate codicum suorum, O^b^; *πᾶσιν* A (L^b^), Par, Vrat, H^a^, K^b^, M^b^, N^b^, Ald, Ven, Cardwellus, Bekkerus; magis placet. Vult enim etiam in propriis cupiditatibus ostendere, quomodo quaedam sint naturalia (*οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν*); quod quidem fieri non potest, nisi ab omnibus praeferantur. Si legis *τισιν*, haec enuntiatio quomodo a praecedenti distinguatur, non video.

§. 3. *αὐτήν*) sc. *γαστέρα*, cf. supr. ad c. 10, §. 2. Paraphrastes tamen: *πληροῦσι τὴν φυσικὴν ἐπιθυμίαν.* Quod soli Giphanio placuisse video. Prior interpretatio, etsi durior tamen verior, requiri videtur, quia nomen *γαστρίμαργος* Aristoteles explicare conatur.

§. 4. *ἢ μὴ ᾧ δεῖ*) Sic Wilkinsonus sine varia codicum lectione, Ven; has voces om. Par, H^a^, K^b^, N^b^, O^b^, Coraes, Bekkerus; *ἢ ᾧ μὴ δεῖ* M^b^; *ἢ ᾧ δεῖ* Vrat, L^b^. — *κατὰ πάντα δ'*) *δέ* quasi in apodosi est, pro *δή*.

§. 5. *οὐδ' ἀκόλαστος*) *ὁ δ' ἀκόλαστος* Par, Ven; *ἀκόλαστος δέ* Hª, Lᵇ, Mᵇ, Bekkerus. Nobiscum facit Interpres graecus.

§. 6. (Cap. XIV.) *δι' ἡδονὴν λυπεῖσθαι*) Interpres graecus: *ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν τοῦ ἡδέος λυποῦνται.*

§. 7. Conf. Theophrasti Characteres XIV: *περὶ ἀναισθησίας.*

§. 8. *μᾶλλον ἢ δεῖ*) *οὐθ' ἕν* addunt El, CCC, Kᵇ; *οὐδενί* NC, Par, Hª, Lᵇ, Mᵇ, Nᵇ, Oᵇ, Ald, Ven, Victorius, et CCC inter lineas. *Οὐδενί* est vera lectio, quam inde a Turnebo expunctam consensus codicum jam nunc in textum restituere cogit, hoc sensu: *neque magis concupiscit, quam cuiquam opus est.* — *οὐδενός*) sc. *ἐπιθυμεῖ*, nempe concupiscit nullius hujusmodi categoriae excessum, i. e. non concupiscit rem in ulla ejusmodi categoria, ut non oportet. Bekkerus e mera conjectura *οὐδέν*, ut sit accusativus restrictionis; non necesse est. — *ὀρέγεται*) *ὀρέξεται* CCC, Cardwellus et Bekkerus e codicum suorum consensu. — *ὁ οὕτως ἔχων*) Nempe *ὁ ὀρεγόμενος τῶν ἡδέων ἐμποδίων τούτοις ὄντων ἢ παρὰ τὸ καλὸν ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν.*

CAP. XII. (Cap. XV.) §. 2. *φθείρει*) Quare nostrae conservationis appetitu moti fugimus dolorem et persequimur voluptatem. — *πρὸς αὐτά*) sc. *ἡδέα* e praecedente *ἡδονή*, vide supr. ad c. 10, §. 2. — *καὶ οἱ ἐθισμοί*) Paraphrastes: *οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἐθισμοὶ δι' ὧν τὴν δειλίαν ἐκβάλλομεν οὐ πόῤῥω κινδύνων· οἱ δὲ σώφρονες ἐθισμοί εἰσιν ἀκίνδυνοι.*

§. 3. *δόξειέ τ' ἄν*) Sic *B, C, Wilkinsonus sine nota critica, Vrat; *δ'* pro *τ'* Par, Bekkerus ex Hª, Kᵇ (dissentiente Cardwello), Mᵇ, Nᵇ, Oᵇ, Ven, Paraphrastes; A (Lᵇ) *δόξειε ἄν* Etiamsi *τε* aeque ac *δέ* totis enuntiationibus copulandis serviat (vide ad I, c. 10, §. 14), hoc tamen loco, cum non novum argumentum ejusdem sententiae, sed nova prorsus distinctio afferatur, nescio an *δέ* praeferendum sit. — *ἑκούσιον*) Sic *A (secundum Millerum), B, C, NC, Zellius sine varietate codicum suorum, Hª, Nᵇ, Paraphrastes, omnes editi; *φευκτόν* pro *ἑκούσιον* El, CCC, Kᵇ et Lᵇ (secundum Bekkerum), Mᵇ,

O^b. Jam Krischius (p. 392) vidit, φευκτόν esse notionem subjectam, probandi tantum gratia introductam, cum *minus fugiendum* sit *magis spontaneum*. Si οὐχ ὁμοίως vertis *minus*, legendum est φευκτόν· sin *magis*, ἑκούσιον, quae posterior explicatio magis placet, cum de notione spontanei praecipue agatur. — αὑτή) Bekkerus αὐτή. Paraphrastes αὐτὴ δηλονότι ἡ ἕξις.

§. 5. ἀπὸ τοῦ προτέρου) Paraphrastes interpretando addit: καὶ ἀπὸ τῶν παιδικῶν ἁμαρτιῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἀκολασίαν τὸ ὄνομα μετενεχθῆναι. Nempe accipit πρότερον pro *prius tempore*, cum pueri prius simus quam viri. Sic et Coraes. Felicianus etiam alterum sensum, *prius dignitate*, profert: „Possumus autem dicere vel a puero incastigato et intemperante ad virum translatam fuisse nominationem, eo quod puer prior viro est; vel a viro ad puerum, quippe cum prius id absolute ac simpliciter dicatur, quod est perfectius, perfectior autem vir puero sit.“ Hanc alteram explicationem praeferendam puto. Nam absolute et simpliciter de viro praedicatur ἀκολασία, de puero autem per accidens et translatione.

§. 7. καὶ πανταχόθεν τῷ ἀνοήτῳ) Recte Argyropylus ad sequentia refert. — τὸ συγγενές) Cupiditates ipsas natura nobis insitas. Quo enim magis exercemus cupiditates (ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια) materiamque iis suppeditamus, eo magis crescit et augetur cupido ipsa; nam, ut Philosophus dixit supra, jucundi cupido insatiabilis. — αὐτὰς εἶναι) εἶναι αὐτάς Par, H^a, K^b (dissentiente Cardwello), N^b, O^b, Bekkerus; εἶναι M^b.

§. 8. ὥσπερ γάρ) δέ pro γάρ El, CCC, K^b, O^b, Cardwellus.

LIBER IV.

CAP. I. §. 1. (Cap. I.) λέγωμεν — ἐλευθεριότητος) Post δέ addit καί K^b, in quo secundum Cardwellum exstant haec verba et in initio hujus libri et in fine praecedentis. — εἶναι)

Addunt ἡ H^a, K^b, N^b, Cardwellus et Bekkerus. — ἐν ταῖς κρίσεσιν) Si Zellius omnes interpretes vituperat, quod *in judiciis* vertant, cum *de lite et causa forensi judicare* non sit κρίνειν sed δικάζειν, non vidit hoc loco non agi de judicio judicis sed hominis justi. Sic Paraphrastes accepit addens: ὥςπερ ὁ δίκαιος.

§. 3. συμπλέκοντες) ἀκολάστοις, quod olim addebatur, cum absit a Par, codicibus Wilkinsoni et Bekkeri, a codice Acciajoli, Ald et Ven, pro interpretamento habendum est. Victorius, Argyropylus, Cardwellus, Bekkerus rejecerunt. Cum de Vrat mentionem Zellius, qui legit ἀκολάστοις, non fecerit, in hoc solo codice exstare videtur. Affirmat tamen etiam Morellius, suos codices hanc vocem servare, quem sequuntur Lambinus, Duvallius, Turnebus, Pacius, Coraes.

§. 5. τὸ φθείρειν) τὸ φθεῖρον Par, L^b, codex unus Victorii isque antiquus, Paraphrastes.

§. 6. χρεία τις) τις om. Bekkerus cum H^a, K^b, N^b, O^b, Aspasio. — τῶν χρησίμων) Vide supr. ad I, c. 5, §. 8.

§. 8. αἰσχροποιεῖν) αἰσχροπραγεῖν Par, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus.

§. 9. λαμβάνειν) λαβεῖν K^b (secundum Bekkerum), N^b, O^b, Bekkerus. Sed lege cum Paraphraste, Ald, Ven et Corae διδόναι pro δοῦναι. — μᾶλλον) Zellius: Abundanter additum comparativo, ut *potius* Latinorum. Verte: *Minus libenter dant potius, quam non accipiunt.* Cf. Cic. De nat. Deorum II, 13: *Non sit deterior mundi potius, quam humana conditio.*

§. 10. οὐχ ἧττον) i. e. *magis, potius*, ut οὐχ ἥκιστα *maxime.* Sic Paraphrastes: ἐκεῖνοι γὰρ μᾶλλον δοκοῦσι δίκαιοι ἢ ἐλευθέριοι, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐπαινοῦνται. Aspasius: ἀντὶ τοῦ μᾶλλον· οὐ πάνυ δὲ οὐδ᾽ οὗτοι εἰς δικαιοσύνην· εἰσὶ γὰρ οἱ γλισχρότητος χάριν τοῦτο ποιοῦσι, διὰ τοῦτο μὴ λαμβάνοντες, ἵνα μηδὲ δῶσιν.

§. 11. τῶν ἀπ᾽ ἀρετῆς) οἱ ἀπ᾽ ἀρετῆς, ut infr. c. 3, §. 2. οἱ κατ᾽ ἀρετήν, sunt σπουδαῖοι, ut explicat Paraphrastes.

§. 12. (Cap. II.) τἄλλα) Ven τῶν ἄλλων.

§. 15. *οὔτ'*) Bekkerus *οὐδέ*, solum Hª *οὔτε* legere contendens. Sed vide quae diximus ad I, c. 1, §. 5. Coraes: *γραπτέον ἴσως, οὐδ' αἰτητικός, ἢ οὔτ' αἰτητικὸς . . . οὔτε ἀμελήσει.*

§. 18. *οὐδὲν δέ*) *οὐδὲν δή* Kᵇ, Nᵇ, Oᵇ, Ven, Cardwellus et Bekkerus; *ὅθεν οὐδέν* Par, Lᵇ, Mᵇ, Coraes. Cum sit consequentia, non nova sententia, sed potius amplificata, *δή* recte se habere videtur. Quare Paraphrastes *ὥστε*, Argyropylus *igitur* interpretatus est.

§. 19. *παραλαβόντες*) Intellige de heredibus. Paraphrastes: *διαδεξαμένους παρ' ἄλλων.* Cf. infr. ad IX, c. 7, §. 8; Plat. Rep. I, p. 330 (p. 9). — *ἀγαπῶσι*) cf. infr. IX, c. 7, §. 4. — *δι' αὐτά*) *δι' αὐτά* Bekkerus, *δι' αὐτόν* Ven.

§. 24. *λυπηθήσεται*) *λυπήσεται* Par, Coraes, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus, Ven.

§. 25. *τῷ Σιμωνίδῃ*) De Simonidis poëtae sordibus satis constat; cf. Rhet. III, 2. Muretus e Plutarcho: *Σιμωνίδης ἔλεγε παίζων, τὴν τοῦ ἀργυρίου κιβωτὸν εὑρίσκειν ἀεὶ πλήρη, τὴν δὲ τῶν χαρίτων κενήν.*

§. 26. (Cap. III.) *οὔτε ὡς δεῖ*) Coraes: *γράφε ἴσως οὐδὲ ὡς δεῖ.*

§. 27. *πλὴν ἐπὶ μικροῖς*) Liberalis largietur, ut debet, non aliter in parvis, quam in magnis (§. 23); avarus *tamen* superat accipiendi modum *in parvis tantum*, quippe cum in magnis esset spoliator, non avarus, ut tyranni, de quibus infr. §. 40. loquetur Philosophus. Lambinus, quem sequitur Garvius, *πλήν* male vertit *praeterquam*, quasi secus esset in parvis. Aspasius aperte pro nobis facit: *πλὴν ἐπὶ μικροῖς οὗτοι ἐπονείδιστοί εἰσιν, οἷον καὶ οἱ μικροκλέπται καλούμενοι· οἱ γὰρ ἐν τῷ τὰ μεγάλα λαμβάνειν ὑπερβάλλοντες, οἷοί εἰσι καὶ οἱ τύραννοι, ἄπληστοι καὶ πλεονέκται καὶ ἄδικοι καὶ ἀσεβεῖς, οὐκ ἀνελεύθεροι καλοῦνται.* Paraphrastes haec verba plane omisit, tanquam sibi difficiliora, ut solet interdum.

§. 28. *συναύξεται*) Sic B, C, El, NC, Par, Hª, Mᵇ, Victorii codices, Ald, Ven, Coraes; *συναύξουσιν* A (Lᵇ); *συνδιασώζεται* codices quidam Turnebi; vulgatam *συνδυάζεται* servant

CCC, Vrat, K^b, N^b, O^b, Aspasius, qui explicat γίνεσθαι ἅμα et συμπλέκεσθαι, Cardwellus et Bekkerus. Vulgata commodum praebet sensum, cum non de augendis, sed de conjungendis prodigalitatis momentis agi videatur. Comprobatur quoque vox Aristotelis consuetudine (cf. infr. VIII, c. 4, §. 6). Sed eo minus probabile fit, quomodo συναύξεται in majorem codicum numerum irrepserit. Verti igitur haec vox potest: *Nimium dare et parum accipere non admodum concrescunt*, ita ut ad sensum, Zellio judice, non multum differat. Latet tamen, ni fallor, nostra in lectione sensus a vulgari opinione paulo remotior: Ambo prodigalitatis momenta *non admodum coadolescunt*, sed brevi se tollant necesse est, quippe quae non ratione directa alterum ad alterum se habeant, sed ratione inversa; nam quo magis crescit *parum accipere*, eo minus augetur *nimium dare*. Quamobrem etsi tyranni propter magnas divitias satis diu utrumque copulare possunt (cf. §. 22), tamen apud privatos homines prodigalitas diuturna esse non potest, sed cito decrescat necesse est, cum secum pugnent ejus momenta. Sic quoque interpretatus estParaphrastes: ἡ γὰρ ἀσωτία πρῶτον μὲν οὐ δύναται παραμένειν, ἀλλὰ εὐχερῶς ἀφίσταται, τῆς ὕλης δαπανηθείσης. Nec non Argyropylus: *non nimium simul persistunt;* et lectio Turnebiana συνδιασώζεται ad idem redit. — εἴπερ καὶ δοκοῦσιν) De καί vide supr. ad I, c. 2, §. 5. De sensu cf. supr. §. 22.

§. 29. ἐπεί) Non semper, tanquam in protasi positum, requirit apodosin, ut nec Latinorum *quamquam* protasin (cf. Zellium ad h. l.); sed absolute ponitur transitionis gratia, ut significet: *Ceterum, ita.* Argyropylus: *Atque;* Lambinus: *Igitur.* Notatque ἐπεί, ut *quamquam*, apodosin quandam, cum praecedenti sententia solutius connexam. Quapropter non recte Bekkerus, Cardwelli interpretationem secutus, mutata interpungendi ratione, ἐπεὶ κ. τ. λ. cum praecedentibus quasi causam eorum afferentia conjunxit; sunt enim haec verba non causa, sed potius consequentia. Nec laudandus est Coraes, qui e Paraphraste ἔπειθ' sumsit. Item infra VI, c. 8, §. 6. apodosis deest.

§. 31. *καθάπερ εἴρηται*) Hoc auctor nondum expressis verbis proposuit, sed innuit tantum: sive §. 3—4, dicens, plura vitia prodigalitati inesse; sive §. 28, nam cum ambo prodigalitatis momenta una augescere non possint, ipsumque vitium in nimium dando praecipue versetur, potius parum accipere minuit (i. e. plura sumit), quo nimium dare magis magisque possit crescere. Sic et haec nos debent movere, ut *συναύξεται* legamus (cf. p. 135).

§. 32. *εὐχερῶς — δύνασθαι*) *εὐχερῶς δὲ μὴ τοῦτο ποιεῖν* Kᵇ et Cardwellus; *εὐχερῶς δὲ τοῦτο μὴ ποιεῖν* El, CCC, Paraphrastes; *εὐχερῶς δὲ τοῦτο ποιεῖν* Hᵃ, Oᵇ.

§. 35. Cf. Theophrasti Characteres, XXII: *περὶ ἀνελευθερίας.*

§. 37. Cf. Theophrasti Characteres X: *περὶ μικρολογίας.* — *τῆς ὑπερβολῆς*) om. Vrat. Sed vide infr. ad V, c. 5, §. 12; ubi etiam *ὑπεροχή* de nimis parvo usurpatur. Ipsum autem nostrum vocabulum exstat hoc sensu Polit. VII, c. 5, ubi utrumque, et *γλισχρότης* et *τρυφή*, vocatur *ἑκατέρα τοῦ βίου ἡ ὑπερβολή*, ita ut *ὑπερβολή* respondeat prorsus Gallorum vocabulo: *l'extrême.*

§. 38. Cf. Theophrasti Characteres, VI: *περὶ ἀπονοίας.* — *καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ*) Sic *A (Lᵇ), B, C (sed, ut scribit Millerus, „loco primae lectionis abrasae secunda manus hoc superscripsit"), NC, CCC, Zellius varietate codicum non notata, Hᵃ, Oᵇ, vulgo; *καί* post *μικρά* addit El; *καὶ τὰ μικρὸν καὶ ἐπὶ πολλῷ* Kᵇ (secundum Bekkerum); *κατὰ μικρὸν ἐπὶ πολλῷ* Mᵇ, Nᵇ, Bekkerus. Non opus est, nec cum Aspasio *δανείζοντες* e *τοκισταί*, nec secundum Zellium *λαμβάνοντες* e *λαμβάνειν* supplere; sed jungas *ἐργαζόμενοι τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ*, ita ut Corae interpretante sit: *τὰ εὐτελῆ ἐπὶ πολλῇ τιμῇ διδόντες ἢ ὑπουργοῦντες.* Sic et Argyropylus: *et qui dant parva pro magnis.* Nec adversantur huic interpretationi sequentia (§. 39), ut contendit Lambinus; nam licet in parvis modo rebus lucrentur (*ἕνεκα κέρδους μικροῦ*), quod jam §. 27. dixerat (*πλὴν ἐπὶ μικροῖς*), tamen majorem ferunt mercedem, quam pro opere exigere possunt. Et hunc sensum verum esse, etiam statim subse-

quentia ostendunt: *quantum non debent, auferunt;* quippe cum minore mercede contenti esse debuerunt. Designavit Aristoteles id genus hominum, quos Galli *escroqueurs* vocitare consueverunt. Subtilius quam verius Lambinus, *exiguum lucrum magna mercede accipientes,* vertens, magnam mercedem hoc loco significare contendit: *magno honoris et virtutis detrimento.*

§. 40. μὴ ὅθεν δεῖ) μὴ ὅθεν δὲ δεῖ Wilkinsoni et Bekkeri codices excepto H^a; Bekkerus in textum recepit. Zellius variam lectionem non notavit. — οὐδὲ λέγομεν) NC, Cardwellus et Bekkerus codices suos (H^a iterum excepto) secuti, Ven, Coraes legunt οὐ pro οὐδέ. Possit οὐδέ defendi: Tyrannos vero ne avaros quidem nominamus, nedum turpis avaritiae (αἰσχροκερδείας) accusamus. Sed, δέ rejecto, simplicior fit oratio.

CAP. II. §. 1. (Cap. IV.) αὐτή) Coraes αὕτη.

§. 2. τριηράρχῳ) Quippe qui Athenis inter eos erat, qui λειτουργοί dicebantur. — καὶ ἃ) περὶ ἃ * C; καὶ περὶ ἃ A (secundum Millerum), B („secunda manus καί adjecit"), H^a, N^b, O^b, Ven, Coraes, Bekkerus; καὶ περὶ ὃ El, CCC, Par, K,^b L^b (secundum Bekkerum), M^b, Aspasius; ita ut vulgatam καὶ ἃ soli NC et Vrat tueantur. Supra diximus (ad II, c. 7, §. 16) in universum, hujus virtutis mediocritatem esse proportionem quandam. Jam nunc triplicem hujus proportionis rationem Noster profert, cum decorum hujus virtutis existat, si proportio servetur: spectatur autem decorum 1) et personae quae impendit, 2) et rei in quam impendit, 3) et pecuniae quae impenditur; qua partitione ipse in describendo magnifico mox utetur (vide Conspectum). Τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν est sumtus decorus personae (§. 11—13); καὶ ἐν ᾧ est opus sumtu dignum (§. 10, 14—18); restat, ut sumtus ipse sit accommodatus ad rem (§. 5—9): hoc verbis καὶ ἃ continetur. Habemus igitur tres categorias 1) primam earum, quas supra III, c. 1, §. 16. auctor memoravit: τίς (πρὸς αὐτόν); 2) secundam τί, quae hoc loco ἃ nominatur: modus enim et quantitas sumtus est hoc loco

ipsa actionis substantia (τι), quia haec virtus in impendendis pecuniis iisque magnis versatur; 3) tertiam ἐν τίνι, quam hoc loco ἐν ᾧ Aristoteles vocat, quae categoria, quum loco laudato explicandi causa etiam περὶ τί nominetur (ut etiam infr. §. 4), jam περὶ ἅ nostro loco legi non potest, quia esset plane idem atque ἐν ᾧ, quod ipse Aspasius concedit: ἐκ παραλλήλου δὲ εἶπε τὸ ἐν ᾧ καὶ περὶ ὅ. Sed tum ᾗ περὶ ἅ legi deberet. Fluxit περί in tot codices e Paraphraste, cum ἅ multis librariis intellectu difficilius fuisset.

§. 3. πολλάκι) cf. Homer. Odyss. XVII, v. 420. — Οὗτος) οὕτως M[b], N[b], Bekkerus, scilicet κατ' ἀξίαν δαπανῶν. Sed saepius, notante Zellio, pronomen abundat: VI, c. 12, §. 9; VII, c. 7, §. 5; et habet hoc quidem suam vim et leporem. — οὐδὲν μᾶλλον) i. e. οὐδαμῶς secundum Zellium, ut *nihilo magis* apud Plautum: Amphitr. III, 2, 27.

§. 4. βαναυσία) Hic excessus in Magn. Mor. I, 27. σαλακωνεία, in Eud. II, 3. δαπανηρία vocatur.

§. 6. ἐν ἀρχῇ) cf. II, c. 1, §. 6—8. — αἱ δέ) δή pro δέ Par, Wilkinsonus et Bekkerus varia lectione non notata, cum tamen Cardwellus nec ipse codicem suum citans αἱ δέ legat. Melius se habere videtur δή, cum sit consequentia. Argyropylus: *igitur.* Muretus gallicismum inducens αἱ δέ ad ἐνεργείαις refert, eodem sensu.

§. 8. οἷον μέγεθος) Veterem interpungendi rationem revocavimus, punctum non post μέγεθος, sed post οὔσης demum ponentes. Sic Argyropylus, Victorius, Lambinus, Coraes et alii. Verte igitur: *Sed in his magnum est magnifici, veluti magnitudo liberalitatis circa haec versantis;* ita ut magnificentia sit liberalitas magnitudinem quandam habens. Nempe magnitudo est notio relativa. Verba autem καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης novam magnifici proprietatem inducunt. Bekkerus et post μέγεθος et post οὔσης comma posuit, et Cardwello obsecutus veterem Mureti conjecturam περὶ ταὐτά pro περὶ ταῦτα unius tantum codicis (H[a]), qui ταυτά (sic) legit (vide supr. ad III, c. 7, §. 12), auctoritate nisam refovit. Sed magnificentia non versatur in iisdem, in quibus liberalitas, cum haec in parvis, illa

in magnis occupata sit sumtibus. Ejusmodi interpunctio cum Feliciano absque ullo sensu verti jubet: *In his tamen quod est magnum, magnifici est: ut magnitudo. Si circa eadem liberalitas sit, etiam ab aequali sumtu opus magnificentius faciet.* Bekkerum autem non recte distinxisse eo magis miror, quod in tertio volumine solam veram Dionysii Lambini interpretationem, cum ediderit, et novit, nisi forte putare velimus, versionis latinae editionem a constituendo textu omnino fuisse alienam. Quid cogitaverit vir doctus absurdum textum edens, cogitari vix potest.

§. 9. *καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης*) Aspasius: *ἐπεὶ ἔστι καὶ μικρὸν ἐκ μεγάλων ἀναλωμάτων, πολυτελὲς μέντοι κατασκευάσαι· ἠδύνατο γὰρ Περικλῆς τὸν Ὀλύμπιον Δία ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀναλωμάτων μικρότερον κατασκευάσαι, πολυτελέστερον δὲ λίθοις τιμίοις καὶ μαργάροις πεποικιλμένον.* — *κτῆμα μὲν γάρ*) *κτήματος μὲν γὰρ ἀρετή* El, Par, H[a], e Paraphraste. — *καὶ τιμιώτατον*) *καί* om. Bekkerus cum L[b], M[b], N[b], O[b], et secundum Bekkerum K[b] prima manu. Verte: *Possessio pretiosissima, ut aurum, est etiam plurimi aestimanda; opus vero id plurimi aestimatur, quod est magnum et pulcrum.* — *ἀρετὴ ἔργου μεγαλοπρέπεια*) *ἔργου ἀρετή μεγαλοπρέπεια* Par, H[a], K[b], N[b], O[b], Cardwellus et Bekkerus; *ἔργου μεγαλοπρέπεια* Vrat, Ven; *ἔργου μεγαλοπρέπεια ἀρετή* L[b], M[b].

§. 10. (Cap. V.) *οἴονται δεῖν*) *οἷόν τε δεῖ* El; *οἷόν τε* CCC et K[b] (secundum Cardwellum tamen *οἷόν τε δεῖν*).

§. 13. *τὰ τοιαῦτα*) *ταῦτα* El; *τοιαῦτα* sine articulo K[b] (secundum Bekkerum) et O[b]. Cave cum Aquinate, Lambino, Garvio et aliis vertas *opes;* nam de ea magnificentiae conditione Aristoteles jam locutus est (§. 11—12), neque diceret *προϋπάρχει δι' αὐτῶν*, sed *ὑπάρχει*, ut §. 11. *τίνων ὑπαρχόντων.* Intellige, cum Paraphraste et Aspasio, quos secutus est Argyropylus: *eos, quibus tales sumtus magnifici antecedunt, aut per se ipsos facti aut* etc. — *ὧν αὐτοῖς μέτεστι*) Coraes: *ἢ διά τινος τῶν ἔτι ζώντων αὐτοῖς οἰκείων καὶ συγγενῶν.*

§. 14. *τῶν δὲ ἰδίων ὅσα*) Supplent plerique: *pertinent ad magnificum*, vel aliquid simile; nempe *ἐν τοιούτοις τῶν ἰδίων δαπανήμασίν ἐστιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὅσα.* Possis etiam, sed minus

bene, intelligere μέγιστα καὶ ἐντιμότατα: *privatorum autem sumtuum ii sunt maximi et honoratissimi, qui semel fiunt*; nec opus est, secundum Par, ἐντιμότατα cum sequentibus conjungere, interpunctione et particula δέ sublatis. Omisit δέ et M[b]. — καὶ εἰ περί τι) Postquam primum genus privatorum sumtuum Philosophus commemoravit, eos nimirum, qui semel fiunt, addit alterum genus eorum, qui, quamvis sint privati, tamen totius civitatis aut optimatium studium excitant. Et hujusmodi sumtuum exempla non reticet Aristoteles, ut volunt Felicianus et Giphanius, supplentes ille, „si armorum aut equorum studio teneantur, ipsum in iisdem quoque magnificentiam prae se ferre:" hic „Thebis convivia, Lacedaemone palaestram, Athenis spectacula, alia aliis locis"; ita ut καὶ τῶν ξένων κ. τ. λ. sit novum magnificorum sumtuum genus, vel ad publicos rursus pertinens sumtus. Sed haec ipsa verba (ut recte vidit Victorius) sunt exempla privatorum sumtuum, in quibus totius civitatis aut optimatium studia excitantur. Si enim privatus nobiles suos hospites magnifice excipit et splendidis donis honorat, id totius civitatis interest. Sic haec magnificentia in privata re reipublicae prodest; id quod (ut addit Aristoteles) proprium est magnifici: οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς κ. τ. λ.. — ἔχει τι ὅμοιον) Quia et donis hospitum tota civitas, et donariis Deo in templo suspensis gaudet.

§. 16. ἐνταῦθα) Felicianus: „i. e. in quacunque re peculiari sumtus, qui in his fiunt, proprii scilicet atque accommodati, magni habentur."

§. 19. (Cap. VI.) λαμπρύνεται παρὰ μέλος) Aspasius: παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ προσφόρως τι ποιεῖν εἰωθότων. — πορφύραν) Aspasius: σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας.

CAP. III. §. 1 (Cap. VII). Zellius: „Quod hanc virtutem Aristoteles nostro loco tam copiose et accurate prae multis et aliis describit, haud dubie eo pertinet, quia eadem veterum Atheniensium imprimis propria habebatur." Quin et ipsi Aristoteli propria fuisse videtur.

§. 3. σώφρων) Felicianus: „Verbum hoc, quo hic utitur Aristoteles, in eam significationem a nobis est accipiendum, ut non de virtute morali, temperantia, intelligamus, sed de naturali quadam prudentia, quam modestiam appellamus: qua fit, ut unusquisque mentis compos sit, viresque suas ac dignitatem optime agnoscat.“ Sic ipse Aristoteles (VI, c. 5, §. 6) σωφροσύνην prudentiam nominat, quod, tanquam liberatio cupiditatis, prudentiam vel rationem conservet; nostrates: *Besonnenheit*. Vide quae dixi *Syst. d. phil. Moral*, p. 244.

§. 4. χαῦνος) cf. Theophrasti Characteres, XXIV: περὶ ὑπερηφανίας.

§. 7. ἂν εἴη) Addit solus Par et Ven: τί οὖν τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐκ τῆς ἀξίας ληπτέον. Wilkinsonus uncinis inclusam hanc enuntiationem habet, praeeuntibus aliis, qui etiam suspectam habuerunt.

§. 8. ἡ δὲ ἀξία) Virtute praeditus idem est dignissimus, qui maximis bonis externis ornetur, scilicet ut bona interna et externa aequentur, sicut par est in felice.

§. 9. ἄνευ δὲ λόγου) Zellius: *patet per se, vel sine longiori disputatione; argumentorum firmamento non eget;* ut infr. V, c. 3, §. 3. Quem autem alterum locum (VI, c. 9, §. 2) Zellius laudat, hunc huc pertinere non arbitror, cum sensus paulum diversus sit. Subtilius quam accuratius nostrum quidem locum interpretatus est Paraphrastes, qui demonstrationi (λόγῳ), qua hactenus usus sit Aristoteles, inductionem opponens explicat: καὶ χωρὶς δὲ τούτων ἀπὸ τῆς ἐπαγωγῆς φανερόν ἐστιν. Lambinus et hoc modo verti posse dicit: *Neque vero ratio est quaerenda, cur dicamus magnanimos in honore versari;* male, cum perspicuam et nullis ambigibus indigentem rationem attulerit Aristoteles, nempe honorem esse maximum externorum bonorum.

§. 11. οὐ μὴν τόν γε) Paraphrastes: ὁ δὲ χαῦνος πρὸς ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει· μείζω γὰρ φρονεῖ τῆς ἀξίας τῆς ἑαυτοῦ· τὸν δὲ μεγαλόψυχον οὐχ ὑπερβάλλει φρονήματι. Male; non enim necesse est, excedat inflatum magnanimus opinione etiam digni-

tatis, dummodo dignitate ipsa. Ἀξίωμα igitur (§. 10) non est *sui aestimatio,* sed ipsa *dignitas,* cum πρὸς αὑτόν ad opinionem dignitatis referendum sit. Pusillanimus non aequat magnanimum nec sui aestimatione nec ipsa dignitate. Jam inflatus, prout in excessu, ipsum magnanimum superare deberet in utroque. Sed addit expressis verbis Aristoteles, hunc excessum ad sui aestimationem tantum pertinere, non ad ipsam magnanimi dignitatem. Quin absurdum esset, ipsa dignitate magnanimum ab inflato superari; etenim, ut jam §. 6. dixit, est magnanimus summus magnitudine (μεγέθει ἄκρος). Opinione autem dignitatis sane inflatus magnanimum superare potest: opinio enim dignitatis in magnanimo non est simpliciter summa, sed ad ipsam semper dignitatem accommodata; inflati vero dignitatis opinio est simpliciter summa vel in excessu, ipsius dignitatis nunquam habita ratione.

§. 13. παρασείσαντι) sc. χεῖρας: de fuga praecipiti, qualis est ignavorum. Cf. Aristot. De incessu animal. c. 3: καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείοντες τὰς χεῖρας. Cujus rei ratio redditur admodum perspicua Problem. V, 8: ὁ θέων παρασείων ἀπερείδεται πρὸς τὰς χεῖρας. Inepte M[b] παραπείσαντι, item Par (superscripta tamen litera σ), Ven. — γελοῖος) γελοῖον El, NC, Par, pr. K[b] (secundum Bekkerum).

§. 16. γένηται) Par, Bekkerus γίνηται. — ὡς μέγιστον) Nec cum Lambino verto: *qui tamen quam maxima res est* (ὂν ὡς μέγιστον); neque Paraphrasten sequor: οὐ γὰρ μέγιστον ἡγήσεται τὴν τιμὴν καὶ οὕτω περὶ αὐτὴν ἕξει ὡς μέγιστον ὄν, tanquam magnanimus non putet, honorem esse bonorum maximum. Sed est ejusmodi accusativus absolutus, de quo supra (ad III, c. 2, §. 16) verba fecimus; supple igitur e τιμήν alterum subjectum τὸ τιμᾶσθαι, vel aliud simile, et verte: *cum tamen honor sit maximum bonorum,* scilicet externorum. Alioquin enim Aristoteles οὖσαν scripsisse debuit. — διὸ καί) καί om. Par, Ven et Bekkerus.

§. 18. (Cap. VIII.) τιμητός) τιμητέος Par, Ven, Aspasius et Bekkerus; cujus solus M[b] vulgatam tuetur. — ἄμφω)

Paraphrastes *καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθά.* Sic et Aspasius: *πρὸς τῇ ἀρετῇ καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθά.*

§. 19. *κακοί*) *κακά* Par, Ven, Coraes, qui explicat: *γίγνονται ὑπερόπται καὶ ὑβρισταὶ καὶ ἄλλα κακὰ ἔχοντες τοιαῦτα, οἷά εἰσιν ἡ ὑπεροψία καί ἡ ὕβρις.* Habet *ἀγαθοί* O[b]; *ἀγαθά* El, NC, CCC, H[a], K[b], M[b], N[b], L[b] (sed *γρ. κακά*). Lege *ἀγαθά* e plurimorum codicum consensu. K[b] *οἱ* ante *τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθά* addit, quam lectionem Cardwellus et Bekkerus in textum receperunt. Male. *Καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθά* est causa, cur ii, qui virtute orbati sunt, contemtores et contumeliosi fiant: *utpote habentes etiam externa bona;* ad *γίγνονται* igitur suppleas subjectum e praecedentibus (*οἱ ἄνευ ἀρετῆς*). Addentibus *οἱ*, alterum *καί* rejiciendum esset.

§. 21. *μικροκίνδυνος*) *πυκνοκίνδυνος* NC, Par, H[a], L[b], M[b], O[b], codex Acciajoli, Ven, Coraes; quae lectio e Paraphraste procul dubio orta est. Sed non viderunt librarii, textum Aristotelis corrigentes, *πυκνοκίνδυνος* a Paraphraste ad explicandum *φιλοκίνδυνος* positum esse, et *μικροκίνδυνος* postea ab eo et ipsum indicari. Dicit enim: *ἔστι δὲ ὁ μεγαλόψυχος οὐ πυκνοκίνδυνος μέν· οὐ γὰρ συνεχῶς εἰς κινδύνους ἑαυτὸν ἐκβάλλει διὰ τὸ μὴ τιμᾶν τὰ τυχόντα καὶ μικρῶν τινων καὶ ὀλίγων προκινδυνεύειν· μεγαλοκίνδυνος δέ.* Lambinus testatur, *μικροκίνδυνος οὐδὲ πυκνοκίνδυνος* in aliis codicibus reperiri. Haec lectio confirmat, quae diximus, *πυκνοκίνδυνος* ad dilucidandum *φιλοκίνδυνος* intrusum fuisse; *μικροκίνδυνος* autem requiritur propter oppositum *μεγαλοκίνδυνος.* Quamquam dici potest, propter ipsum *μεγαλοκίνδυνος* negationem *οὐ μικροκίνδυνος* abundanter additam esse; id quod tamen ne ab Aristotelis quidem usu abhorret, in Homericis frequentissimum. Cf. Metaphys. I, 4: *ἀμυδρῶς μέντοι καὶ οὐδὲν σαφῶς.* — *ἀφειδής*) *ἀφειδήσει* Par, H[a], L[b], M[b]; *ἀφειδεῖ* NC, et CCC inter lineas, Aspasius.

§. 22. *οἷος*) *οἷός τε* M[b]. Sed *οἷος* significat: *is est, qui;* sic, ut notavit Zellius, discipulus Aristotelis plerumque characterum suorum descriptionem incipit, praemissa tamen brevi definitione.

§. 23. Θέτιν) Aspasius: Ἀχιλλεὺς πρὸς αὐτὴν λέγων (Iliad. I, v. 396—400):

Πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα
εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι
οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι,
ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

ἡ μέντοι Θέτις δεομένη τοῦ Διὸς οὐκ ἔτ' αὐτὰ καταλέγει, ἀλλ' ἐνδείκνυται μόνον λέγουσα (Iliad. I, v. 503—504):

Ζεῦ πάτερ, εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ.

Propter hos versus Coraes: πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον· λέγει γὰρ ἡ Θέτις προδήλως τὰς εὐεργεσίας τῷ Διΐ. Λείπεται οὖν μνημονικὸν ἁμάρτημα ὑπολαβεῖν τοῦ φιλοσόφου τὸ προκείμενον. — οἱ Λάκωνες) Aspasius: τὸ δὲ περὶ Λακεδαιμονίων τοιοῦτον ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἑλληνικῶν· ὅτι Θηβαίων ἐς τὴν Λακωνικὴν ἐσβαλλόντων ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους συμμαχίας δεόμενοι, λέγοντες ἐπὶ τῶν Ἀθηναίων, ὅσα μὲν τοὺς Ἀθηναίους οἱ Λακεδαιμόνιοι πεποιήκασιν εὖ τούτων ἐπελάθοντο ἑκόντες, ἃ δ' αὐτοὶ χρηστὰ πρὸς Ἀθηναίων ἐπεπόνθεισαν τούτων ἐμέμνηντο, ὡς διὰ τούτων αὐτοὺς ἐπαξόμενοι πρὸς τὴν συμμαχίαν μᾶλλον. Xenophon tamen, ut memorat Wilkinsonus, libro sexto (c. 5, §. 33) Ἑλληνικῶν, sua erga Athenienses beneficia Spartanos enumerasse, scribit. Quamobrem iterum Coraes: καὶ τοῦτο ἴσως ἕτερον μνημονικὸν ἁμάρτημα τοῦ φιλοσόφου. — πεπόνθεσαν) Augmento attice rejecto; ἐπεπόνθεσαν H[a], N[b]; ἐπεπόνθεισαν L[b]; πεπόνθασιν K[b], Cardwellus.

§. 24. δεῖσθαι) Camerarius non, ut plerique, *rogare*, sed *egere* interpretatur. Male. Scilicet nulla re, aut vix magnanimum egere, dici non potest; deinde δεῖσθαι opponitur τῷ ὑπηρετεῖν: *non rogat officium, sed praestat alteri;* denique ἢ μόγις i. e. vix, *aegre* (Felicianus: *nisi magna aliqua impulsus necessitate*) melius ad *rogare*, quam ad *egere* accommodatur. Si vero μηδενός non genere neutro, sed masculino accipias, *nullius auxilio indigere*, ut et Argyropylus, videtur haec explicatio vel ideo praeferenda, quod, cum magnanimus infra §. 30. ἥκιστα

δεητικός nominetur, bis idem dixisse Aristoteles putari vix potest. — ἐν ἐκείνοις) ἐπ' pro ἐν El, CCC, K^b, O^b, Coraes, Cardwellus. — ἰσχυρίζεσθαι) μὴ ἰσχυρίζεσθαι M^b; ita si legas, Felicianus hanc sententiam, cum superioribus cohaerentem, ad indolem magnanimi pertinere, dicit: sin absque negatione, esse comparationem a sententia proxime praecedenti dependentem. Quam posteriorem lectionem et concinnitas verborum sententiarumque et vox ὥσπερ et consensus codicum postulat.

§. 26. καταφρονητικοῦ — ἀληθευτικός) Locus corruptissimus, ad quem emendandum Bekkerus, praeter solitos, novem alios codices contulit. Jam accipe molem variarum lectionum: Vulgatam, quam ego typis mandavi, exhibent El, Ald, Ven, Argyropylus, Victorius, Turnebus, Camerarius, Coraes: et e Bekkerianis codicibus N^b, O^b, 1855, 2024, 2114, nisi quod 2114 γάρ mutet in δέ, 2024 δὲ γάρ legat, N^b et 1855 καί ante παῤῥησιαστικοῦ addant, 1855 δέ mutet in γάρ, N^b καί ante ἀληθευτικός omittat; παῤῥησιαστὴς γὰρ διὰ τὸ καταφρονεῖν· διὸ καὶ ἀληθευτικός γρ. 1856, Bekkerus; παῤῥησιαστὴς γὰρ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι, καταφρονητικὸς δὲ, διὸ (διὰ τὸ NC, CCC) παῤῥησιαστικός (καὶ ἀληθευτικὸς εἶναι addunt NC, CCC) NC, CCC, et ut dicit Bekkerus corr. K^b, cum Oxoniensi coll. corp. Chr. (CCC) et Parisiensibus 1852 et 2023 (meo B) et γρ. 2113; παῤῥησιαστικὸς γὰρ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι καὶ ἀληθευτικός corr. H^a; παῤῥησιαστικὸς γάρ. διὸ καταφρονητικὸς δέ. διὸ παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικός 1856; παῤῥησιαστικὸς γάρ· διὸ (διὸ καὶ M^b et 1417 — [Paris. 1417 secundum Zellium tamen καί omittit] —) καταφρονητικός. καταφρονητικὸς δὲ, διὸ παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικός K^b, M^b et 1417; καταφρονητικοῦ γάρ. διὸ παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικός corr. 1855; καταφρονητικὸς γάρ. διὸ καταφρονητικὸς καὶ ἀληθευτικός pr. H^a; καταφρονητικοῦ γάρ. παῤῥησιαστοῦ γάρ. διὸ παῤῥησιαστικὸς δὲ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι καὶ ἀληθευτικός pr. K^b; παῤῥησιαστικὸς γάρ. καταφρονητικὸς δέ. διὸ παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικός Vrat. Paraphrastes habet: διὰ τοῦτο καὶ παῤῥησιαστικός ἐστι καὶ ἀεὶ ἀληθεύει. Sed cum e Bekkerianis codices quinque vulgatam con-

firment, nihil muto. Sensus est: Cum aperte omnia et dicere et agere, sit et contemnentis et libere loquentis, hae duae magnanimi proprietates ex se invicem progignuntur: quam sententiam etiam pleraeque aliarum lectionum tuentur. Si tamen cum Corae verba *παῤῥησιαστικοῦ δέ· διὸ καταφρονητικός* tanquam spuria rejicias, sententiae nihil deesse videtur. — *εἴρωνα*) *εἰρωνείᾳ* Wilkinsoni et Bekkeri codices excepto N^b, Ven, Cardwellus. Felicianus: „Ut manifeste hinc pateat, Aristotelem non omnem dissimulationem" (quamvis quiddam extremum) „pravam esse et vitiosam existimare." Cf. infra c. 7, §. 6, 14. et 16.

§. 28. *αὑτῷ*) *αὑτῷ* Wilkinsonus, Coraes, Cardwellus, Bekkerus, Ven.

§. 29. *ἀνθρωπολόγος*) Non de hominibus loquitur magnanimus, sed de rebus et de Deo; quapropter eum eleganter Felicianus *θεολόγον* potius esse dicit, quam *ἀνθρωπολόγον*. Scilicet veritatem curat, non quod interest singulorum. — *δι' ὕβριν*) Contumeliam praesentibus inferens, secundum Aspasium et Paraphrasten, quia absentibus maledicere non esset magnanimi.

§. 33. (Cap. IX.) *οὐδ' οὗτοι*) Cf. supra c. 2, §. 21. — *ἄξιος ἦν*) Explicandum videtur imperfectum, ut supra III, c. 5, §. 3; dixerat enim paulo superius *ἄξιος ὢν ἀγαθῶν*. — *ὀκνηροί*) Sic B, NC, H^a, K^b, N^b, O^b, Ven, Argyropylus, Bekkerus; *νοεροί* A (L^b), C, El, Par, Vrat. M^b, Aspasius; *νωθροί* CCC (El. ad oram), Paraphrastes, Coraes. Itaque sex codices utrimque sunt auctores, et qui deberet momentum lectionis facere, tertius decimus codex stat a Paraphraste corrumpendarum lectionum auctore. Praetulerim lectionem *νοεροί*, quam Aspasius interpretatur *δριμεῖς καὶ ἐπινοητικοί*, i. e. *acres et intelligentes;* scilicet nimis importune, neque ut oportet, inscriptione Delphica *γνῶθι σαυτόν* utuntur, cum nimis sedulo se ipsos perscrutantes, aliquid inveniant, cur tali honore per modestiam se indignos putent. Etenim quo quis magis se noverit, eo fiet modestior; quam tamen nimiam scrupulositatem in minimis mendis investigandis occu-

patam veteres non, sicut nostri homines, laudibus ornandam duxerunt. Citat praeterea Victorius locum ex Aristotele (De part. anim. II, 2), ubi sanguis frigidior et tenuior (qualis pusillanimi videtur) acriores sensus et mentem acriorem gignere (νοερώτερον) dicitur. Postremo οὐ μὴν ἠλίθιοι, ἀλλὰ μᾶλλον νοεροί, de pusillanimis dicta, respondent accurate iis, quae de inflatis dicturus est §. 34: ἠλίθιοι καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες. Μικρόψυχος igitur etiam est quodammodo in excessu, cum sit nimis acer in perscrutando se ipso: χαῦνος in defectu, cum non satis se cognoscat. Ὀκνηροί, *segnes, pigri*, i. e. non audentes tali honore dignos se putare, sane et ipsum commodum praebet sensum eumque simpliciorem; sed τὸ· ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί minus bene τῷ· οὐ μὴν ἠλίθιοι opponitur. Eligat lector, quae sibi vox magis placeat. Forsitan utrumque diversis in praelectionibus propositum fuit a Philosopho. Vel Paraphrastes, qui νοεροί non intellexit, in νωθροί mutavit, quod, cum eundem sensum quam ὀκνηρός praebeat, in hanc vocem usitatiorem postea mutari facile potuit. Etenim quomodo contra ὀκνηροί in exquisitiorem et difficiliorem lectionem νοεροί converti potuerit, ecquis erit, qui probabile faciat?

§. 34. οἱ δὲ χαῦνοι) cf. Theoph. Charact. XXIV: περὶ ὑπερηφανίας. — αὑτῶν) Sic scribunt Ven, Paraphrastes, Coraes. Etiamsi Bekkerus sine varia codicum lectione αὐτῶν ediderit, tamen sensus vulgatam postulat; non enim de se ipsis, sed de divitiis loquuntur superbi, *quasi ex his honorem consecuturi.*

§. 35. χεῖρον) χείρων CCC, Par, L[b], M[b], Ven, Coraes,

CAP. IV. §. 1. (Cap. X.) ἐν τοῖς πρώτοις) cf. II. c. 7, §. 8.

§. 2. ὑπερβολή) cf. Theoph. Charact. XXI: περὶ μικροφιλοτιμίας.

§. 3. ὡς καί) καί post ὡς om. H[a], K[b], N[b], O[b], Cardwellus.

§. 4. ἐν τοῖς πρώτοις) Jam eo ipso loco, quem auctor hic commemorat (II, c. 7, §. 8—9), ad nostrum nos rejecit, et rationem, quam se redditurum esse illic pollicitus est, hic affert. — φιλοτοιούτου) Nempe, ut explicant Aspasius et Para-

prastes, ejusmodi nomina e *φιλέω* composita, modo in bonam, modo in malam partem accipiuntur, quamquam, ut Giphanius observat, plerumque ejusmodi vocabula nimium significant, non mediocritatem. Felicianus tamen nonnulla in bonam tantum partem, ut *φιλόσοφος*, *φιλόκαλος*, alia vero in malam modo accipi dicit, ut *φίλοινος*, *φίλοψος*. — *ὡς ἐρήμης*) Cave suppleas *χώρας* ex II, c. 7, §. 8, cum *μεσότητος* non absolute positum, sed dependens ab *ἀμφισβητεῖν*, sit ipsa sedes, de qua, ut vacua, decertent extrema.

§. 5. *ἔστι δή*) *ἔστι δ'ἤδη* H[a]; *ἔστι ἤδη* N[b]; *ἔστι δ'ὅτε* Par, M[b], Bekkerus. — *γοῦν*) *δ'οὖν* K[b], O[b]; *οὖν καί* L[b]; *μὲν καί* M[b].

§. 6. *οἱ ἄκροι*) Supplent interpretes nonnulli *ὅροι*. sed *οἱ ἄκροι* sunt ii homines, qui in extremo versantur, ut *ὁ μέσος* ille, qui in medio.

CAP. V. §. 1. (Cap. XI.) *ἀνωνύμου*) In Magn. Mor. I, 23. jam tria nomina simpliciter proponuntur: *ἔστιν οὖν ἡ πρᾳότης ἀνὰ μέσον ὀργιλότητος καὶ ἀοργησίας*, tanquam, cum Magna Moralia ederentur, nomenclatura Aristotelis, in Nicomacheis Ethicis tum primum (cf. §. 2. et §. 5) in medium prolata, jam praevaluisset. In Eud. Ethicis item *πρᾳότης*, *ὀργιλότης* et *ἀναλγησία* (II, 3) vel *χαλεπότης* (III, 3) inveniuntur, mentione non facta, habitus illos nomine carere, cum nomina nostro loco virtuti et utrique extremorum indita vel impropric praedicentur vel cunctanter proferantur.

§. 3. *εἴπερ*) Cardwellus e suo codice (K[b]) *ἥπερ*, *quatenus*, cum aliquatenus *πρᾳότης* et non laudetur (§. 1. et 4).

§. 5—6. Ejusmodi homines in Magn. Mor. (I, 23) *ἀνάλγητοι*, in Eudemiis (III, 3) *ἀνδραποδώδεις* et *ἀνόητοι* vocantur.

§. 7. Qui sunt in excessu, tribus nominibus in Eth. Eud. (III, 3) designantur: *ὀργίλοι*, *χαλεποί*, *ἄγριοι*, quae respondent fere speciebus excessus hoc nostro loco (§. 8—11) descriptis.

§. 8. *ἢ φανεροί εἰσιν*) Lambinus haec vocabula parenthesi includit, et *διὰ ὀξύτητα* ad praecedentia refert, distorta ora-

tione nec sensu permittente. Nam non propter animi concitati celeritatem injuriam acceptam referunt, cum et qui iram diu continent et comprimunt, tandem injuriam ulciscantur (§. 10); sed haec animi celeritas iram facile prodit.

§. 10. πέψαι) Felicianus: „Hoc est conficere ac sedare perturbationem.“

§. 11. ἢ κολάσεως) ἢ superscripto καί Par; ἢ καί K^b, N^b, Ven, Coraes, Cardwellus; καί El.

§. 12. τὸ μᾶλλον) μᾶλλον τό Par, H^a, N^b; μᾶλλον om. El, K^b, L^b, M^b, O^b, Cardwellus et Bekkerus: Coraes asteriscis notavit. Sed verte: *Propensiores sunt homines ad nimiam vindictam;* quo sensu μᾶλλον etiam infra §. 13. ponitur: ἐπὶ τὸ μᾶλλον.

§. 13. πρότερον εἴρηται) cf. supra II, c. 9, c. 7 — 9, ubi exstant, quae hic §§. 13 — 14. leguntur, verbis aliquantulum mutatis et transpositis. Nostro loco brevis amplificatio passim interjicitur, quae jam ad Eudemi et Paraphrastae rationes accedit.

§. 14. τοιοῦτον) τοσοῦτον El, K^b (secundum Bekkerum), Wilkinsonus, Coraes et Bekkerus; vide supra ad II, c. 9, §. 9.

CAP. VI. §. 1. (Cap. XII.) ἀλλὰ δή) δή om. El, CCC, Par, Coraes, Cardwellus et Bekkerus e suorum codicum consensu. Vrat omnia inde ab ἀλλά usque ad τοῦ λυπεῖν (§. 2) omittit.

§. 2. ἀντιτυποῦντες) ἀντιτείνοντες El, CCC, Par, K^b, L^b, M^b, O^b, Ven, Cardwellus et Bekkerus; ortum nimirum e priore ἀντιτείνοντες.

§. 3. ἀποδέξεται) sc. τις, ut mox §. 5.

§. 5. διαφέρει) Praestat hic habitus amicitiae, quae quidem, non ipsa virtus, inter instrumenta tantum virtutis numeratur, quum amore ductus, non ratione, amicus recte agat.

§. 6. καθόλου μὲν οὖν) οὖν om. Wilkinsoni codices et Par.

§. 7. τούτων δ' ὅσας) Paraphrastes: καὶ ὅσαι μὲν ἡδοναὶ οὐ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπουσι, ταύτας οὐ συνησθήσεται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡδομένοις δυσχερανεῖ.

§. 8. καὶ καθ' αὑτό) Cardwellus et Bekkerus sequentia participia cum praecedentibus conjungunt, post συμφέροντι interpungentes; ita ut verba καὶ ἡδονῆς δέ novam sententiam exordiantur. Stant cum viris doctis Paraphrastes et plerique interpretum. Sed, ut jam vidit Garvius, pertinent haec verba ad participia illa; nam postquam Noster dixit, comem per se voluptatem eligere, jam proponit, cur iste dolorem parvum aliis nonnunquam infligendum curet, quippe magnae cujusdam voluptatis causa. Nec offendet nos δέ illud post ἡδονῆς, jam supra (III, c. 11, §. 4.) in apodosi obvium. — Καί autem *etiam* (apud Germanos *sogar*) significat, cum comis non solum propter honestum aut utile, verum etiam propter magnam voluptatem parvum dolorem inferat.

§. 9. In Magn. Mor. (I, 29. et 32) et Eth. Eud. (II, 3. et III, 7) virtus haec et vitia ei opposita in duas partes finduntur:

ἀπέχθεια (ἔχθρα)	φιλία	κολακεία
αὐθάδεια	σεμνότης	ἀρέσκεια

qui sex habitus ita materiam (cf. supra §. 1) inter se partiuntur, ut tres priores περὶ πράξεις καὶ λόγους (Magn. Moral. I, 32), tres posteriores περὶ τὰς ἐντεύξεις (eod. I, 29) — vel, ut est supra §. 1, ἐν ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν — esse dicantur. Theophrastus hanc rationem secutus esse videtur, qui duo extrema defectus describit (XIX, περὶ δυσχερείας, XV, περὶ αὐθαδείας): et duo extrema excessus (V, περὶ ἀρεσκείας, II, περὶ κολακείας), quibus addit tertium vitium (XIII, περὶ περιεργείας), quod ab adulatione (κολακείας) eodem modo distinguit, atque ab ipsa Aristoteles nostro loco obsequentiam (ἀρέσκειαν).

CAP. VII. §. 1. (Cap. XIII.) προσποιήματι) Non est hoc loco, *quod simulatur*, sed *quod nobis vindicamus*.

§. 7. ἀλλ' ὃς ἂν) ἀλλ' ἐν οἷς El, Par, Ven. Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus. — ἀληθεύῃ) ἀληθεύει Par, Ven. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos.

§. 10. De jactantia vide Theoph. XXIII: περὶ ἀλαζονείας.

§. 11. ὅσα εἰς ἀργύριον) Paraphrastes recte dilucidat addens ἔρχεται, item Aspasius ὅσα ἀργύριον πορίζει interpretans.

§. 12. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει) Felicianus: „Id est, non in eo, quod possit majora et clariora, quam habeat, sibi fingere atque arrogare (id enim unusquisque etiam probus et verax potest), sed in eo, quod talis est, ut ex electione id faciat; quippe cum non potestas in causa sit, ut tales simus ac tales, sed electio. Nam ut in Topicis" (IV, c. 5) „et alibi quoque inquit, potestates et facultates minime sunt vituperandae, sed electiones. Illae enim oppositarum rerum sunt inter seque adversantium, quae simul esse nullo pacto queunt, ut idcirco mereri neque laudem neque vituperium possint; hae uni certae rei addicuntur, immo unam certam rem sibi asciscunt atque eximunt, ut si prava ea sit, vituperium, si recta, laudem consequantur."

§. 13. ὧν καί) ἢ δι' ὧν καί M^b; ὧν ἢ δεῖ K^b (Cardwellus ex ἡ δεῖ suspicatur ἡδεῖα); ὧν ἡδεῖα καί El. — ἰατρὸν ἢ μάντιν σοφόν) μάντιν ἢ ἰατρὸν σοφόν O^b; μάντιν σοφὸν ἢ ἰατρόν L^b, M^b, Bekkerus; μάντιν σοφὸν ἰατρόν K^b (secundum Bekkerum); ἰατρὸν ἢ μάντιν ἢ σοφόν El, Aspasius. Hanc ultimam lectionem si sequamur, σοφός non de peritia uniuscujusque artis (cf. infra VI, c. 7, §. 1), ut accepit Paraphrastes, intelligi deberet, sed cum Feliciano de sophistis, quippe qui sapientiam simulent. — τὰ εἰρημένα) Schol. Par. ap. Zell. ex Aspasio: δόξα, ἀπόλαυσις, τὸ λαθεῖν.

§. 14. Vide Theophr. I, περὶ εἰρωνείας. — ὀγκηρόν) ὀχληρόν CCC, K^b, El (ὀγκηρόν vero ad oram), Ven, Cardwellus. — Σωκράτης) De ironia Socratis vide praeclarissimam disputationem Hegelii, *Gesch. d. Phil.*, T. II, p. 53—57.

§. 15. οἱ δὲ καὶ τὰ μικρά) Victorius haec non ad dissimulationem, sed ad ostentationem referri vult, quod ἀπαρνεῖσθαι de dissimulatore, προςποιεῖσθαι autem semper de arroganti Aristoteles praedicet. Verum haec Victorii interpretatio quomodo ferri possit, non video, cum hanc ipsam dissimulationis

speciem Aristoteles in ostentationem transire dicat; etenim προσποιεῖσθαι, cum sit *assumere*, *affectare*, non solum de glorioso, ut vult Victorius, sed et de dissimulatore recte dici potest, quippe qui minora quam pro se affectet. Itaque nec opus est, ad προσποιούμενοι intelligere ἀπαρνεῖσθαι, ut Paraphrastes, qui tamen recte explicat, fecisse videtur: ὃς δὲ οὐ μόνον τὰ μεγάλα καὶ ἔνδοξα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ ἀπαρνεῖται. καὶ ἃ δῆλός ἐστι δυνάμενος, ταῦτα προσποιεῖται μὴ δύνασθαι. Ingeniose codices H^a, N^b μὴ προσποιούμενοι e Paraphraste, quasi sit μὴ δύνασθαι (vel μὴ ἔχειν) προσποιούμενοι. — βαυκοπανοῦργοι) Aspasius: βαῦκον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸν τρυφερὸν, μετενηνέχθαι δ' ἔοικε τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν βαυκίδων, ὅ ἐστιν εἶδος ὑποδημάτων Ἰωνικῶν. Κλείταρχος μέντοι ὁ γλωσσογράφος τὸ σεμνὸν ἀποδέδωκεν. Felicianus addit: „Parva enim de se negant huiusmodi homines fraudulenter ac malitiose, ut magna sibi arrogent, majoremque de se opinionem in audientium animis relinquant, ut arrogantes potius, quam dissimulatores esse censendi sint.“ — ἡ τῶν Λακώνων) Aspasium secutus Felicianus: „Quemadmodum etiam Laeones, qui vilibus admodum vestibus ac brevibus usque ad genua pertingentibus uti consueverant, de quibus tradit Xenophon“ (de Republ. Lacedaem. II, 3). Pergit Aspasius: διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδοποιοὶ, ὡς Πλάτων ἐν Πρέσβευσι·

> Χαίροις οἶμαι μεταπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίζεσθαι
> Τὸν ὑπηνόβιον, σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον, ἑλκετρίβωνα.

τοῦτο γὰρ Λάκωνες ἐποίουν ἐγκράτειάν τινα καὶ καρτερίαν ἐπαγγελλόμενοι. διὰ δὲ τὴν σφόδρα εὐτέλειαν προσποίησις ἐδόκει καὶ ἀλαζονεία τις εἶναι. Cynicorum sectae auctorem Antisthenem eundem fere in modum carpit Socrates apud Diogenem Laërtium VI, §. 8. et II, §. 36: Στρέψαντος αὐτοῦ (Ἀντισθένους) τὸ διεῤῥωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τὸ προφανὲς, Σωκράτης ἰδών φησιν. Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν (κενοδοξίαν).

CAP. VIII. §. 3. (Cap. XIV.) βωμολόχοι) Aspasius: βωμολόχοι λέγεται τὰ τῶν ὀρνέων λίχνα καὶ ἀδδηφάγα ἃ χάριν τροφῆς λοχῶσι τοῖς βωμοῖς, τὸ περιλειφθὲν ἀπὸ τῶν θυσιῶν λιχνά-

μεια· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ τὸ σκώπτειν μεταδιώκοντες ὑπερβαλλόντως. Textumque interpretis Felicianus, ut saepius, in versione circumloquens, etymologiam *scurrae* affert, „quasi sequurras dixeris: eo quod genus hoc hominum oblectandi causa risumque faciendi sequi ditiores soleat.“ De hoc vitio vide Theophr. XI: περὶ βδελυρίας. — ἄγριοι) ἄγροικοι vocantur supra II, c. 7, §. 13, et in Magn. Mor. I, 31: ἄγροικοι καὶ δυστράπελοι in Eud. III, 7. Vide de hoc altero extremo Theophr. IV, περὶ ἀγροικίας, et XX, περὶ ἀηδίας.

§. 6. ἐκ τῶν κωμῳδιῶν) Felicianus Aspasium interpretans: „Qui veteres comoedias scripsere, omnia suis verbis explicabant risumque obscoenitate dicendi captare consueverant. Novarum autem auctores modestius atque honestius se gesserunt, risum censentes non turpitudine, sed suspicione (ὑπονοίᾳ), i. e. latenti aliqua significatione et allusione, non manifesta expressione esse faciendum: quippe cum non parum intersit ad elegantiam et honestatem, apertene exprimas, quae turpia sunt, an latenter innuas ac significes.“

§. 10. ἂν ὁ χαριεὶς εἴποι) εἴποι ἂν ὁ χαριεὶς H^a, K^b, N^b, Par, Vrat; εἴποι ὁ χαριεὶς M^b; ἂν εἴποι ὁ χαριεὶς Bekkerus cum reliquis suis codicibus.

§. 12. Restituitur jam ordo harum trium virtutum supra II, c. 7, §. 11—13. obvius, qui quidem in enarrandis illis virtutibus per haec praecedentia capita (6—8) turbabatur.

CAP. IX. (XV.) Videtur jure suo verecundia hic adjici, cum et ipsa in communitate sermonum actionumque versetur et quamvis non virtus, tamen signum sit, quo nos ad virtutem a malo aliquo commisso regressos declaremus. De vitio verecundiae opposito cf. Theophr. IX: περὶ ἀναισχυντίας.

LIBER V.

CAP. I. §. 4. *τῶν ἐναντίων ἡ αὐτή*) cf. quae diximus supra ad IV, c. 7, §. 12; II, c. 1, §. 6; et I, c. 1, §. 4. — *τῶν ἐναντίων οὔ*) *οὔ* delendum censet Coraes; cui lectioni favere videntur Michaël Ephesius explicans *αἱ ἀρεταὶ ἕξεις λεγόμεναι οὐκ εἰσὶν τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί*, et Paraphrastes, qui interpretatur: *μία δὲ ἕξις οὐκ ἔστι τῶν ἐναντίων πρακτική.* Sed negatio praebet eundem sensum. Vult dicere Aristoteles: *ἕξις δὲ τῶν ἐναντίων οὐχ ἡ αὐτή.* Etenim ad *οὔ* cum suppleat *ἡ αὐτή*, jam *ἕξις* fit *ἐναντία*: quod in textu expressum est. — *ὑγιείας*) Sanitas enim est habitus; ars autem ipsa (*ἡ ἰατρική*) potest contrarium efficere.

§. 5. *πολλάκις*) Michaël Ephesius: *μέλλων δεικνύειν, ὅτι πολλαχῶς ἡ δικαιοσύνη λέγεται, πρῶτον λέγει καὶ συνίστησιν ἐκεῖνα, οἷς μέλλει χρῆσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην δεῖξιν.*

§. 6. *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*) Paraphrastes: *ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἴρηται, ὅτι καὶ ἔστιν ἐν αἷς τῶν ἕξεων τὸ τοιοῦτον οὐ συμβαίνει. οἷον τὸ φιλεῖν τῷ μισεῖν ἐναντίον ἐστίν. ἀλλὰ τὸ μὲν φιλεῖν οὐχ ἁπλῶς ἐστι. σημαίνει γὰρ τὸ, τε ἀγαπᾶν καὶ τὸ τοῖς χείλεσιν ἀσπάζεσθαι· τὸ δὲ μισεῖν ἓν μόνον σημαίνει, τὴν ἔχθραν.*

§. 7. (Cap. II.) *οἷον ὅτι*) Coraes, nulla necessitate cogente, *οἷον ὅτε* e Paraphrasi: *τότε γὰρ ἡ ὁμωνυμία καὶ τὸ πολυσήμαντον γίνεται δῆλα, ὅτε τὰ σημαινόμενα πράγματα πολλὴν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὴν διαφοράν· οἷον κλεῖς κ. τ. λ.*

§. 8. *καὶ ὁ ἄνισος*) Vidit jam Donatus Acciajolus, hoc non esse tertium membrum in definitione injusti, sed declarandae voci *πλεονέκτης* servire, cum et justus statim duobus tantum vocabulis definiatur: *ὅ τε νόμιμος καὶ ὁ ἴσος.* Quapropter Cardwellus lectionem codicis Laurentiani (K^b) *καὶ ἄδικος* pro *καὶ ὁ ἄνισος* in textum recepit, tanquam „vera magistri verba.“ Sed opus non est, lectionem tam levi nisam auctoritate agnoscere; nec vulgatam insulse a librariis excogitatam puto, ut Cardwellus, cum potius *ἄδικος* insulse iteratum videatur.

§. 9. *Ἐπεὶ δὲ καί*) Illud *καί* sane nos inducere possit.

ut *πλεονέκτης* tertium membrum putemus in definitione injusti additum *τῷ παρανόμῳ καὶ ἀνίσῳ*. Cardwellus quidem omisit e K^b, adstipulantibus M^b, O^b, Argyropylo, Ethicis Eudemiis (legitur enim noster liber totidem fere verbis in Eud. libro IV). Sed *καί* nos non offendet, saepius jam simili sensu obvium; exponitur enim, quomodo *ἄνισος* sit *πλεονέκτης*. Quare *ἐπεὶ γὰρ καί*, ut exhibent Par, H^a, N^b et Ven, haud absurda lectio est, nec ipsa tamen necessaria, cum *δέ* eodem fere sensu dici possit. — *ἁπλῶς αἰεὶ ἀγαθά*) Michaël Ephesius: *εἰσὶ δ' ἁπλῶς ἀγαθὰ* (praeter virtutem) *ὑγιεία, πλοῦτος, κάλλος, εὐγένεια, ἀρχή, ἐξουσία, ἃ τῇ ἑαυτῶν φύσει ἀγαθὰ ὄντα τοῖς φαύλοις κακά ἐστι. μᾶλλον δ' ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα αὐτοῖς ἐστιν αἶσχος, νόσος, πενία.* — De virtute, quae est *κατ' ἐξοχὴν ἁπλῶς ἀγαθόν*, hoc loco auctor non loquitur, quia virtutis semper unusquisque plus usurpare (*πλεονεκτεῖν*) debet. — *δεῖ δ' οὔ*) Felicianus e Michaële Ephesio: „Quia in hoc plerumque homines peccant, dum sibi haec precantur atque optant, quae quandoque mala ipsis efficiuntur, idcirco errorem hunc corrigens, non optandum esse, inquit, ut haec consequamur; sed illud a Diis precandum, ut bona haec nobis bene vertant, neque in detrimentum aut dedecus aliquod nostrum evadant.“ Nam, ut ex Paraphraste Muretus recte explicat, improbis hominibus haec sunt instrumenta injustitiae, ita ut illa ipsa eos saepissime deteriores reddant, cum soli boni eorum ope meliores efficiantur, aut saltem non deteriores. — *αἱρεῖσθαι*) Paraphrastes: *αἱρέσεως δὲ προσκειμένης,* (*δεῖ*) *προκρίνειν οὐ τὰ ἁπλῶς ἀγαθά, ἀλλὰ τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ καὶ ὅσα αὐτοὺς δυνήσεται βελτίους ποιεῖν.*

§. 10. *μεῖον κακόν*) *μὴ κακόν* K^b, L^b.

§. 11. *τοῦτο γὰρ περιέχει καὶ κοινόν*) Michaël Ephesius: *τὸ γὰρ ἄνισον περιέχει τὸ πλέον καὶ ἔλαττον* (cf. infra c. 2. §. 9). Et ex hoc loco jam apparet, *ἄνισος* et *πλεονέκτης* non duo genera injusti esse, cum *ἄνισος* ut communius (*κοινόν*) complectatur *τὸ πλεονέκτης*, quod, si proprio sensu accipiatur, alteram tantum speciem *τοῦ ἀνίσου* exhibet, nempe *plus habere*. Verba Michaëlis Ephesii in textum receperunt H^a, N^b, Ald, Ven,

qui post *κοινόν* inserunt: *τὸ γὰρ ἄνισον ἔχει τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον.* — *καὶ παράνομος* — *ἀδικίας*) Hos versus Cardwellus et Bekkerus ex vetere Mureti conjectura, adstipulante jam nunc codice K^b, expunxerunt, pro interpretamento habentes; nimirum, quia non viderunt prius *κοινόν* sensu plane alio dictum esse de *ἄνισος*, quam posterius de *ἡ παρανομία ἤτοι ἡ ἀνισότης*. Alterum quidem *κοινόν* continet *plus* et *minus* uni injustitiae speciei commune: alterum vero *κοινόν* totum genus, *παρανομίαν* et *ἀνισότητα*, complectitur. Sed etiamsi haec verba essent merum interpretamentum, quod esse non possunt, hoc modo procedentibus in castigando scriptore sane dimidia pars nostrorum Ethicorum possit resecari, quippe quae alteri parti interpretandae serviat. Eud *παράνομον* pro *παράνομος*. In CCC desunt *ἡ παρανομία ἤτοι ἡ ἀνισότης*. Coraes verba *ἤτοι ἡ* — *ἀδικίας* rejici vult.

§. 12. (Cap. III.) *πως*) Michaël Ephesius: *προσκεῖται δὲ τὸ πῶς δίκαιον, ὅτι μὴ κατὰ τὴν ἰδίως λεγομένην δικαιοσύνην πάντα τὰ νόμιμα δίκαια, ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινῶς.*

§. 13. *πᾶσιν ἢ τοῖς ἀρίστοις*) Democratia et aristocratia significatur, ceteraque verba, ut *ἢ τοῖς ἀρίστοις* explicetur, adjecta sunt; *ἄριστοι* enim hoc loco non ii sunt, qui virtute maxime praediti sint, sed optimates sive principes (*ἢ τοῖς κυρίοις*), quorum principatus vel ex virtute ipsa ortus est (*ἢ κατ' ἀρετήν*) in vera et optima aristocratia, vel secundum quem alium modum talem (*ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον*) in reliquis minus bonis aristocratiis, inter quas et oligarchia numeratur, cum *πολιτεία*, quae sic proprie vocatur, media sit inter oligarchiam et democratiam. — Qui autem sint isti modi ex ipso Aristotele (Polit. IV, 8) licet perspicere: *ἀριστοκρατίας μὲν γὰρ ὅρος ἀρετή, ὀλιγαρχίας δὲ πλοῦτος, δήμου δ' ἐλευθερία. Ἐπεὶ δὲ τρία ἐστὶ τὰ ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευθερία πλοῦτος ἀρετή (τὸ γὰρ τέταρτον, ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν, ἀκολουθεῖ τοῖς δυσίν· ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή), φανερόν, ὅτι τὴν μὲν τοῖν δυοῖν μίξιν, τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων, πολιτείαν λεκτέον. τὴν δὲ τῶν τριῶν, ἀριστοκρατίαν μάλιστα τῶν ἄλλων παρὰ τὴν ἀληθινὴν καὶ πρώτην* (cf. infra VIII, c. 10). Ita locum si ex-

pediverimus, ἢ τοῖς ἀρίστοις et ἢ κατ' ἀρετήν non pleonasmum sapient, cujus vitandi causa Cardwellus secundum K^b ἢ κατ' ἀρετήν omisit. Bekkerus ἢ ante κατ' ἀρετήν resecuit, secutus L^b et M^b, sensu non turbato, verborum structura etiam faciliore.

§. 14. λείπειν) λιπεῖν CCC, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, Eud, Ald, Ven. — ὑβρίζειν) Hoc loco de homine libidinoso; alioquin enim τῷ σώφρονι opponi non posset. Quamobrem Lambinus vertere potuit: *neque cuiquam stuprum inferre.* Cf. infr. VII, c. 6, §. 4. — ὀρθῶς μέν) ὀρθὸς μέν H^a, M^b, N^b, Ven. — χεῖρον) χείρων H^a, L^b, M^b, N^b, Ven.

§. 15. οὔθ' Ἕσπερος) Zellius: „Versus est proverbialis, ut videtur. Acciajolus et Argyropylus Euripidi assignant, nescio quo jure." Paraphrastes et Michaël Ephesius pro ipsis Aristotelis verbis habere videntur, neque sane adderet postea demum καὶ (L^b, M^b διὸ καὶ) παροιμιαζόμενοί φαμεν, si jam praecedentia proverbii loco protulisset. Michaël Ephesius: ὅτι δὲ καὶ κρατίστη καὶ θαυμαστὴ καὶ ἀρίστη ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη πιστευόμενος ἐπήνεγκε καὶ τὴν λέγουσαν παροιμίαν κ. τ. λ. — 'στι) ἔνι Par, K^b (secundum Cardwellum 'νι, qui sic legit), L^b, O^b, Bekkerus; ceteri Bekkeriani ἐστί. Michaël Ephesius: ἡ δὲ παροιμία Θεόγνιδός ἐστιν (v. 147), ὡς Θεόφραστος φησὶν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἠθῶν λέγων.

§. 16. ἀρχά) ἀρχή K^b, O^b, Eud, Cardwellus, Bekkerus. — τόν) om. K^b, L^b, M^b, Eud, Cardwellus, Bekkerus. — Eandem sententiam Creon in Sophoclis Antigone (v. 175—177) proponit.

§. 17. ἢ κοινῷ) ἢ κοινωνῷ Par (superscripto κοινωνικῷ), K^b, L^b, M^b, O^b, CCC ad oram, Eud, Cardwellus et Bekkerus. Ἢ κοινῷ veram lectionem puto, etsi Bekkerus minuendae codicum fidei causa, qui κοινῷ exhibent, eos κοινῶ sine ι subscripto legere dicit; quod, cum saepius mihi occurrerit, semel monuisse sufficiat. Ἢ ἄρχοντι ἢ κοινῷ referendum est ad duplex civitatum genus, quod Aristoteles, Polit. III, 7 (5. ed. Heins.) hunc fere in modum exponit: „Bonae sunt eae respublicae, in quibus leges ad utilitatem communem spectant

(*πρὸς τὸ κοινόν*), sive unus, sive pauci, sive multi regant (monarchia, aristocratia, politia); sin vero qui administrent in legibus ferendis sui tantum ipsorum commodum spectent, habemus tres aberrationes, tyrannidem, oligarchiam, democratiam.“ *Κοινωνῷ* non esset diversum ab *ἄρχοντι*, cum ii, penes quos summa imperii est, participes sint civitatis (*κοινωνοῦσι τῆς πόλεως*.)

§. 18. *ὁ πρὸς αὐτὸν καί*) *ὁ καὶ πρὸς αὐτὸν καί* Par, Ven, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus, nec non Eudemus et Michaël Ephesius.

§. 20. *τὸ δ' εἶναι*) Diverse hanc vocem explicant interpretes, cum alii *essentia*, *natura rei*, alii contra *ratio*, *modus* vertant. Nec mirum, cum, quia „multipliciter ipsum Esse dicimus“ (Met. XIII, 2. fin.), in libro definitionum (Met. V, 7) Aristoteles diversas significationes τοῦ Esse ipse proferat: *Τὸ ὂν λέγεται τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ δὲ καθ' αὑτό .... Ἔτι τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ὂν, τὸ μὲν δυνάμει ῥητὸν, τὸ δ' ἐντελεχείᾳ*. Itaque cum Esse per se aut per accidens, potentia aut actu dicatur, contrario sensu apud Aristotelem reperitur; et prout huic aut illi voci opponatur, diverse a nobis accipiendum est. Jam ut explanemus et exemplis firmemus, quae diximus, nonnullos locos afferre juvat, in quibus hoc loquendi genus ab Aristotele usurpatum est. Facillimus videtur Metaphysicorum locus supra laudatus (XIII, 2) de magnitudinibus mathematicis: *ὅτι μὲν οὖν οὔτε οὐσίαι μᾶλλον τῶν σωμάτων εἰσὶν, οὔτε πρότερα τῷ εἶναι τῶν αἰσθητῶν ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνον, οὔτε κεχωρισμένα που εἶναι δυνατὸν, εἴρηται ἱκανῶς*. Hoc loco *τὸ εἶναι*, quae est *essentia*, opponitur *τῷ λόγῳ*, quae est *notio* sive *ratio;* et *prius substantia* ab eo quod est *prius ratione* ita distinguitur: *τῇ μὲν οὐσίᾳ πρότερα ὅσα χωριζόμενα τῷ εἶναι ὑπερβάλλει, τῷ λόγῳ δὲ ὅσων οἱ λόγοι ἐκ τῶν λόγων*. Itaque hoc loco *τὸ εἶναι* de sensibili substantia praedicatur, quae *per se* existere queat: magnitudines autem mathematicae *per se* existere non posse dicuntur, sed a sensibilium substantia sustentantur, quamquam, si rationes et notiones rerum spectes, corporum sensibilium notiones rursus a notionibus magnitudinum mathematicarum

dependent, quippe quae, ut simpliciores, ratione sint priores. Quamobrem discedere non possum in sententiam Trendelenburgii, quam ad Aristotelem de Anima (II, 12, §. 2) p. 415—416. expressit, τὸ εἶναι potius ad notionem generalem referri. Primitivus ille error eum induxit, ut totum suum locum perperam explicaret. Locus autem est: ὁμοίως δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἑκάστου ὑπὸ τοῦ ἔχοντος χρῶμα ἢ χυμὸν ἢ ψόφον πάσχει· ἀλλ᾽ οὐχ ᾗ ἕκαστον ἐκείνων λέγεται, ἀλλ᾽ ᾗ τοιονδί καὶ κατὰ τὸν λόγον (αἰσθητήριον δὲ πρῶτον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις). ἔστι μὲν οὖν ταὐτόν, τὸ δ᾽ εἶναι ἕτερον· μέγεθος μὲν γὰρ ἄν τι εἴη τὸ αἰσθανόμενον· οὐ μὴν τό γε αἰσθητικῷ εἶναι οὐδ᾽ ἡ αἴσθησις μέγεθός ἐστιν, ἀλλὰ λόγος τις καὶ δύναμις ἐκείνου. Putat vir doctus, verba ἔστι μὲν οὖν ταὐτόν, τὸ δ᾽ εἶναι ἕτερον referenda esse non ad αἴσθησις (vel δύναμις) et αἰσθητόν (ex ὑπὸ τοῦ ἔχοντος χρῶμα κ. τ. λ.), sed ad αἰσθητήριον et δύναμις, parenthesi sublata, vertitque: „Sentiendi facultas est quidem cum hoc sensus instrumento, *nec sine hoc esse* potest" (quasi quis unquam reperietur, hoc qui negare ausit! quasi ἔστι ταὐτόν ita verti possit!), „intima vero ejus causa et notio (τὸ δ᾽ εἶναι) diversa est a corporis sensu" (quasi quis, nedum Aristoteles, inveniatur, hoc qui affirmare velit!). Huic explicationi veteres interpretes favisse dubito, cum a viro docto non citentur; sed jam occurrit in versione Germanica, in qua ipse Kantianae philosophiae vestigia impressa esse (Praef. p. LXIX), tam acute vidit. Vertit aut potius circumlocutione amplificat Voigt, p. 166: *Das Sinnorgan ist dasjenige Erste* (*eines jeden Sinnes*), *in welchem ein solches Vermögen* (*Empfindungen zu haben*) *enthalten ist. Sie sind also Einerlei* (*das Sinnorgan und das Vermögen zu empfinden*): *aber auch verschieden in Ansehung ihres Daseins.* Kantianus philosophus sane non potuit contendere, sensum et rem sensam esse unum et idem, cum e principio istius philosophiae res ipsas nunquam percipere possimus. Aristoteles autem hoc ipsum proposuisse et cum „novissima philosophia" vel potius cum veritate consensisse mihi dicendus est, etsi hanc ob causam inter eos forsitan numerabor, qui recentia et propria in Aristotelem intulisse censeantur (Trendel., l. l., Praef. p. LXVII). Sensus simpli-

cissimus Aristotelici loci est: *Sensus patitur ab sensibili, non quatenus unumquodque sensibile hoc est* (de sensu τοῦ λέγεται vide quae diximus supra ad II, c. 6. §. 17), i. e. quatenus colorem, aut sonum, aut saporem habet, *sed quatenus talem naturam et notionem habet;* nempe (ut dixerat paulo superius) sensus non materiam, sed formam et notionem rerum in se suscipit, ut nec cera, in quam aureus annulus impressus fuerit, aurum ipsum admittit, sed formam tantum aurei annuli. Jam addit in parenthesi, *instrumentum sensus id esse primum, in quo talis vis et potentia* sentiendi *collocata sit,* nempe retinendi formam et respuendi materiam. Dicit *primum*, quia cogitatio est altera talis facultas. Pergitque omissis, quae interjecerat: *Itaque*, i. e. propter hanc sentiendi facultatis conditionem, sensus et sensibile *unum et idem sunt,* nempe notione, substantia, forma, *re autem diversa; alioquin enim* (si existentia sensus ab existentia rei sensibilis non esset diversa) *sentiens esset magnitudo: sed nec quod potest sentire, nec ipse sensus sunt magnitudo* rei sensae, *sed notionem et potentiam illius* rei extensae *exprimunt.* Vides et hoc loco τὸ εἶναι oppositum esse τῷ λόγῳ, quamvis sensu paulo alio, quam primo loco, cum etiam ut ἐνέργεια opponi τῇ δυνάμει videatur: Sensus et sensibile *per se*, utrumque ab altero separatum, existunt (τῷ εἶναι ἕτερον), quamvis intima notione et potentia sint idem. Ea tamen separata existentia non est vera eorum ἐνέργεια. Sed contra quod sensus et sensibile sint idem notione, hoc est vera essentia et substantia eorum, ita ut separata eorum existentia (τὸ εἶναι) potentia tantum sensus dicatur, cum actu (ἐνεργείᾳ) res sentiens et res sensa unum sint et idem. Hanc existentiam potentia sola constantem vox τὸ εἶναι alio loco librorum De anima III, 2 (§. 4, ed. Trendel.) significat: ἡ δ' τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια καὶ τῆς αἰσθήσεως ἡ αὐτὴ μέν ἐστι καὶ μία, τὸ δ' εἶναι οὐ ταὐτὸν αὐταῖς. Item §. 7. ibidem. Ex iis quae exposuimus apparet, omnibus locis hactenus illustratis τὸ εἶναι usurpatum esse de substantia sensibili per se existente notionique et rationi opposita. Cum tamen haec rerum notio (λόγος) sit vera ipsarum substantia, aliis locis significatio τοῦ εἶναι plane in contrarium abit, ut sit notio rei,

quae, ut verus actus, potentiae opponitur, quae est existentia in tempore et loco. Aristoteles ibid. §. 13. sqq. sensum communem, per quem omnes sensuum affectiones inter se comparantur, numero, tempore et loco indivisibilem et inseparabilem dicit, non ratione et notione (τῷ εἶναι); ita ut res contrariae potentia unum et idem et indivisibiles sint, notione vero atque adeo actu divisibiles: ἆρ' οὖν ἅμα μὲν καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον τὸ κρῖνον, τῷ εἶναι δὲ κεχωρισμένον; ἔστι δή πως ὡς τὸ διαιρετὸν τῶν διῃρημένων αἰσθάνεται, ἔστι δ' ὡς ᾗ ἀδιαίρετον· τῷ εἶναι μὲν γὰρ διαιρετὸν, τόπῳ δὲ καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετον. ἢ οὐχ οἷόν τε; δυνάμει μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ἀδιαίρετον τἀναντία, τῷ δ' εἶναι οὔ· ἀλλὰ τῷ ἐνεργεῖσθαι διαιρετὸν, καὶ οὐχ οἷόν τε ἅμα λευκὸν καὶ μέλαν εἶναι. Statim τὸ εἶναι tertio positum e sensu notionis in sensum rei actu existentis transit; quod cur accidere possit supra jam vidimus, quia scilicet notio est vera existentia. In priore locorum a Zellio laudatorum (De juventute et senectute, c. 1) τὸ εἶναι est notio opposita existentiae, in altero (De memoria et reminiscentia, c. 1) contra. Jam si nostrum ad locum redeamus, alter τοῦ εἶναι sensus primo expositus videtur praeferendus: *Notione et substantia virtus et justitia universalis sunt idem, modo et ratione existendi* (τῷ εἶναι) *tantum differunt.* Firmatur hic sensus τοῦ εἶναι ipsa explicatione, quae sequitur, cum verba ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον existendi rationem alteram, alteram vocabula ᾗ δὲ τοιάδε ἕξις ἁπλῶς declarent. Sed non abnuerim, his diversis existendi modis etiam diversam essentiam contineri. Notetque lector hanc duplicem explicationem hoc loco eundem sensum praebere, cum e vero philosophiae sensu essentia et existentia, quae vulgo contrariae sunt, adunentur; verae enim existentiae essentia deesse non potest, illaque existentia mutata, mutetur et ipsa essentia necesse est. — ἁπλῶς ἀρετή) Pone comma post ἁπλῶς et refer hanc vocem non, ut plerique, ad ἀρετή, sed cum Michaële Ephesio et Argyropylo ad ἕξις: τὸ ἁπλῶς enim opponitur τῷ πρὸς ἕτερον.

CAP. II. (Cap. IV.) §. 2. κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων) sc. ἀδικεῖ. — ψέγομεν γὰρ καὶ κατ' ἀδικίαν) Eud, Ald, Ven et Coraes καί omiserunt; M[b] ψεγομένην καὶ κατ' ἀδικίαν. Bekkerus

ψέγομεν γάρ in parenthesin includit, καὶ κατ' ἀδικίαν cum κατὰ πονηρίαν δέ γέ τινα conjungens. Verum καὶ κατ' ἀδικίαν non novum enuntiationis membrum est, sed explicat κατὰ πονηρίαν τινά. Pone comma post γάρ, et verte ut Argyropylus, *Vituperamus enim illum, atque ob injustitiam.* Nobiscum facit Paraphrastes: ψέγεται δὲ ὡς ἄδικος.

§. 4. μοιχεύοι) μοιχεύει Vrat, Bekkeri (ut videtur) codices, Eud. — προςλαμβάνοι) προςλαμβάνει Vrat (superscripto οι), L[b], M[b], Eud; προςλαμβάνων H[a], K[b], N[b]. Itaque Cardwellus et Bekkerus expeditiore, et ni fallor vera structura: μοιχεύει καὶ προςλαμβάνων.

§. 5. εἰ δὲ ἐπάταξεν) δέ om. H[a], M[b], O[b], Bekkerus.

§. 6. ἐν τῷ αὐτῷ γένει) Cum relatio ad alterum, quae supra τὸ εἶναι justitiae vocabatur, nunc γένος justitiae nominetur, jam clarius videmus, quae sit illo loco vis vocabuli τὸ εἶναι, nempe: *genus, notio generalis,* quae est οὐσία.

(Cap. V.) §. 9. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον) Michaël Ephesius: ἐξ ἀναλόγου τινὸς δείκνυσι τὴν διαφορὰν τῆς τε μερικῆς ἀδικίας καὶ τῆς ὅλης ἀδικίας, καὶ τῆς μερικῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ὅλης, λέγων· ὡς τὸ πλέον πρὸς τὸ ἄνισον, οὕτω ἡ μερικὴ δικαιοσύνη πρὸς τὴν ὅλην. ἀμφότεραι γὰρ, ἥ τε μερικὴ δικαιοσύνη καὶ τὸ πλέον, ὡς μέρος ἐν ὅλοις εἰσίν. ἔστι γὰρ ἄνισον καὶ τὸ ἔλαττον, καὶ κατηγορεῖται τὸ ἄνισον κατὰ ἀμφοτέρων, τοῦ τε πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος. Qui non viderunt, Aristotelem hoc loco non rationem et causam aliquam, sed comparationem modo proferre, τὸ πλέον in τὸ παράνομον mutandum censuerunt. Itaque El, K[b], et Eud legunt: ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ παράνομον πλέον οὐ ταὐτόν κ. τ. λ., manifesta corruptione; CCC, Ven παράνομον sine πλέον. El (sed in marg. vulgata lectio), M[b], O[b], Ven, Argyropylus in parenthesi post τὸ μὲν γάρ inserunt ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον οὐχ ἅπαν ἄνισον, καὶ (ὡςαύτως δὲ καὶ O[b]) τό (τὸ μὲν γάρ, omisso καί, El, Ven, Argyropylus). Dici sane potest quodammodo, τὸ ἄνισον esse partem et τὸ παράνομον totum; sed hoc non est ratio, cur altera justitia alterius pars sit: immo vero consequentia. Paraphrastes vulgatam retinet, sed ita enarrat, tanquam τὸ πλέον sit materia particularis justitiae, et τὸ ἄνισον

materia justitiae universalis; quod posterius, quum pugnet cum iis ipsis quae praecedente et hoc ipso nostro capite ab Aristotele passim (c. 1, §. 8—12; c. 2, §. 8. et 12) proponantur, refutare operae pretium non est. — ὥςτε καὶ περί) καί deest in L^b, Eud: et sic edidit Cardwellus; ὡς περί K^b. — δικαιοσύνης καί) om. El, CCC, Eud; contra post καί addunt Ven, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus περὶ (O^b om. περὶ) τῆς ἐν μέρει. — καὶ τοῦ ἀδίκου) om. Eud.

§. 10. ἄδικον) τό addunt Eud, Coraes et Bekkerus. — πραττόμενα) προςταττόμενα Cardwellus e K^b, Eud, Ven, Michaël Ephesius, Wilkinsonus sine codicum varietate; προταττόμενα O^b margo. Sed in hac lectione potius scriptum exspectaveris ὑπό pro ἀπό, ut recte Zellius animadvertit; ortum est e sequenti προςτάττει.

§. 11. ἢ ἑτέρας) De morali scientia intelligo, quam a politica Aristoteles non disjungit, ut in fine nostrorum Ethicorum apparebit. Itaque ὕστερον διοριστέον Schol. Par. ap. Zell. recte ad Politica referunt, quae hisce de Moribus libris continuantur et junguntur; citatque Zellius Polit. VII, 13: σπουδεία πόλις ἐστὶ τῷ τοὺς πολίτας τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας εἶναι σπουδαίους. Quamobrem contendere Aristoteles debuit, privatam educationem simpliciter, i. e. in bona civitate, non ab alia scientia regi, quam a politica, et e legibus publice latis instituendam esse. Cum tamen secundum ipsum Aristotelem (Polit. III, 4) vir bonus et civis bonus non sit semper idem (ex. gr., ut dicit Michaël Ephesius, in male institutis civitatibus bonus vir est malus civis), sequitur, ut quae scientia virum bonum efficiat, ea non semper civem bonum efficiat. Quamobrem et ἴσως Aristoteles adjecit: *Bonum esse, forsitan non idem est viro et unicuique civi.* Nam, ut dicit Camerarius summam disputationis Aristotelicae (in loco Politicorum supra laudato) proponens, „quum civem probum consilia et actiones suas referre oporteat ad jura atque leges et omnino statum civitatis suae, quumque adeo civium omnium non sit eadem conditio, bonus vir autem simpliciter ad honestatem, decus, virtutem omnia consilia actionesque suas dirigat, interest omnino aliquid inter

hunc et civem laudatum, sed conveniunt etiam in nonnullis tamen ambo."

§. 12. Juris veram partitionem in dominium, obligationem et crimen ab Aristotele hac et sequenti §. perspectam fuisse. jam in dissertatione nostra *De doli et culpae notionibus*, p. 5, not. 3. adnotavimus. — ἢ τιμῆς) ἢ om. Par, Eud, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices.

§. 13. χρῆσις) Est is contractus, quem jurisperiti Romani *Commodatum* appellant. — τῶν δ' ἀκουσίων) Criminibus committendis obligationem non voluntariam agens contrahit, cum poena, e criminis natura jure talionis profluens, cum cogat, ut aequum damnum ipse suscipiat atque alteri intulerit. — δουλαπατεία) δουλαπατία Eud, Par, Coraes, Bekkerus.

CAP. III. (Cap. VI.) Alii caput hoc §. 11. finiunt et reliqua capitis cum sequenti conjungunt. Sunt enim qui putent, in priore illa nostri capitis parte non jam de justo distributivo, sed de justi natura in universum disputari, ita ut species ambae justi sequente demum capite simul tractentur. Sed quamquam initio capitis nostri quaedam proferuntur necessario, quae etiam ad justum correctivum accommodari debeant, tamen jus distributivum spectatur praecipue, quod vel inde potest perspici, quod dignitatis personarum rationem habendam esse auctor contendat (§. 6-7), quam a justo correctivo expressis verbis excludit (c. 4, §. 3).

§. 4. καὶ πρός τι καὶ τισί) καὶ πρός τι om. K^b, Cardwellus; καὶ τισί om L^b; καὶ τισὶ καὶ πρός τι exhibent O^b, Eud. Bekkerus καὶ πρός τι uncinis inclusit, nimirum ut trina membra trinis membris sequentibus respondeant. Sed πρός τι ad res, τισίν ad personas referendum est: Cum aequale in duobus minimum reperiatur, et jus tanquam medium et aequale ad res aliquas referatur personisque aliquibus competat, necessario jus in quatuor minimum versatur, scilicet in duabus rebus et in duabus personis.

§. 6. τὰ ἐν οἷς) om. K^b, Cardwellus. Sed explicatur praecedens ἐκεῖνα, i. e. res, in quibus aequalitas est: κἀκεῖνα autem sunt personae.

§. 7. οἱ μὲν πλοῦτον) οἱ μέν om. Eud, Par, Ven, Bekkerus.

§. 8. μοναδικοῦ ἀριθμοῦ) Michaël Ephesius: μοναδικὸν ἀριθμὸν λέγει, ᾧ ἀριθμοῦμεν, οἷον τὴν δεκάδα, ὃς καὶ κυρίως ἀριθμὸς λέγεται, ὅλως δ' ἀριθμοὶ λέγονται τὰ ἀριθμήματα. — ἡ γάρ) ἥ τε γάρ Par, M^b, O^b. — λόγου) λόγων Par, H^a, L^b, M^b, N^b, Bekkerus.

§. 9. χρήσεται) χρῆται H^a, K^b, N^b, O^b, Cardwellus et Bekkerus. — ἡ τοῦ α) Lambinus vertit: *Quae proportio est primae lineae ad secundam, eadem secundae ad tertiam;* ita ut post ἡ suppleas γραμμή, et fingas tres lineas in margine (forsitan jam ipsius libri manu Aristotelea scripti) adpositas, quae literis α, β, γ designatae continentem servent proportionem. Nec aliter intelligi posse videtur, ut apparet infra c. 4, §. 12. Par, K^b pro α (l. 3), β, β, γ (l. 4), β (l. 5) exhibent πρώτου — δευτέρου, δευτέρου — τρίτου, δευτέρου: et secundum Bekkerum K^b perinde deinceps §. 10-12, l. 2. Quod ita intelligas, quasi sit: *linea primi termini* etc., ita tamen ut τοῦ πρώτου etc. sit generis neutrius; mox enim (§. 9, l. 5), pro ὥςτε ἂν ἡ τοῦ β. K^b legit ὥςτε ἐὰν τὸ δεύτερον (Eud τὸ β).

§. 10. διῄρηνται) Lambinus: *Disjuncti sunt enim similiter et ii quibus jus tribuitur, et eae res quae distribuuntur.* Legentibus διῄρηται (ut K^b secundum Bekkerum, M^b, O^b, Eud) vox οἷς, quamquam de personis, tamen genere neutro (ut supr. §. 6. κἀκεῖνα) accipienda esset.

§. 11-13. Paraphrastes: ὑποκείσθω δὴ τὸ μὲν διανεμόμενον τιμή, πρὸς οὓς διανέμεται ὁ Ἀχιλλεὺς καὶ ὁ Αἴας. δεῖ δὴ λόγον ἔχειν τὴν τιμὴν πρὸς τὴν τιμήν, ὃν ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα· καὶ ἐναλλάξ, ὃν ἡ τιμὴ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, ἡ τιμὴ τοῦ Αἴαντος πρὸς τὸν Αἴαντα. καὶ συνθέντι ὃν ἔχει λόγον ὁ τετιμημένος Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, τοῦτον ὁ τετιμημένος Αἴας πρὸς τὸν Αἴαντα· καὶ ἐναλλάξ, ὃν λόγον ἔχει ὁ τετιμημένος Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν τετιμημένον Αἴαντα, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα. Felicianus hoc in numeris, quos Michaël Ephesius affert, clarius patere dicit. Quocirca eo duce si faciamus

Achillem duplo digniorem, quam Ajacem (8:4), et alteri sex, alteri vero tres demus nummos, habebimus tabulam sequentem:

Unum ad unum:

α		β		γ		δ
Achilles		Ajax		nummi Achillis		nummi Ajacis
8	:	4	=	6	:	3
dupla				dupla.		

Vel alternis:

α		γ		β		δ
Achilles		nummi Achillis		Ajax		nummi Ajacis
8	:	6	=	4	:	3
sesquitertia				sesquitertia.		

Totum ad totum:

α + γ		β + δ		α		β
Achilles et nummi		Ajax et nummi		Achilles		Ajax
8 + 6 (14)	:	4 + 3 (7)	=	8	:	4.

Vel alternando:

α + γ		α		β + δ		β
Achilles et nummi		Achilles		Ajax et nummi		Ajax
14	:	8	=	7	:	4.

Quarum tertia proportio ($\alpha + \gamma : \beta + \delta = \alpha : \beta$) his verbis §. 13. declaratur: *τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον.*

§. 12. (Cap. VII.) *τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον*) i. e. *injusti.* Perperam *τό* pro *τοῦ* El, NC, CCC (ad oram *γρ. τοῦ*), K^b, L^b, Eud, quasi *τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον* possit esse *justum;* ita ut Par legat *καὶ τοῦτο ἀνάλογον*, sed in margine *γρ. τοῦτ᾽ ἔστι τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον.* Verte: ***Justum est medium ejus scilicet, quod proportionem violat.***

§. 14. *ᾧ καὶ ὅ*) Proportio non est continens, quia non unus numero est terminus qui alteram personam (*ᾧ*) designat cui distribuitur (β), et terminus qui alteram rem (*ὅ*) designat quae distribuitur (γ). Itaque *ᾧ καὶ ὅ* eodem sensu dictum est, ac supra §. 10. *οἷς τε καὶ ἅ.* — *τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον*) *τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ ἔλαττον*, ad personas relatum, exhibent Par, M^b, plures Victorii codices, cui placet. Michaël Ephesius:

ἄνισον δὲ ἐν ᾧ τῷ μέν ἐστι πλέον τῆς ἀξίας, τῷ δ' ἔλαττον. — ἐπὶ τῶν ἔργων) Coraes: ἐν αὐτοῖς τοῖς καθ' ἡμέραν συμβαίνουσιν. *In rebus ipsis, in vitae usu:* cf. Polit. II, 8; VII, 1. Idem valet ἐπὶ τῶν πραγμάτων, infr. IX, c. 10, §. 6. Opponitur τοῖς ἔργοις nonnunquam ὁ λόγος: cf. Polit. VII, 4; Metaphys. VII, 7: καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔργῳ δῆλον.


CAP. IV. §. 3. κατὰ τὴν ἀριθμητικήν) Michaël Ephesius: ἔστι δὲ ἀριθμητικὴ ἀναλογία ἐν ἰσότητι κατ' ἀριθμὸν ἢ πόσον, qualitatis ratione, ut addit Felicianus, omissa. Dicuntque iidem interpretes infra ad c. 5, §. 1-5, „justitiam emendativam proportione constare arithemetica et conjuncta, quae tribus terminis efficiatur: quorum duo extremi sint, alter qui infert injuriam alter cui infertur, medius judex.“

§. 4. πατάξῃ) Errat Krischius (l. l. p. 389) Michaëlem Ephesium πλήξῃ legisse contendens, cum et voce πατάξῃ utatur, et primo quidem loco.

§. 6. ὥςτε τὸ μέν) μέν om. Eud, Bekkerus.

§. 7. μεσιδίους) μεσιδίκους (κ correcto) L^b, codex Acciajoli, Eud, Ven; μεσοδίκην H^a, N^b.

§. 8. Lineae *ab* medium sit *c*. Hac enim in duas partes inaequales secta *ad* et *db*, judex detrahit parti longiori *(ad)* id quo haec ipsa pars dimidiam lineam superat *(cd)*, eamque particulam breviori parti *(db)* adjicit.




τὸ αὑτοῦ) τὸ αὐτοῦ Par, Ven; τὸ αὐτό M^b, Eud: τὰ αὑτοῦ O^b; τὰ αὑτῶν H^a, N^b, Coraes, Bekkerus.

§. 10. τὸ ἀφ' οὗ) τό omittunt Par, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, Ven, Cardwellus et Bekkerus; tunc supple τούτου. Sed etiam accusativus post ὑπερέχειν ferendus est. In Eudemiis locus ita legitur: ἑνὶ ἂν μόνον ὑπερεῖχε τοῦ μέσου, ἑνὶ καὶ τὸ μέσον ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη. Ἑνὶ τούτῳ κ. τ. λ. Jam auditor et editor Eudemus suis e schedulis magistri verba perperam conjunxisse videtur.

12. τῆς αε) Sic Zellius et Wilkinsonus sine nota critica, Ven: Bekkerus τῆς εα edidit et ipse variam lectionem non proferens, cum Cardwellus αε edens suum codicem (K^b) auc-

torem adhibeat, quem legere dicit ὅλην δγγ τῇ αε ὑπερέχειν. Varias lectiones ὅλην et ὑπερέχειν Bekkerus agnoscit, de αε silet Ald habet αε: Michaël Ephesius, Paraphrastes, Eud εα, quod olet glossema aut correctionem. Utut est, sensus nihil patitur, cum αε et εα sit eadem linea, nempe minima, quae superest parte sua (εα vel αε) ablata. Et cum longissimam lineam δγγ jam nominaverit incipiens dextra, minimam lineam eodem modo designare potuit, cum tamen eas, quae sequuntur, γδ et γζ, a aeva parte incipiens nominet. Qui istius confusionis vitandae lcausa lineas ab altera parte addere et demere voluerint, nih proficient. A quavis enim parte, seu laeva seu dextra, addas et demas lineam, sive αε sive εα legas, semper alias lineas a parte laeva, alias a dextra, incipiendo textus designat. Quamobrem tantas tragoedias Krischius (l. l. p. 392) excitare non debuit, ob additam a me textui Aristotelico figuram, cum ne antiquitus quidem (ut ipse putat) sine figura intelligi potuerit Philosophi sententia, nec ab oculorum intuitu veteres ita abhorruerint. Resecuit potius quam solvit nodum Paraphrastes qui εα legens figuram in margine ita descripsit, ut lineis erectis δ summum ejus cacumen sit:



Michaël Epesius cum unamquamque linearum primitivarum sex cubitorum esse fingat et tres cubitos lineae αα demtos lineae γγ addat, obtinet in illis lineis proportionem 3 : 6 = 6 : 9. — ἔστι δὲ καί) Haec verba usque ad finem §., quae ab omnibus codicibus agnoscuntur, non sunt aliena hoc loco, aut e sequenti

capite (§. 9) huc male transcripta, ut Zellio videtur. Innuit nostro loco Aristoteles, proportionem, quae est medium damni et lucri, etiam in commerciis rerum ab artibus fabricatarum locum habere; id quod capite sequenti latius exponitur. Repetitio eorundem verborum duobus locis fugere potuit eum, qui recensuerit has Aristotelis praelectiones, cum ab ipso Aristotele procul dubio utroque loco pronuntiata fuerint. Paraphrastes haec verba nostro tantum loco agnoscit, et cum Michaële Ephesio ita explicat, ut τὸ ποιοῦν quidem sit artifex, cujus operibus indigeamus, τὸ πάσχον autem is, qui indigeat aliqua re: artesque interire, nisi quantum fabricentur artifices, tantum indigeant reliqui, ita ut excessus illorum et defectus horum ad aequalitatem et medium revocetur. Exstat tamen et altera interpretatio, quam Michaël Ephesius subjungit: nempe artes e medio tolli, nisi, qui indigeant tantum pati, i. e. tribuere velint, quantum artifices meruerint pro magnitudine et qualitate operum suorum; nulli enim operarentur artifices, si nulla ipsis futura esset aequa compensatio. Ad sensum si spectes, sane utraque explicatio ad idem redit; nam si indigentia et necessitas operum exstiterit, digno etiam pretio ementur: estque nummus signum indigentiae, ut dicet infra c. 5, §. 11. Posteriorem interpretationem ideo forsitan quispiam praetulerit, quod justitiae intersit, ut aequa compensatione remunerentur artifices ab iis quibus opus est operibus eorum: qualitatem autem et quantitatem operum respondere indigentiae et necessitatibus civium, non sit quaestio juris, sed scientiae, quam nostri vocant *oeconomiam politicam*, ab hoc loco prorsus alienae. Apud veteres tamen jurisprudentia et oeconomia politica nondum diversae erant scientiae. Cumque jus contineat societates (infr. c. 5, §. 6) et proportio inter indigentiam et merces conservet artes, quibus constituitur societas (infr. c. 5, §. 9. fin.), haec proportio eodem modo ad justitiam pertinet, quam illa altera inter operationem et renumerationem. Conjungendae igitur viderentur ambae interpretandi rationes, si τοιοῦτον aeque bene ad posteriorem, quam ad priorem interpretationem referri posset. Sed in remuneratione non qualitas

semper spectatur, cum nummi quantitatis aequalitate diversas rerum venalium qualitates comparare et possint et debeant.

§. 13. Quamquam proprie lucrum et damnum in iis contractibus occurrit, qui sponte fiunt, tamen cum hos lex permittat, id tantum lucrum et damnum, quod in non voluntariis contractibus (ex delicto nempe ortis) locum habet, injusti nomine Philosophus designat. Sic recte Paraphrastes et Michaël Ephesius. Argyropylus ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος (§. 13) non ad lucrum et damnum, sed ad ipsos contractus refert (quamquam quis unquam dubitaverit, emtionem venditionem legibus concessam esse?): et ad τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον (§. 14) non συναλλαγμάτων intelligit, sed haec verba vertit quasi sint appositio κέρδους τινὸς καὶ ζημίας, cum tamen damnum illatum non nisi invite patienti accidat, sponte vero homines lucrentur. — ἔδωκεν) δέδωκεν El, CCC, K^{b}, O^{b}, Cardwellus, Eudemus qui et ἄδειαν omittit.

§. 14. ἀλλὰ αὐτὰ δι' αὑτῶν γένηται) Nemo interpretum haec verba intellexit. Felicianus vertit: *sed sua cuique per se ipsa evaserint;* Argyropylus: *sed sua per se ipsa sunt facta;* Lambinus: *sed paria paribus respondent.* Cum §. 13. dixisset, nomina κέρδος et ζημία orta esse e contractibus voluntariis, jam §. 14. proponit, ea nomina translata esse ad obligationes ex delicto, ita ut in iis solis usurpentur. Verte: *Ubi vero neque plus neque minus habent, praeterquam quae per se ipsos facta sint* etc. Et sensus est: Cum, quae e contractu sponte dederint et amiserint vel acceperint, non lucro damnove apponant, ideoque nec ad justitiam injustitiamve revocent, justum cujusdam modo lucri et damni medium est, nempe ejus lucri et damni, quod in obligationibus non voluntariis evenit. Sic αὐτὰ δι' αὑτῶν intelligitur ex oppositione τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον, et ἀλλά pro *nisi, praeterquam* accipiendum est, ut in libris de Anima I, 1, §. 11, utraque enuntiatione arcte contracta; cf. Trendelenburg. ad h. l. p. 209-210. — τῶν παρὰ τό) Pro τῶν habet τῷ K^{b} (secundum Bekkerum), τό Vrat, M^{b}, Ven. In Eudemiis: ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι, τῷ παρὰ τὸ ἑκούσιον τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον. Sensum

non laedit discipuli correctio eam ob causam introducta ut infinitivus ἔχειν melius cohaereat cum praecedentibus, sed referri iste potest ad μέσον sive ut appositio sive intellecto ὥστε. Dilucidiorem autem fore finem Aristotelicae sententiae Michaël Ephesius jure contendit, si addiderimus ὅσον, ita supplens: τὸ ἴσον ἔχειν ὕστερον, ὅσον εἶχε καὶ πρότερον.

CAP. V. §. 1. (Cap. VIII.) ἁπλῶς δίκαιον) Simpliciter justum in universum id est, de quo hactenus Noster locutus est, cui quidem opponit δίκαιόν τι καὶ καθ' ὁμοιότητα (cf. infr. c. 6, §. 4). Hoc tamen loco ἁπλῶς potius mixtae ei juris talionis naturae opponi videtur, quam infra ad §. 2. exponemus. — Πυθαγόρειοι) Cf. Magn. Moral. I, 34: ἔστι δὲ δίκαιον καὶ ἀντιπεπονθός, οὐ μέντοι γε ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾤοντο δίκαιον εἶναι, ἅ τις ἐποίησε, ταῦτ' ἀντιπαθεῖν. — ἄλλῳ) Deest in Par, L[b], M[b], O[b]; ἄλλων Vrat; post ἄλλῳ intruduntur in El et codice Acciajoli: τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτε ἐπὶ τὸ νόμιμον οὔτε ἐπὶ τὸ πολιτικόν· πολιτικὸν δὲ λέγω τὸ κοινωνικόν.

§. 2. οὐκ ἐφαρμόττει) Mox enim videbimus, jus talionis, seu justum *commutativum*, in commutandis contrahendisque rebus usurpatum, neque geometricam proportionem disjunctam justi *distributivi*, neque arithmeticam proportionem continentem justi *correctivi* referre, sed propriam quandam proportionem voluntariis contractibus adhibendam, in qua, postquam dignitatis personarum aliquatenus habita ratione pretium operum per geometricam proportionem disjunctam stabilitum sit, per arithmeticam proportionem continentem opera ad aequalitatem redigantur (cf. infr. ad §. 8-12). Respondet igitur fere haec justi divisio juris illi partitioni, quam supra (ad c. 2, §. 12) memoravi.

§. 3. εἴ κε πάθοι) Schol. Par. ap. Zell. e Michaële Ephesio: Ἡσιόδειον.

§. 4. διαφωνεῖ) Citantur jam exempla, in quibus simplex talionis jus non sit justum. Videturque dignitas personarum etiam in jure correctivo nonnunquam spectari. Sed dignitatis personarum ipsarum, i. e. bonitatis et virtutis earum, ratio

non habetur; crimen vero ipsum majus est, si quis magistratui, quam si privato, attulerit verbera.

§. 6. *συνέχει*) sc. *πρᾶγμα* vel *πόλιν* vel *κοινωνίαν*. — *ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν*) Michaël Ephesius: *ἢ γὰρ τοὺς κακῶς ποιήσαντας ζητοῦσιν οἱ κακῶς πεπονθότες κακὰ ἀντιπαθεῖν.*

§. 7. *χάριτος ἴδιον*) *ἴδιον χάριτος* Bekkerus, Eudemo ceterisque pugnantibus.

§. 8. *τὸ ἐκείνου ἔργον*) *τοῦ ἐκείνου ἔργου* H^a, K^b, L^b, N^b, O^b, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus et Bekkerus. Non male, sensu partitivo; vide infr. ad §. 13. — *τὸ αὐτοῦ*) *τοῦ αὐτοῦ* Eud, Ven; *τοῦ αὑτοῦ* Coraes; *τὸ αὑτοῦ* Duvall, Turnebus, Wilkinsonus, Bekkerus; in Par *τό* superscriptum habet *τοῦ*. — *πρῶτον ἢ*) Cum domus calceo non sit aequalis ideoque artifices sibi non sint aequales, oportet artificum opera (vel dignitatem) proportione geometrica disjuncta exaequari (*τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον*), priusquam conjunctio per diametrum fiat (*εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται*). Sic Michaël Ephesius. Valeat ex. gr. aedificator centies plus sutore, centies etiam calceus sumendus est, ut domus ei adaequetur. Et tum demum aedificator per diametrum cum centum calceis, sutor eodem modo cum domo conjungendus est, si retaliari velis. Jamque apparet, quo sensu *τὸ ποιοῦν* et *τὸ πάσχον* §. 9 (cf. supr. ad c. 4, §. 12, p. 169) accipiendum sit: *τὸ ποιοῦν* est qui dat domum aut centum calceos, *τὸ πάσχον* est is qui haec accipiens paria retribuere debet vel centum calceos vel domum; ita ut unusquisque et agat, et patiatur. Proprie tamen *τὸ πάσχον* de indigente accipi debet; sed nihil refert, cum idem sensus sit. jamque illo loco viderimus, ambas interpretationes inter se conciliari posse. — *δεῖ οὖν δή*) om. *δή* Bekkerus.

§. 10. *ἐφ' ὅ*) *ἐφ' ᾧ* Par, L^b, M^b, O^b, Coraes. — *μέσον*) *μέτρον* Wilkinsonus ex insulsa Casauboni et Mureti conjectura, quam probasse Coraem miror. Michaël Ephesius: *κανὼν γὰρ καὶ κριτήριον γίνεται τῆς ἀρετῆς τοῦ οἰκήματος καὶ τῶν ὑποδημάτων, ὡς καὶ ὁ δικαστὴς τῆς πλεονεξίας καὶ μειονεξίας*, scilicet secundum proportionem arithmeticam continentem.

§. 11. ἐφ' ἡμῖν) Michaël Ephesius: εἰ γὰρ θελήσομεν διδόναι ἃ ἔχομεν καὶ λαμβάνειν ἃ μὴ ἔχομεν, ἄχρηστον ἔσται τὸ νόμισμα.

§. 12. Michaël Ephesius et Paraphrastes recte ita explicant: Si agricola ad sutorem duplus est, etiam calcei duplicandi sunt, ut frumenti dignitatem aequent. — εἰς σχῆμα δέ) Muretus a vero non aberravit, cum dixit, sententiam hujus loci, de qua inter omnes conveniat, esse hanc: *Ducendos esse in figuram analogiae, i. e. comparandos inter se artifices et eorum opera, antequam permutent;* quamvis quidam legant δεῖ ἄγειν, quidam οὐ δεῖ ἄγειν. Sed vir doctus cum addit, „in qua librorum et opinionum discrepantia, malui eos sequi, qui particulam οὐ delent,“ non est audiendus. Omnes enim Wilkinsoni, Zellii et Bekkeri codices οὐ exhibent; estque sensus non dubius. Ἀναλογία, ut recte vidit Michaël Ephesius, est hoc loco, per quam artificum opera inter se adaequantur (cf. supr. §. 8: τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον); quam proportionem Aristoteles etiam modo exposuerat: Quanto agricola sutorem excedit, tanto numero calceus frumentum excedere debet, si justam permutationem facere velint. Ἐπεὶ γὰρ (ait graecus interpres) διὰ τὴν τῆς οἰκίας πρὸς τὰ ὑποδήματα ὑπεροχὴν ἐλέγετο ὁ οἰκοδόμος ὑπερέχειν τοῦ σκυτέως, ἰσασθέντων τῶν ὑποδημάτων τῇ οἰκίᾳ ἔσται ὁ οἰκοδόμος ἴσος τῷ σκυτεῖ. Vidit igitur acutissime, „retributionem et commutationem geometrica fieri proportione quae terminis quatuor constet, expositionem vero proportionis et aequalitatis eorum, quae in retributione efficiantur, arithmetica, quam inferius“ (§. 15) „tribus etiam fieri quodammodo posse ostendet.“ Scilicet geometrica proportio necessaria est, quia dignitas personarum spectanda est quodammodo; ubi vero semel, multiplicato opere personae minus dignae, per operum aequalitatem etiam personarum inaequalitas evanescit (quippe quae e sola operum inaequalitate oriebatur): jam, cum dignitatis non amplius ratio habeatur, proportio fit arithmetica, in qua numeri aequalitas sola spectatur. His de sensu ἀναλογίας praemissis, jam Michaëlem Ephesium secuti lucem textui afferamus: *Sunt autem non in figuram proportionis deducendi, postquam permutaverunt* simpliciter operibus non aequatis, sed ante

permutationem proportione facta aequentur opera oportet. *Quod si non* factum fuerit, sed, operibus non aequatis, agricola acceperit calceum, sutor frumentum, et tum demum volueris proportionem facere, ut agricola ad sutorem, ita frumentum ad calceum (agricola et calceus = sutori et frumento) *alterum extremum* (vel, ut explicat Michaël Ephesius, utrumque extremum, quamobrem Muretus etiam legi vult ἑκάτερον, quod tamen non opus est; nam quod de utroque verum est, dici etiam potest de altero) *utramque exsuperantiam habebit*, i. e., ut dicit Muretus, „et plus et minus. Alter enim plus dabit, minus accipiet“ (agricola): „alter plus accipiet, minus dabit“ (sutor); quippe cum agricola, qui sutorem excedit dignitate, minus opus accipiat et majus opus sutori det, qui ab ipso superatur. *Sed cum suas quisque res habent, ita* demum proportione facta *aequales inter se ac socii* sunt, *quia haec aequalitas in eis effici potest*, quae aequatis operibus constat, cum reliqua dignitas personarum, quae, omissa diversitate operum virtutisque habita ratione, locum habet, non spectetur in commutativo justo. Sequentia eam aequalitatem, quae sola fieri potest, exponunt. Ὑπεροχήν autem tam de excessu (ὑπερβολῆς), quam de defectu (ἐλλείψεως) dici, jam Michaël Ephesius notavit: καὶ ἔθος ἐστὶ λέγειν, εἰς ὑπερβολὴν ἐδόθη αὐτῷ πολλά, καὶ πάλιν εἰς ὑπερβολὴν ἐδόθη αὐτῷ ὀλίγα, καὶ εἰς ὑπερβολὴν ὅδε πλούσιός ἐστι καὶ αὖ εἰς ὑπερβολὴν ὅδε πένης. Quamquam enim ὑπεροχή etiam τῇ ἐλλείψει opponitur (vide supr. §. 10), ita ut sit plane idem quam ὑπερβολή, tamen eo minus de altero ejus sensu dubitandum est, quod ipsum ὑπερβολή eo sensu nonnunquam accipiatur (vide supr. IV, c. 1, §. 37). Wilkinsonus ὑπεροχάς pro ὑπερβολάς (ut habent CCC, K^b, Cardwellus) sensu proprio accipit, ita enodans: „Aedificator haberet excellentiam artis eam, qua sutori praestat aedificandi artifex; et excellentiam operis, qua domus calceo praestabilior est.“ Sed audiendus non est; nam hoc non esset injustum, et commutatione facta (ὅταν ἀλλάξωνται) aedificator jam non habet domum, sed calceum. Addit et tertiam explicationem, quae cum nostra convenit: „Vel plus laboris, quia plus laboris insumitur in domo

facienda, quam in calceo conficiendo; et plus damni, quia, cum calceus minoris pretii sit, quam domus, si calceum pro domo acciperet, damno afficeretur.“ Hactenus omnia sibi constare videntur. Omittentibus οὐ id erat consilium, ut sensum a nobis expositum clariorem reddere conarentur, qui, retento οὐ, impeditior ipsis videbatur. Itaque Lambinus aliique verterunt: *Sunt autem tum in figuram proportionis deducendi, cum permutaturi sunt;* quasi unquam aoristus conjunctivi, praecedente ὅταν, habere possit sensum futuri primi; cf. Buttmann. §. 126, 12. Quare Coraes sine negatione legit: ὅταν ἀλλάττωνται. Sensum sane non offendit Lambiniana versio; dicitque idem hoc ipse Aristoteles infra ἀλλ᾽ ὅταν ἔχωσι τὰ αὑτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοί, quae tamen verba cum jam non praecedentibus opponerentur, Lambinianam interpretandi rationem si sequerere, ἀλλά explicari non posset; vel etiamsi ferri posset ad εἰ δὲ μή relatum eique oppositum, tautologiam saltem nullo modo evitares, quam cur pugnantibus codicibus intrudere velis, non video. Cum proportio geometrica ante permutationem factam exstare debeat, arithmetica autem, permutatione demum perfecta, locum habeat, Zellius Giphanium secutus haud absurde dicit: „Negatio οὐ, ut ego sentio, aut stabit aut ejicienda erit, prout analogiam intellexeris; si geometricam, stabit, sin autem arithmeticam, ejicietur.“ — τὰ αὐτῶν) τὰ αὑτῶν Eud, Coraes, Bekkerus.

§. 13. ἕτερος) ἅτερος Par, Bekkeri, ut videtur, codices (excepto O^b, qui θάτερος exhibet), Ald, Ven, Paraphrastes, Coraes, Cardwellus et Bekkerus. — διδόντες) δόντες K^b, Cardwellus. Zellius ad ὥσπερ recte supplet ἀλλάττονται, διδόντες ad singularem numerum δέηταί τις revocat, cum ejusmodi permutatio numeri saepissime locum habeat; cf. supr. ad III, c. 5, §. 8. Sunt autem αὐτός et τις diversae personae, cum ad ἔχει supplendum sit e praecedentibus subjectum ἅτερος vel aliud simile. Verte: *Sicuti tunc permutant, quando, quod alter habet ipse, ejus quispiam indiget, ut vini, pro quo dat ille triticum exportandum.* Sic Paraphrastes: ὥσπερ τοὐναντίον, ὅταν οὗ μὲν ἔχει αὐτὸς δεῆταί τις, αὐτὸς δὲ χρήζει ὧν ἐκεῖνος δοῦναι δυνατός.

Item Michaël Ephesius. Giphanius contra *οὐ* ante *δέηται* legendum censet, ut est in editis nonnullis, et haec verba ita cum praecedentibus conjungit, quasi exemplum eorum contineant: *verbi gratia, si quod alter habet, puta vinum, alter non egeat;* verba vero *διδόντες σίτου ἐξαγωγήν* aliena putat atque adeo inducenda. Haec esset sane facilis ratio auctorum sententiam expediendi et interpretandi, qua ratione utinam cautius interpretes uterentur! — *ἐξαγωγήν*) *ἐξαγωγῆς* Hᵃ, Kᵇ, Nᵇ, Cardwellus et Bekkerus; genitivus partitivus tamen hoc loco minus bene ponitur, quam supra §. 8.

§. 14. *ὥςπερ μέσον*) Sic Par, Mᵇ, codices Victorii (sed in margine quorundam *μέτρον*), Ald, Ven. Vulgatam *μέτρον* exhibent *B, C, Wilkinsonus sine codicum suorum varietate, Vrat, Cardwellus, Bekkerus ex Hᵃ, Kᵇ, Nᵇ, Oᵇ, Eud, Coraes; *μέτρῳ* A (Lᵇ). Paraphrastes utramque lectionem ante oculos habuit, longisque ambagibus expressit. Michaël Ephesius: *εἰπών, ὅτι τὸ νόμισμα ὥςπερ μέσον ἤτοι μέτρον γε, ὃς ἰσάζει καὶ σύμμετρα ποιεῖ.* Vox *ὥςπερ (tanquam)* urget, ut praeferamus *μέσον.*

§. 15. *ἐξ ὑποθέσεως*) Paraphrastes: *νόμῳ τινὶ ἡμετέρῳ καὶ συνθήκῃ.* Sic et Michaël Ephesius (cf. supr. §. 11). — *οἰκία ἐφ' ἧς α*) Ad *ἧς* supple *γραμμῆς.* Voces *ἐφ' ἧς* desunt in El, CCC, Hᵃ, Kᵇ, Lᵇ, Mᵇ, Nᵇ, pluribus Victorii codicibus, Michaële Ephesio, quos secuti sunt Cardwellus et Bekkerus. Decem minae, tanquam medium, mensurant domum et lectum proportione arithmetica continenti: Ut domus est ad quinque minas, ita quinque minae ad quinque lectos. Muretus finem §. in quibusdam codicibus legi contendit „brevius et ni fallor dilucidius hoc modo: *οἰκία ἐφ' ᾧ α, μνῶν πέντε, κλίνη ἐφ' ᾧ β μνᾶς ἀξία. κλίνη δὴ πέμπτον μέρος οἰκίας ἔσται, δῆλον τοίνυν* etc.“ — *κλίνη ἢ δέκατον*) *ἢ* omittunt Hᵃ, Kᵇ, Mᵇ, Nᵇ, Oᵇ, Cardwellus et Bekkerus. — *τοῦ β*) Ven, Coraes addunt *νομίσματι.*

§. 16. *τὸ νόμισμα ᾖ*) *εἶναι* pro *ᾖ* Mᵇ, Bekkerus; *ᾖ* om. Lᵇ. — *εἰ*) om. Bekkerus.

§. 17. (Cap. IX.) *ταῖς πρότερον ἀρεταῖς*) Pro *πρότερον* legunt *ἄλλαις* CCC, Lᵇ; *ταῖς ἀρεταῖς ταῖς πρότερον* Oᵇ.

§. 19. *ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον*) sc. *ἐστὶ καθ' ἣν ὁ ἄδικος*

λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν κ. τ. λ. — ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς) μέν post ὑπερβολῆς addunt H[a], K[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus. — ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων) Michaël Ephesius: εἰς ἑαυτὸν μὲν τὴν διανομὴν ὁ ἄδικος ἀεὶ ὡρισμένως ποιεῖται· ἀεὶ γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν ὠφελίμων τὸ πλέον λαμβάνει, ἐπὶ δὲ τῶν βλαβερῶν τὸ ἔλαττον. ὅταν δὲ πρὸς ἄλλους τὴν διανομὴν ποιῆται, ἀορίστως καὶ ὡς ἔτυχε· ποτὲ μὲν ἐκείνῳ διανέμει τὸ πλέον, ποτὲ δ' ἑτέρῳ. καὶ ᾧ μὲν τήμερον δέδωκε πλέον οὐκ ἀξίως, αὔριον δίδωσιν ἔλαττον, καὶ αὐτὸ ἀναξίως, — ex ipsius scilicet utilitate. Item Paraphrastes.

§. 20. περὶ δικαίου) περὶ τοῦ δικαίου Bekkerus.

CAP. VI. §. 1. (Cap. X.) E justitiae moralis descriptione ad declarandum jus civile ita transit, ut dicat, non necesse esse, qui injustam actionem commiserit, eundem esse hominem vitio morali injustitiae affectum, cum potuerit non ex proposito, sed cupiditate aliqua motus agere. In moribus enim consilium spectatur, non actio; in jure civili contra. — ὁποῖα) ὁ ποῖα Bekkerus. — οὕτω) i. e. actiones eorum solas spectanti; nec opus est Mureti conjectura, qui post διοίσει excidisse putat ἐπιβλέποντι δὲ εἰς τὸ οὗ ἕνεκα, διοίσει, quae verba ex interpretatione Michaëlis Ephesii et Paraphrastae hausit. — ἀρχήν) Ne cum Camerario pro adverbio accipias, sed est substantivum; Argyropylus: *ob electionis principium.* Ex proposito enim non solum initio non egit, sed nullo tempore.

§. 3. πῶς μὲν οὖν — εἴρηται πρότερον) Verba hujus §. Mureto loco suo mota ac dejecta esse videntur. Quumque ea suum in locum restituenda censeat, nostro loco delet; et initio §. 17. capitis superioris inter ἐστιν et εἴρηται inserit καὶ πῶς ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, „cum constet hic" (scilicet illo loco) „demum concludi totam disputationem περὶ τοῦ ἀντιπεπονθότος neque postea de eo ullum verbum fieri." Sed cum de morali justo ad justum civile transiturus sit Philosophus, commonefacit nos eorum quae supra (c. 5, §. 1) dixerat, jus talionis non esse simpliciter justum, sed quodammodo cum eo convenire, ne miremur, cur de jure talionis loqui jam non opus sit tractaturis jus simpliciter et jus civile.

§. 4. τὸ ζητούμενον) *Id justum quod quaerimus est et sim-*

pliciter justum et civile justum, ita ut materia hujus libri omn sit duplex justum, ut partitur Acciajolus, simpliciter justum et justum civile; jus enim civile est ipsum simpliciter justum vel, ut dicit Paraphrastes, *κυρίως δίκαιον*. Sed justum civile est id simpliciter justum, quod non proposito tantum et animis agentium continetur, sed etiam legibus sancitum est. — *ἢ κατὰ ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμόν*) Acciajolus ad justum refert, et de jure distributivo et correctivo intelligit. Sic Paraphrastes: *κυρίως τοίνυν καὶ ἀληθῶς δίκαιόν ἐστι τὸ διανεμητικὸν καὶ τὸ διορθωτικὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ πολιτικόν. ὅπερ ἢ κατὰ γεωμετρικὴν ἀναλογίαν γίνεται καθὼς εἴρηται, ἢ κατ' ἀριθμητικήν*. Sed *κατ' ἀριθμόν*, oppositum *τῷ κατ' ἀναλογίαν*, de proportione arithmetica intelligi non potest. Quare haec verba ad *ἴσων* referentes, explicationem Michaëlis Ephesii arripiamus, qui *κατ' ἀριθμόν* ad democratiam, *κατ' ἀναλογίαν* ad diversas aristocratiae species revocat: *πάντες γὰρ οἱ ἐν δημοκρατείᾳ ἴσους ἑαυτοὺς ὑπολαμβάνουσιν· ἐλευθερίᾳ γὰρ τὴν ἰσότητα κρίνουσιν.* Qui vero divitiis aut nobilitate aut virtute aequalitatem metiuntur, eorum in civitatibus ditiores, nobiliores aut meliores non nisi proportione geometrica plus accipiendo cum ceteris possunt comparari (cf. Polit. IV, 4. et 8; et passim). — *τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα*) om. *καί* Michaël Ephesius, quod probat Coraes. Explicat interpres graecus: *ὥσπερ πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα, καὶ δούλου πρὸς δεσπότην.* Haec enim jura secundum Aristotelem non sunt simpliciter justum, sed e similitudine (cf. infr. §. 9).

§. 5. *ἐν οἷς καὶ νόμος*) *ἐν* om. Par, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, Ven, Cardwellus et Bekkerus; recte. Cum justum sit inter eos, quibus lex est, lex autem ipsa propter injustitiam instituta sit, simpliciter justum non inter dominum et servum exstare potest, quia nemo in se suaque injustus esse potest (vide infr. §. 9, collatam cum capite 9. et 11). — *οὐ πᾶσιν ἀδικία*) Repetit auctor quae §. 1-2. jam dixerat, ut appareat jus civile latius patere quam justum morale. Michaël Ephesius: *ἐν γὰρ τοῖς ἀπροαιρέτοις ἢ κατ' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων γινομένοις τὸ ἀδικεῖν ἐστὶ, ἀδικία δὲ οὐκ ἔστιν* (cf. infr. c. 8). Et cum Aristoteles addat

τοῦτο δ' ἐστί κ. τ. λ., ad injustitiam spectans significat, πλεονεξίαν semper ex habitu vitioso profluere, παρανομίαν non necessario.

§. 6. ἀλλὰ τὸν λόγον) Pro λόγον legit νόμον M^b, Coraes; et sic ipse Philosophus Polit. III, 16 (12. ed. Heins.): τὸν ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν ἕνα τινά. Et mox exponitur, quomodo λόγος vel νοῦς legis locum obtineat: ὁ μὲν οὖν τὸν νοῦν (sic Bekkeri codices Q, M^b, S^b, U^b, V^b, W^b; γρ. νοῦν J^b; νόμον J^b, Q^b, T^b) κελεύων ἄρχειν δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους, ὁ δ' ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον, καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστίν. Hanc Aristotelis interpretationem in nostrum textum Paraphrastes introduxit.

§. 7. Argyropylus et Lambinus protasin ab ἐπεί usque ad δίκαιος pertinere putant, et parenthesi οὐ γὰρ νέμει — ἀνάλογόν ἐστι interjecta, apodosin a διὸ ἑτέρῳ ordiuntur. Sed cum διὸ ἑτέρῳ πονεῖ sit consequentia eorum, quae auctor in parenthesi proposuerat, et relativum διό, mea quidem sententia, apodosin ordiri plane non possit, parenthesin post πονεῖ demum concludo, apodosin orsus a καὶ διὰ τοῦτο, eo sensu, ut διὰ τοῦτο referatur ad praecedentia οὐδὲν αὐτῷ πλέον εἶναι δοκεῖ, et καί ideo adjiciatur, quia haec est altera ratio, cur justitia ἀλλότριον ἀγαθόν nominetur, cum supra (c. 1, §. 17) prior ratio allata fuerit. Camerarius apodosin a μισθός τις (§. 8) demum ordiendam censet; quod vetare ἄρα videtur. Ἐπεί autem hoc loco non, ut saepius (cf. supr. ad IV, c. 1, §. 29), ad praecedentia, apodosi deficiente, referri posse, vel inde patet, quod particula δέ sequitur, quae vetat, ἐπεί cum praecedentibus conjungi. Similis structura occurrit Top. II, 4 (c. 2. ed. Sylb et Cas.), ubi, brevi protasi ἐπεὶ δ' — κατηγορεῖσθαι praemissa, apodosis incipit a καὶ ὅσα, parenthesi satis longa post apodosin adjecta. — πονεῖ) Sic dedi cum Argyropylo, Corae, Par, Cardwello e K^b secundum Cardwellum, et Ven. Bekkerus cum ediderit ποιεῖ sine ulla lectionis varietate, vereor, ut vir doctus codices ad hunc locum inspexerit.

§. 8. *ὅσοις*) *ὅτῳ* El, Vrat, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, codex Parisiensis Turnebi, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus et Bekkerus; haud ineleganter. Michaël Ephesius: *οἷς*.

§. 9. *μὴ χωρισθῇ*) *μή* om. CCC, K^b secundum Bekkerum, O^b, codex quidam apud Victorium, Muretus cum codicum suorum parte; sed utrocunque modo legas, eandem effici sententiam, jam Muretus vidit. Recte enim *ἕως ἂν ᾖ πηλίκον* Coraes vertit gallice: *jusqu' à un certain âge.* *Μή* legentibus vertendum est *ἕως* *quamdiu*, negationem rejicientibus *usque dum.*

§. 10. *ἄδικον*) *ἀδικία ὂν* CCC (ad oram nostra est lectio), K^b, nullo quem equidem videam sensu.

§. 11. *ἕτερον δέ ἐστι*) *ἐστι* om. Ven, Bekkerus.

CAP. VII. §. 1. *τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι*) Acciajolus: „Inter Lacedaemonios et Athenienses vigente bello sancitum fuit, ut captivi redimi possent certo pretio, scilicet una mina.“ Herodotus (VI, 79) de duabus minis loquitur, quae inter Graecos de redimendis captivis constituebantur. — *τὸ αἶγα θύειν*) Michaëli Ephesio exempli causa positum, non ab historia aliqua sumtum videtur. Sed vide Herodotum de Aegyptiis (II, 42): *ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν ἢ νομοῦ τοῦ Θηβαίου εἰσὶ, οὗτοι μέν νυν πάντες οἴων ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσι.* Unde Coraes conjecit: *τὸ αἶγας θύειν Διΐ, ἀλλὰ μὴ πρόβατα*, cum jam Camerarius *δύο* rejecerit, Muretus *Διΐ* addiderit. — *Βρασίδᾳ*) Cf. Thucid. V, 11: *Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Βρασίδαν οἱ ξύμμαχοι, πάντες ξὺν ὅπλοις ἐπισπόμενοι, δημοσίᾳ ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει πρὸ τῆς νῦν ἀγορᾶς οὔσης. καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας.* — *ψηφισματώδη*) Quomodo *ψήφισμα* et *νόμος* differant, apparet infra c. 10, §. 6; et Polit. IV, 4: *οὐδὲν γὰρ ἐνδέχεται ψήφισμα εἶναι καθόλου*, ita ut *ψήφισμα* sit singulare, *νόμος* universale. Leges autem, quae ad singulos pertinent, quae Latinis vocantur privilegia, ut Brasidae sacra facere, ideo non jam *ψηφίσματα* sunt; datae enim sunt in omne tempus, cum decreta singula singulas ad occasiones fiant.

§. 2-5. Nonnullis dicentibus jus naturale non existere,

quod naturalia immutabilia ubique, jura autem mutabilia sint (§. 2), Aristoteles respondet, etiam naturalia jura esse mutabilia, scilicet apud homines, mutabilia autem quaedam esse naturalia, quaedam non (§. 3); quod primo aliarum rerum exemplo illustrat (§. 4), deinde explicandae jurium diversitati accommodat (§. 5). Dicit enim §. 4, etiam naturalia quaedam esse mutabilia, ex. gr. quod manus dextera sinistra sit valentior; et §. 5, non solum positiva, sed et naturalia jura esse mutabilia.

§. 3. *οὐδαμῶς ἔχον*) *ἔχον* om. H[a], K[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus; *οὐδαμῶς ἄλλως ἔχον* legunt Lambinus, Coraes. — *φύσει κινητὸν, οὐ μέντοι πᾶν*) Sic Eud; *φυσικὸν κινητὸν, οὐ μέντοι πᾶν* M[b], Ald, Ven; *B *φύσει κινητόν. μέντοι πᾶν*, superscripto *ἐ* (sic) post *κινητόν*. Bekkerus vulgatam ab Eudemo profectam corrigens cum A (L[b]), C, H[a], K[b], N[b], O[b] dedit: *φύσει, κινητὸν μέντοι πᾶν*. Cum Zellius et Wilkinsonus *οὐ* legentes sileant suis de codicibus, quid exhibeant illi codices, merito dubitaveris. Secundum Bekkerianam lectionem hominibus naturalia quidem jura, immutabilia vero non sunt, quippe quae Dii sibi reservent ipsis. Quod cum ad Platonis opinionem, ejusque *αὐτοδίκαιον* spectare recte putet Michaël Ephesius, jam si semel discriminare velis jus Deorum (*αὐτοδίκαιον*) et jus hominum (*δίκαιον*), Aristotelis sententia esse non potest nisi haec: *Jus apud Deos est immutabile, jus apud homines mutabile omne; sunt tamen nihilominus hominum jura quaedam naturalia, quaedam non.* Primo enim si secundum vulgatam vertere volueris, *apud nos quaedam etiam naturalia jura sunt mutabilia, sed non omnia,* jam naturalia hominum jura immutabilia et necessaria ea erunt ipsa, quae a Diis proficiscuntur; quapropter haec jura neque, tanquam humana, divinis possunt opponi. Nam quod natura sua immobile est (scilicet tanquam apud Deos habitans), hoc nimirum etiam apud homines ita se haberet, nisi depravati essent: ut uno ore et Michaël Ephesius et Paraphrastes exponunt, quorum ille (*ἔστι δὴ οὖν παρ' ἡμῖν κινητὸν φύσει δίκαιον, κινητὸν μέντοι πᾶν*) aperte ut Bekkerus legit, hic utramque lectionem ante oculos habuisse videtur. Itaque *τι φύσει* idem est

atque αὐτοδίκαιον vel jus divinum, estque apud bonos homines, utpote Deorum similes, etiam immotum, apud homines autem in universum non immobile, sed mutabile. Deinde vulgata nec ad sequentem enuntiationem ἀλλ' ὅμως bene quadrat. Nam cum jam οὐ μέντοι πᾶν sit restrictio enuntiationis παρ' ἡμῖν δ' ἐστὶ μέν τι (B μέντοι) καὶ φύσει κινητόν, ejusdem hujus enuntiationis non etiam ἀλλ' ὅμως restrictio esse potest, sed verborum οὐ μέντοι πᾶν, quod quidem sensu caret. Secundum alteram vero scripturam recte procedit sententia, si verba κινητὸν μέντοι πᾶν ita praecedentem enuntiationem restringunt ut ipsa a sequentibus restringuntur. Postremo vulgata, cui Felicianus sensum praebet: *Est quoddam etiam naturale* (jus), *quod mobile sit,* plane ita verti non potest. Sed verti deberet: *Est aliquid etiam quod natura mutabile est* (ut supr. §. 2. τὸ μὲν φύσει ἀκίνητον), quod ab hoc loco plane alienum esset: vel: *Est etiam mutabile aliquid, quod natura est, non autem omne*, quod faceret cum sequentibus insulsissimam tautologiam, cum in vulgata ad τὸ μὲν φύσει suppleri deberet κινητόν, non δίκαιον, ut altera lectio postulat. Nonnulli, qui vulgatam retinuerunt, his rebus moti τι φύσει non ad jura, sed ad res naturales in universum retulerunt. Cum tamen τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὁρῶσι praecedat, et quae de Diis dicuntur ad jura referri debeant, non video, quomodo τι φύσει non de jure possit accipi. Naturalium sane rerum non omnes sunt mutabiles; quare codex M^b, qui exhibet οὐ, non male legit τι καὶ φυσικόν. Sed eae res naturales, quae sunt immutabiles, quomodo, ut siderum motus, ad homines, non ad Deos, aut quomodo, ut ignis directio, potius ad homines, quam ad Deos pertineant, perspicuum non est. Bekkerianam igitur lectionem solam veram puto, et in textum recepissem, si Bekkerianorum et meorum codicum scriptura ante editum textum nota mihi fuisset, persuasum habens, et ex aliorum codicibus, collati si fuissent, variam hanc lectionem erui potuisse. Videtur οὐ insertum esse, si non jam ab Eudemo, certe a quodam, qui textum non intelligens Paraphrastae auctoritatem sequi voluerit. Sunt autem verba ejus haec: εἰ γὰρ καὶ παρ' ἀνθρώποις πάντα ἦν τὰ

δίκαια μεταβλητά, παρά γε τοῖς θεοῖς ἀνάγκη δίκαιον εἶναι ἀμετάβλητον· ὥστε εἶναί τι φυσικὸν δίκαιον. νῦν δὲ καὶ παρ' ἀνθρώποις, τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἔστι δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει.

§. 4. *πάντας*) Sic Zellius et Cardwellus, Wilkinsonus vero et Bekkerus *τινάς*, utrique nullam e codicibus suis variam lectionem notantes; ita ut, etsi codices ab omnibus inspectos putaveris, tamen quid K^b legerit, dubitari possit. Puto, editores ad hunc locum codices nobis inspiciendos reliquisse. Michaël Ephesius explicat *τινά*. E nostris *A legit *τινάς*, B et C vero *πάντας*. Habent praeterea *πάντας* Eud, Ven, Paraphrastes, Argyropylus, Coraes; et aliter legi non potest propter *ἐνδέχεται*. Nam quosdam *ἀμφιδεξίους* esse, fieri non solum potest, sed revera fit; nec esset hoc naturale mutabile, nisi omnes ejusmodi fieri possent, ut a naturae lege aberrarent: nam si quibusdam tantum accidere id posset, esset exceptio, quae legem naturae non subverteret. *Πάντας* respondet scripturae §. praecedentis *κινητὸν μέντοι πᾶν*. Qui vulgatam supra retinuerunt, his id non succenseo quod nostro loco *τινάς* legunt, quum constare sibi voluerint. Sed qui illic bonam lectionem e codicibus in lucem protrahere potuit, quomodo iste hic malam adsciverit, non intelligerem, nisi in utramque casu incidisset.

§. 5. *τὰ μὴ φυσικά*) Hic ipse Aristoteles declarat, quid velit intelligi, cum dicit jus divinum; quum enim humana jura sint non naturalia, naturalia sequitur ut sint divina, etiamsi ab hominibus possint perverti. — *οὐδὲ πολιτεία*) *οὐδὲ πολιτεῖαι* CCC, K^b, L^b, Cardwellus; *οὐδ' αἱ πολιτεῖαι* Par, H^a, M^b, N^b, O^b, Coraes, Bekkerus. Cum ne civitatis quidem status, i. e. jus maxime divinum, quod natura sua ubique idem esse deberet, rerum humanarum mutationes effugere possit, jam et inde apparet, Aristotelem *κινητὸν μέντοι πᾶν* scripsisse; jura enim, quae minoris momenti sunt, multo etiam minus stabilia erunt. Ratio autem, cur apud homines et naturalia et legitima jura mutentur, secundum Michaëlem Ephesium, haec quoque est, quod utilitas non manet semper eadem, ut exem-

plo mensurarum Aristoteles probat: *ὡς γὰρ τὰ μέτρα, φησί, πρὸς τὸ χρήσιμον ἀλλάττεται, οὕτω καὶ τὸ κατὰ φύσιν δίκαιον τὴν ἀρχὴν μὲν τίθεται διὰ τὸ δοκεῖν συμφέρειν τῷ κοινῷ· ἔπειτα μεταπίπτει, ἡνίκα δοκεῖ μὴ συμφέρειν ἢ ὅπου μὴ συμφέρει. οὐ γὰρ τὸ συμφέρον τῇ δημοκρατίᾳ συμφέρει καὶ τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἢ τῇ ἀριστοκρατίᾳ· ὥστε ἐπεὶ ἄλλο μὲν τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον τῇ δημοκρατίᾳ, ἄλλο δὲ τῇ ἀριστοκρατίᾳ, ἐπειδὰν ἡ πολιτεία, οἷον ἡ δημοκρατία, μεταπέσῃ εἰς ἀριστοκρατίαν,... ἀνάγκη καὶ τὰ νομικὰ δίκαια μεταπίπτειν.* Quid autem differat inter jus legitimum et naturale, Paraphrastes non male explicuit: *Τίνι διακριθήσονται καὶ ἀμφότερα κινούμενα; Καὶ ἔστιν ἡ διάκρισις φανερά· αὐτὸ γὰρ ἐξετασθήσεται τὸ δίκαιον καθ' ἑαυτό, εἰ συμφέρει πᾶσιν ἀκίνητον ὂν καὶ εἰ καταλυθὲν βλάβην ἐπενεγκεῖν δύναται· καὶ εἰ οὕτως ἔχει, φυσικὸν δίκαιόν ἐστιν· εἰ δὲ μὴ τοιοῦτον, νομικόν.* — *ἡ ἀρίστη*) Nempe aristocratia, et quidem aristocratiae ea species, in qua regunt qui virtute praestant, sive sit ille unus seu plures: cf. Polit. III, 13 (8-9. ed. Heins.); IV, 7. etc.

§. 7. *ἀλλ' ἄδικον*) El, CCC, K^b^, L^b^, O^b^, Michaël Ephesius post *ἄδικον* addunt *ὅτι* (K^b^ *τι*) *ὅταν πραχθῇ ἀδίκημά ἐστιν.* — *καὶ τὸ κοινόν*) om. *καί* Par: Coraes asteriscis inclusit; Bekkerus transposita oratione *καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιοπράγημα τὸ κοινόν.* — *δικαιοπράγημα*) Et *δικαιοπράγημα* et *δικαίωμα* de singulis actionibus universale justum exprimentibus praedicatur; *δικαιοπράγημα* tamen est vocabulum omnibus his actionibus commune, cum *δικαίωμα* ut species potius de iis actionibus praedicetur, quae injustitiam commissam corrigunt.

§. 8. *ὕστερον*) Mox, capite sequenti.

CAP. VIII. §. 2. *οὐδέπω*) *οὔπω* Par, Coraes, Bekkerus.

§. 3. *πρότερον*) Vide quinque priora capita libri tertii, e quorum principiis ea quae hoc nostro capite disputantur deducta et ad jus accommodata sunt. Ceterum voces *ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται* additae videntur ab eo qui hos libros in unum corpus redegerit (cf. supr. p. 2). — *οὗ ἕνεκα*) *ἕνεκα* om. El, omnes Bekkeri codices Cardwello tamen de K^b^ non consentiente, Ald et Ven. — *μὴ κατὰ συμβεβηκὸς μηδὲ βίᾳ*) Sunt ambo membra invite factorum, de quibus supra in libri tertii capite

primo (§. 3) Aristoteles locutus erat, nempe quae aut vi coacti aut per ignorantiam agimus. Primo exemplum facti per vim proponit (ὥςπερ εἴ τις — οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ): deinde factum per ignorantiam exemplo illustrat (ἐνδέχεται δὲ — ἀγνοεῖν); et duplici demum illo exemplo praemisso, utriusque non sponte factorum generis mentionem §. 4. injicere potest. — ὥςπερ εἴ τις) Quamquam haec verba, ut recte vidit Camerarius, non apte cohaerent, tamen sensus apertus est, dummodo, ut supra (c. 5, §. 13), τις et αὐτοῦ diversas ad personas referamus. Exponit non male Zellius: *Si quis apprehensa alicujus manu alium verberet, is cujus est manus non sponte agit.* Consentiunt interpretes, nisi quod Argyropylus ἕτερον non de tertio quodam intelligit, sed de illo ipso cujus manus apprehensa est, qui quidem se ipsum vi coactus verberet. Nihil interest; dicitur enim ἕτερος sane de duobus tantum, sed pulsatus est etiam alter vel secundus respectu ejus qui vi coactus eum pulsat. Interpretationi, quam attulimus, obstare tamen videtur grammatica ratio, postulans, ut οὐχ ἑκὼν δέ non ad αὐτοῦ, sed ad τις referamus, praesertim si cum Bekkero δέ (Coraes asteriscis inclusit) omittamus secundum H^a, K^b (Cardwello dissentiente), L^b, N^b. Etenim ἐνδέχεται δέ (pro γάρ positum, quod ab Aristotelico usu non abhorret) non novum exemplum, sed causa et ratio enuntiationis praecedentis esse deberet, hoc sensu: *Tanquam quis, suam manum tollens, feriat alterum non sponte; ignoravit enim, hominem pulsatum esse patrem.* Sed primo tunc foret αὑτοῦ, cum αὐτοῦ non sit is qui manum tollat, verum is cujus manus ab altero tollatur; ferri tamen hoc quidem possit (vide supr. ad III, c. 10, §. 10). Deinde tamen, cum sciamus, qui ferire velit, eum manum attollere, supervacaneum esset addere λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ: nisi forte voluit innuere Aristoteles, hoc invite factum non in instrumento (τίνι, hoc loco manu) positum fuisse, sed in objecto (τίνα, nempe patrem). Postremo οὐχ ἑκών, οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ enodari vix possit, cum semper sponte feriat, etsi patrem non sponte. Etiam §. 4. non bene utrumque genus invite factorum introducere posset per particulam explicativam δή, si de altero tantum in prae-

cedentibus ageretur. Multo igitur melius est acquiescere in structura difficiliore et impeditiore, praesertim quum reconciliari possit cum ratione grammatica, dummodo οὐχ ἑκὼν δέ referamus ad superiora, vel πράττῃ vel τύπτει.

§. 4. ἢ βίᾳ) Michaël Ephesius ἢ interpretatur ἀλλά: scilicet ἢ non est disjunctivum sed explicat, ita ut μὴ ἀγνοούμενον μὲν μὴ ἐπ' αὐτῷ δὲ ὂν plane idem significet ac βίᾳ. — πολλὰ γάρ) γάρ hoc loco nonnulli non tanquam causale acceperunt, sed pro *autem.* Sic et Michaël Ephesius: λέγει δὲ καὶ πολλὰ τῶν φυσικῶν. Recte, grammaticam si spectes. Sed declarat exemplo aliarum rerum, quomodo quod sciamus tamen possit esse non spontaneum; ita ut introspiciamus, quomodo etiam quae vi coacti agimus tamen a nobis non ignorentur.

§. 5. τὸ κατὰ συμβεβηκός) καί ante τό addunt Par, H^a, K^b (pugnante Cardwello), L^b, N^b, O^b, Ven, Bekkerus. Michaël Ephesius: καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὸ καθ' αὑτό. — ἂν) Pro ἐάν, quod Zellium latuisse miror, ita ut non opus sit lectione ἂν εἰ, quam Parisienses Morellii codices exhibent, Coraes in textum recepit. Cardwellus et Bekkerus satis eleganter e K^b ὂν ante οὔτε δίκαια inserentes, ἂν non pro ἐάν acceperunt; scilicet quod Attici praecedente ἐάν optativum ponere non consueverint (cf. Buttmann. §. 126, 8, not. 3).

§. 7. τριῶν) Proprie sunt quatuor species, duae priores sponte factorum et duae posteriores invite factorum: 1) ὅταν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, *casus* jurisperitorum Romanorum; 2) ὅταν μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, *culpa;* 3) ὅταν εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δέ, *dolus indirectus;* 4) ὅταν ἐκ προαιρέσεως, *dolus directus.* Vide quae diximus *System d. phil. Moral,* p. 97, et passim tam illo in libro, quam in dissertatione saepius citata. Ceterum βλάβη (§. 8) cum Giphanio de qualibet *juris* laesione accipias; sed hic τριῶν οὐσῶν βλαβῶν cum dicat Aristoteles, βλάβην *injustam* intelligit laesionem; nam tres tantum posteriores harum quatuor laesionum species imputantur tanquam injuria, cum casus omni vacet imputatione. — μήτε ὡς) μήτε ὃ Par, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, Ven, Argyropylus. — ταῦτα πράξῃ) ταῦτα om. Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, N^b.

§. 8. *ἐν ἑαυτῷ ἡ ἀρχή*) *ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ* Bekkerus cum H[a], K[b], L[b], N[b], Michaële Ephesio.

§. 9. *ἀναγκαῖα*) Michaël Ephesius: *πεῖνα, δίψα.* — *φυσικά*) Idem: *ἔρωτες, λῦπαι.* Simili modo distinxit Epicurus apud Diog. Laët. X, §. 127: *τῶν φυσικῶν* (*ἐπιθυμιῶν*) *αἱ μὲν ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ φυσικαὶ μόνον.*

§. 10. *τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται*) Haec verba senarius esse Zwingero videntur, ex aliquo poëta sumtus; nec male propter *καλῶς*.

§. 11. Cum Aristoteles §. 10. priorem reddidisset rationem, cur qui ira motus se ulciscitur, minus sit vituperabilis, quam qui consulto (*ἐκ προαιρέσεως*) agit, nempe quia principium agendi in irritante (*τῷ ὀργίσαντι*) fuit, jam nostra §. affert alteram rationem: *quia iratus bona fide se jus suum persequi putat,* cum insidiator (*ὁ ἐπιβουλεύσας*) mala fide agat (*οὐκ ἀγνοεῖ*). Verte igitur finem §.: *Qui cogitato laesit alterum* (*ὁ ἐπιβουλεύσας*) *non ignorat,* se injuriam fecisse: qui vero iratus laesit, nullam se injuriam fecisse putat; *ita ut hic* (laesus, qui irritavit) *injuriam se accepisse, ille* (iratus) hoc (nempe alterum injuriam passum esse) *non putet.* Neque aliter Lambinus: *Itaque qui ab irato laesus est, injuriam se accepisse putat; qui iratus laesit, nullam se fecisse injuriam existimat.* Nam, ut Zellius jam vidit, verba *ὁ δ' ἐπιβουλεύσας ἀγνοεῖ* in parenthesi interposita sunt ad declarandam differentiam, quae inter iratum et consulto agentem exstat: *ὁ μέν* et *ὁ δέ* vero jam non sunt illi ambo, sed, omissa comparatione, cujus gratia tertius (*ὁ ἐπιβουλεύσας*) interponebatur, ad laesum et iratum Aristoteles redit, inter quos non facti, sed juris controversia movetur, quippe qui de facto convenientes disceptent de jure, cum qui praemeditatus struxit insidias injustitiae suae sibi conscius ipsum factum negaverit. Fluxit haec explicatio, quam alii amplexi sunt, e Michaële Ephesio: „*ὁ μὲν οἴεται ἀδικεῖσθαι, ὁ δὲ μή*" (sic), *περὶ τῶν διὰ θυμόν τι ποιησάντων καὶ παθόντων εἴρηται. εἰ οὖν ὁ μὲν ἀδικεῖσθαι οἴεται, ὁ δ' οὐκ ἀδικεῖ* (lege *ἀδικεῖν*), *δῆλον ὅτι ἡ ἀμφισβήτησις οὐ περὶ τοῦ εἰ γέγονεν ἢ μή, ἀλλὰ περὶ τοῦ εἰ δίκαιον ἢ ἄδικον τὸ γεγονός.* Falso

inde Zellius conjecit, Michaëlem Ephesium ὁ δ' οὐκ ἀδικεῖ legere. Ven tamen non nisi comma post ὁ δ' οὔ ponens, vocem ἀδικεῖ e §. sequenti jam ad illa verba trahere videtur. A Michaële Ephesio Paraphrastae interpretatio non valde recedit, nisi quod eum qui ab irato laesus sit (ὁ μέν) eundem et insidiatorem esse perperam putaverit: ὁ μὲν προκατάρξας καὶ ἐπιβουλεύσας ἄδικος οἴεται εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὁμολογεῖ προκατάρξαι· ὁ δὲ ὀργισθεὶς παρ' ἐκείνου μὴ ἄδικος εἶναι νομίζει, καὶ διὰ τοῦτο τὴν βλάβην ὁμολογεῖ .... et paulo superius: ἣν ἔβλαψε τὸν ἄρξαντα, ἄμυναν δὲ καὶ ἀνταπόδοσιν ὀνομάζει διὰ τὸ μὴ οἴκοθεν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βλαβέντος εἰς τὴν ὀργὴν κινηθῆναι. Sic et Coraes: ὥστε ὁ μὲν προκατάρξας καὶ ἀντιπαθὼν ὑπὸ τοῦ ἀμυνομένου οἴεται ἀδικεῖσθαι, ὁ δὲ ἀμυνόμενος οὐκ οἴεται ἀδικεῖσθαι ἐκεῖνον ὑφ' ἑαυτοῦ, ἐπεὶ προκατάρξαντα ἠμύνατο. Zellius Paraphrasten vituperans, quod „ὁ μέν referat ad eum qui consulto agit, ὁ δέ vero ad iratum," ipse aliter referre debuit: *Iratus putat se injuriam accepisse, insidiator hoc non existimat.* Manet sane, ita si interpreteris, juris disceptatio. Sed ferri potest haec versio minime, quia non movetur quaestio, utrum insidiator injuriam fecerit, sed an iratus. Tandem quomodo insidiator ejusmodi opinionem habere audebit? Sed potest et plane alia interpretatio locum habere. Infitias enim non eo, in versionibus adhuc propositis vocabulum *hoc* additum esse. Proprie Aristoteles dicit: *Hic putat se accepisse injuriam, ille se accepisse injuriam non putat.* Ita si Zellius locum intelligi vult, inter laesum insidiatorem (ὁ δέ) et iratum (ὁ μέν) juris exstat nulla disceptatio, cum insidiator merito se vindicta laesum, iratus priore laesione jus vindicandi acquisivisse putaverit. Quamobrem ἀδικεῖσθαι absolute intellexerit, qui *hoc* addere nolet, laeso et insidiatore semper diversas tuentibus personas, restitutoque priore subjectorum ordine: *Laesus injuriam factam esse, iratus non existimabit,* nempe ab irato. Eligatque lector, quid graecitati magis conveniat, omissum *hoc*, an ἀδικεῖσθαι absolute positum. Sensus nihil patitur. Posterius praetulerim, cum *hoc* addentibus μή, sicut in commentario graeco occurrit, legendum esse videatur.

§. 12. *δικαιοπραγεῖ δὲ — πράττῃ*) Omisit Garvius in versione haec verba, sed de iratis accipienda sunt, ut §. 9: *ἀδικοῦσι μὲν, οὐ μέντοι πω ἄδικοι διὰ ταῦτα.*

§. 13. *τῶν δ' ἀκουσίων*) Haec vox hoc loco sensum solito latiorem habet. Quare Michaël Ephesius: *ἀκούσια δὲ νῦν ἔοικε λέγειν πάντα τὰ παρὰ προαίρεσιν γιγνόμενα· τὰ γὰρ κατὰ πάθος γιγνόμενα πρὸ ὀλίγου ἑκούσια μὲν εἶπεν, ἀπροαίρετα δέ. νῦν δὲ τοῖς ἀκουσίοις ὑπάγει καὶ ταῦτα· καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ ἑκούσια λέγων ταῦτα πάλιν ἀκούσιά φησιν. ἑκούσια μὲν γὰρ δοκεῖ εἶναι καθ' ὅσον οὐ δι' ἄγνοιαν γίνεται, ἀκούσια δ' αὖ πάλιν καθ' ὅσον οὐ κατὰ προαίρεσιν.* — *μήτε φυσικὸν μήτε ἀνθρωπικόν*) Michaël Ephesius: *φυσικὰ δέ εἰσι πεῖνα καὶ δίψα, ἀνθρωπικὰ δὲ λύπη, φόβος, ἔλεος.* Venia igitur dignus est, qui particularia ignorat (*δι' ἄγνοιαν*) aut universalia ignorans (*ἀγνοῶν*), ob cupiditatem naturalem vel humanam peccat. Quod recte Michaël Ephesius ita dilucidat: *ὁ γὰρ διὰ πεῖναν ἁμαρτήσας, καὶ ἁπλῶς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαν καὶ ἐπιθυμίαν συγγνωστός. ὁ δὲ τοιᾶσδε τροφῆς ἐπιθυμῶν καὶ τοιοῦδέ τινος πόματος, οἷον σαρκὸς πέρδικος καὶ οἴνου γλυκέος, καὶ διὰ ταῦτα ἁμαρτήσας, οὐκ ἔστι συγγνώμης ἄξιος.*

CAP. IX. §. 1. (Cap. XI.) *λέγων*) In Bellerophonte, ut testatur Michaël Ephesius. — *κατέκτα*) Coraes e conjectura *κατέκταν*, cum plerique, ut Argyropylus et Lambinus, prima persona vertant, de Bellerophonte ipso intelligentes; quod haud scio an falsum sit.

§. 2. *ἔνιοι*) Scilicet, ut explicant Paraphrastes et Michaël Ephesius, ii quibus plus quod usurpaverunt detrahitur quique ob delictum poena afficiuntur: cum qui deminuti et defraudati sint, juris sui in integrum restitutionem sponte obtineant.

§. 3. Octo res vel quatuor oppositiones, ut dicit Acciajolus, hac §. Aristoteles distinguit: „Injuriam agere, injuriam pati; jus agere, jus pati; injustum agere, injustum pati; justum agere, justum pati“ (*ἀδικεῖν, ἀδικεῖσθαι: δικαιοπραγεῖν, δικαιοῦσθαι: ἄδικα πράττειν, ἄδικα πάσχειν: δίκαια πράττειν, δίκαια πάσχειν*). In duabus prioribus oppositionibus sponte agunt, in duabus posterioribus per accidens; in patiendo vero, ut ostendent sequentia, potest evenire contra. — *τό γε*) *τόδε* Par, Card-

wellus et Bekkerus secundum codices suos excepto O^b, Michaël Ephesius, Coraes. — *κατὰ συμβεβηκός*) Michaël Ephesius recte ita illustrat: *ἐνδέχεται τὸν δικαιούμενον κατὰ συμβεβηκὸς μεταλαμβάνειν τοῦ δικαίου, ὅταν ὁ δικαιοπραγῶν κατὰ συμβεβηκὸς δικαιοπραγῇ.* Per accidens autem juste agit, qui non sponte facit, ut docuit Noster supra c. 8, §. 5. Pergit Felicianus exemplar graecum Michaëlis Ephesii corrigendo et supplendo: „Sed quando per accidens injuria afficitur quispiam? Quando nimirum sponte patitur, sicut declarabit. Quemadmodum benigni ac modesti homines facere consueverunt, qui in distributionibus pauciora plerumque ac minora accipiunt, quam ipsis conveniat. Cum igitur hi sponte id patiantur, et ipsi, qui sponte accipiunt, per accidens injuria afficiuntur, et illi qui minus, quam oporteret, distribuunt, injuria per accidens afficiunt. Atque ita qui sponte injuria afficitur, oppositus ei est, qui non sponte afficit: et e contrario qui invitus afficitur, sponte afficienti. Sicut enim in his qui injuria afficit absolute et per se injuste agit, quia sponte et ex electione agit: ita qui injuria afficitur absolute etiam ipse injuria afficitur, quia invitus praeterque electionem id patitur."

§. 4. *τὸ βλάπτειν*) Eodem sensu accipitur, quo *ἄδικα πράττειν*, eodemque etiam modo *τῷ ἀδικεῖν* opponitur. — *καὶ ᾧ*) *καὶ ὅ* Par, K^b, M^b, O^b. — *ὁ δὲ ἀκρατής*) Scit enim quae agat sibi nocere, sed tamen agit cupidine motus. — *ἕν τι τῶν ἀπορουμένων*) Dubitatio haec tollitur capite ultimo hujus libri.

§. 5. *δι' ἀκρασίαν*) Michaël Ephesius: *ὁ γὰρ ἀκρατὴς ὑπὸ τῆς ἐρωμένης ἀποσυλώμενος τὰ ἴδια χρήματα ἑκὼν βλάπτεται. κἀκείνης ἑκούσης βλαπτούσης, ὥστε καὶ ἑκὼν ὑφ' ἑκούσης. ὀρθῶς ἄρα εἴρηται τῷ Εὐριπίδῃ, ὅτι ἑκὼν ἑκοῦσαν ἔκτεινε τὴν μητέρα ὁ Βελλεροφόντης. Οὕτως οὖν δριμέως ἐπιχειρήσας, ὅτι ἐνδέχεται ἀδικεῖν ἑαυτόν, τὴν παραγωγὴν λύει διὰ τῆς προσθήκης τοῦ λείποντος τῷ προσδιορισμῷ τοῦ ἀδικεῖν. οὗ προστεθέντος δειχθήσεται, ὅτι μὴ οἷόν τε αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, μήτε ἑκόντα ἀδικηθῆναι.* Itaque si mater interfici voluit, laudandus est omnino Euripides, nec mala se habent sequentia quae corrigunt quodam-

modo praecedentia, ἣ θέλουσαν οὐχ ἑκών, quum matris voluntate filius coactus esse videri possit. Qui enim volenti laesionem infert, non sponte, sed per accidens injusta agit (vide supr. ad §. 3); matrique, quamquam laesae, injuria fit nulla. Quod si ita esset, cum Aristoteles Euripidem vituperare non potuisset, ἀτόπως, quod §. 1. de ejus verbis praedicavit, aut cum Paraphraste mutare in πως necesse esset (id quod innuerunt Vrat, L^b, Ven legentes ἀτόπως πως, Par ἀτόπως τὸ πῶς, K^h secundum Bekkerum τὸ πῶς): aut cum Scholiaste Paris. ap. Zellium pro παραδόξως accipiamus. Omnino quaestionem nondum solutam Aristoteles vituperio non potuit dijudicare. Denique cum tragoediae fabulam ignoremus, quis est qui affirmare ausit, utrum Euripidem Aristoteles vituperaverit necne, et quomodo scribere debuerit poëta philosophi vituperationem evitaturus? Litem componet, qui me eruditior Bellerophonteae tragoediae fabulam e veteribus scriptoribus eruerit. — καὶ ᾧ) καὶ ὅ M^b, et corr. L^b. — τὸ παρὰ τήν) τό om. K^b, M^b, O^b.

§. 7. Ὅμηρος) Cf. Iliad. VI, v. 236.

(Cap. XII.) §. 8. ὧν προειλόμεθα) De priore harum dubitationem, secundum Michaëlem Ephesium, „nullam superius mentionem fecit, licet quantum ex verbis conjicitur antea de ipsa dixisse videatur.“ Acciajolus hanc quaestionem ex iis, quae de Glauco Aristoteles dixerit, oriri putat. Sed procul dubio est quaestio §. 3. proposita, vel potius singulare exemplum hujus quaestionis, ut alteram quaestionem (καὶ εἰ ἔστιν) §. 4. proposuit.

§. 9. τὸ πρότερον λεχθέν) Ne cum Victorio ad historiam Glauci referas, sed ad verba §. 8. ἀδικεῖ ὁ νείμας παρὰ τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον. — ἔχων) ὁ ἔχων Bekkerus et veteres editiones, adstipulantibus Paraphraste et Michaële Ephesio. Sed verte: *etiamsi non habeat.* Aut omissio articuli ante participium exemplis non caret apud Aristotelem, ut vel in loco Physicorum supra ad I, c. 4, §. 4. citato ante διαιροῦσι, si Mullachii conjectura abstinemus. — οὗτος) Haec vox incipit apodosin. — οὐδὲ τοῦτο ἁπλοῦν) Actio ejus duplex est; quod enim sibi altera ex

parte detrahit, ex altera arrogat, honoris et virtutis (τοῦ ἁπλῶς καλοῦ) plus sibi sumens.

§. 11. ἀεί) Ne cum Camerario ad ἀδικεῖ referas. Qui enim sibi minus, alteri plus distribuit, non injuriam facit (§. 9 10). Et quamquam auctor de illa exceptione hic non cogitet, ut e fine §. perspicuum est, tamen ἀεί absurde adjiceretur. Neve conjungas vocem cum negatione: οὐκ ἀεί, ut fere omnes reliqui Michaële Ephesio duce. Sane non falsum esset dicere: *Non semper qui plus habet est injustus, nisi et idem sit distribuens.* Sed neque haec exceptio in mentem venire potuit Aristotelis finem §. jam animo volventis. Recte igitur Zellius jungit ὁ ἀεὶ ἔχων notissimo loquendi usu etiam apud nostrates homines vulgato: *Nicht der, welcher jedesmal mehr hat.*

§. 12. οὐκ ἀδικεῖ μέν) Intellige cum Zellio de accipiente: Michaël Ephesius aperte et de distribuente; nec non Lambinus, cum pluralem ponat. Nobiscum facit Paraphrastes: ὁ ἄρα διανέμων τὸ πλέον ἀδικεῖ καθ' αὐτὸ, ἀλλ' οὐχ ὁ δεχόμενος· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ, καθὼς εἴρηται. Οὐ γὰρ ὁ ποιῶν τὰ ἄδικα ἀδικεῖν λέγεται, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, ὥσπερ λέγεται καὶ ἡ χεὶρ φονεύειν ἢ μάχαιρα ἢ λίθος, παρ' οἷς οὐκ ἔστιν ἀρχὴ τοῦ φόνου οὐδὲ ἀφ' ἑαυτῶν πράττουσιν· ἄδικα μὲν γὰρ ποιοῦσιν, ἀδικοῦσι δὲ οὐδαμῶς.

§. 13. ἀγνοῶν) Paraphrastes: οἷον, νόμου ὄντος τὸν ἀριστέα πλέα ἔχειν ἐν ταῖς διανομαῖς, ὁ διανείμας ἀγνοήσας τὸν νόμον, τῶν ἴσων τοῖς ἄλλοις ἠξίωσεν. — τὸ πρῶτον) Omnes explicant: τὸ φυσικὸν δίκαιον. — ἢ χάριτος ἢ τιμωρίας) Michaël Ephesius: λαβὼν γὰρ παρ' ἐκείνου ᾧ τὸ πλέον ἔνειμεν, ἢ χρυσὸν ἢ ὅλως χάριν τινὰ, πλεονεκτεῖ. ἀλλὰ κἂν ἔλαττον νέμῃ τινὶ ἀμυνόμενος αὐτὸν καὶ τιμωρούμενος ὡς ἐχθρὸν, καὶ οὕτω τρόπον τινὰ ἔλαβέ τι καὶ πλεονεκτεῖ· τρόπον γάρ τινα μοῖράν τινα ἔλαβε τοῦ ἀδικήματος.

§. 14. διὰ ταῦτα) Refer ad ἢ χάριτος ἢ τιμωρίας. Sed mox ἐπ' ἐκείνων spectat ad εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος. Michaël Ephesius: ὡς γὰρ ἐπὶ λήψει ἀργυρίου τὸν ἀγρὸν νείμας τῷ δεδωκότι τὸ ἀργύριον τοῦ ἀδικήματος τρόπον τινὰ μετέχει. — πλέον ἔχει) Cum non accipiens solum, sed et distribuens

utrumque, plus accipere et distribuere, conjungat, Aristoteles etiam de distribuente *πλέον ἔχει* dicit, quod Michaël Ephesius *πλεονεκτεῖ* recte interpretatur. Optime illustrant locum verba, quae in fine hujus §. Paraphrastes tanquam summam totius disputationis clausulam addit: *ὁ μὲν λαβὼν πλέον μὲν ἔχει καὶ ἄδικα ἐποίησεν, οὐκ ἠδίκησε δὲ εἰ μὴ δώροις ἢ ἄλλῃ τινὶ πειθοῖ τὸν διανομέα παρέπεισεν. ὁ δὲ διανομεὺς καὶ τὸ πλέον ἔχει ὃν εἴρηται τρόπον, καὶ ἄδικός ἐστιν.*

(Cap. XIII.) §. 17. *ὁποτερανοῦν*) *ὁποτερονοῦν* El, *ὁποτεραοῦν* Par, Bekkerus sine varietate lectionis Cardwello de K^{b} dissentiente, Ven. -- *ὡδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν ἐστιν*) *ἐστιν* Par, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices omiserunt, praeeunte Corae.

§. 18. *τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν*) *ἁπλῶς ἀγαθά* non solum sunt bona animi, sed etiam divitiae, honores, nempe instrumenta virtutis, quae per se quidem bona sunt, mala tamen fiunt male utentibus. Si ad Deos Philosophus ea retulit, intellige virtutem, et quidem sapientiam seu virtutem contemplativam, qua sola Dii praediti dicuntur (cf. infra X, c. 8, §. 7). Sapientiae enim nunquam nimium adesse potest, sed divitiarum, iis scilicet qui male utuntur, i. e. malis hominibus. — *ἔχουσι δὲ καί*) *καί* om. H^{a}, K^{b}, L^{b}, N^{b}, O^{b}, Cardwellus et Bekkerus. Indicat conjunctio alteram conditionem justi: praeter simpliciter bona etiam defectum et excessum ejusmodi bonis adesse posse. — *τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὑπερβολή*) Cardwellus cum K^{b} omisit *οὐκ*: *Dii summa sapientia praediti sunt.* Sed etiamsi haec in reliqua enuntiationis membra quadrare possent, tamen hoc si dicere voluisset Aristoteles, cum *ὑπερβολή* sit vituperium, *ἀκρότης* potius posuisset. — *ὠφέλιμον*) Addunt *οἷον* Par, M^{b}, Coraes. — *ἀνιάτοις καὶ κακοῖς*) *ἀνιάτως κακοῖς* H^{a}, K^{b}, N^{b}, Cardwellus et Bekkerus. Vulgata est sane *ἓν διὰ δυοῖν*. — *τοῖς δὲ μέχρι του*) Michaël Ephesius: *τοῖς μεταξὺ οὖσι, καὶ τοῖς μὴ πάντῃ διεστραμμένοις, καὶ τοῖς νόμῳ καὶ ἔθεσι μὴ φαύλως πολιτευομένοις.*

CAP. X. §. 1. (Cap. XIV.) *ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὔ, δίκαιον εἰ ἄλλο*) Vulgo post *δίκαιον* distinguunt: *Aequum et bonum non*

est jus, si diversum quid est; quam insulsissimam tautologiam cum nemo fere interpretum ferre potuerit, mirum in modum cruciati sunt, conjecturasque in medio proposuerunt, cum ipsum sensum ut elicerent, quem nos uno commate transposito tam facile revocavimus ex Argyropylo: *Nam aut justum non est studiosum, aut aequum et bonum, si aliud sit a justo.* Vidit verum jam Michaël Ephesius: εἰ γὰρ (aequum et bonum) ἕτερον ὂν ἐπαινετόν ἐστι, τὸ δίκαιον οὐ σπουδαῖον οὐδ' ἐπαινετόν. εἰ δὲ τὸ δίκαιον ἐπαινετὸν, τὸ ἐπιεικὲς οὐκ ἐπαινετόν. Nec non Paraphrastes: εἰ γὰρ ἐπαινετὸν (τὸ ἐπιεικὲς). δίκαιόν ἐστι· πᾶν γὰρ ἐπαινετὸν δίκαιον καὶ ἡ δικαιοσύνη τελεία ἐστὶν ἀρετὴ, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω δέδεικται. εἰ δὲ οὐκ ἔστι δίκαιον, οὐδὲ ἐπαινετόν. ἢ εἰ τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινετὸν, τὸ δίκαιον οὐκ ἔστιν ἐπαινετόν. Coraes male interpungens sensum tamen attigit: ἢ τὸ δίκαιον ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὐ σπουδαῖον, εἰ ὑποτεθείη ἄλλο εἶναι τὸ ἐπιεικὲς παρὰ τὸ δίκαιον.

§. 3. τὸ κατὰ τὸν νόμον δέ) τό om. El, O^b; τόν om. Bekkerus tacite.

§. 4. τοιαύτη) Hanc vocem ante ἡ τῶν ponunt Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis, excepto M^b.

§. 5. ὁ νομοθέτης) αὐτός addit Bekkerus; K^b et M^b tamen sequentia οὕτως et ἐκεῖ omittunt.

§. 6. τοῦ ἁπλῶς δέ) Michaël Ephesius: λέγει δὲ ἁπλῶς δίκαιον τὸ κατὰ φύσιν. καὶ εἴη ἂν ἐν τῇ μὲν λέξει τῇ· „ἥμαρτεν ἁπλῶς εἰπών“ (§. 5), τὸ ἁπλῶς εἰρηκὼς ἀντὶ τοῦ καθόλου. Itaque verba διὰ τὸ ἁπλῶς nostrae §. denuo pro διὰ τὸ καθόλου dicta sunt, ut paulo post (l. 4) etiam declaratur. Bonum et aequum autem, ut ex his patet, est correctio legis, ne ab ipsa naturale jus violetur, quod lege praestantius; cf. Rhet. I, 13: ἔστι δὲ ἐπιεικὲς τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον. Non male Paraphrastes verba τοῦ ἁπλῶς δέ et ipsa explicat τοῦ καθόλου δικαίου, eodem nimirum sensu; nam naturae jus generalius est lege, et singularis exceptio, quam bonum et aequum legi in universum jubenti detrahit, universalius quoddam jus est quam lex ipsa. Cf. Rhet. I, 13: λέγω δὲ νόμον τὸν μὲν ἴδιον τὸν δὲ κοινὸν, ἴδιον μὲν τὸν ἑκάστοις ὡρισμένον πρὸς αὑτοὺς, καὶ τοῦτον τὸν μὲν ἄγραφον τὸν δὲ γεγραμμένον, κοινὸν δὲ τὸν κατὰ φύσιν. Tertia

Igitur juris species, quam noster Conspectus libri quinti exhibet, aequitas, secundam speciem, nempe jus legitimum, ad juris naturalis, quae est prima species, principia revocat.

§. 7. *Λεσβίας οἰκοδομῆς)* Michaël Ephesius: *οὐ γὰρ ἐκ λείων λίθων καὶ ἴσως συντιθεμένων καὶ ἀπευθυνομένων ἡ καλουμένη Λέσβιος οἰκοδομὴ ᾠκοδομεῖτο. εἰσοχὰς γὰρ καὶ ἐξοχὰς ἔχοντας τοὺς λίθους (οἱ Λέσβιοι) ᾠκοδόμουν. ὡς ἐκεῖνος ὁ μολίβδινος κανὼν ἐσχηματίζετο ταῖς τῶν οἰκοδομουμένων λίθων ἀνωμαλίαις, οὕτω καὶ τὰ ψηφίσματα κ. τ. λ.* — *μολύβδινος)* *μολίβδινος* Par, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus excepto Lb, Michaël Ephesius.

§. 8. *καὶ τί τὸ δίκαιον)* Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis (excepto Mb) ediderunt cum Paraphraste: *καὶ ὅτι δίκαιον*, quae est vera lectio. Quid Wilkinsoni et Zellii codices habeant, non patet, cum viri illi vulgatam sequentes variam lectionem notent nullam. E nostris codicibus *A (Lb) solus *καὶ ὅτι δίκαιον*, B et C vulgatam *καὶ τί τὸ δίκαιον* tuentur. Praefero autem Cardwellianam lectionem, primo quia quaestio de justo nondum absoluta est sicut quaestio de bono et aequo, ejusmodi vero enunciatio in fine demum disputationum poni potest. Deinde cum subjectum verborum *καὶ τίνος βέλτιον δικαίου* sit *τὸ ἐπιεικές*, non bene mutatur subjectum, interpositis verbis *καὶ τί τὸ δίκαιον*. Postremo verba *καὶ ὅτι δίκαιον* accuratius explicant praecedentia, et ipsa a sequentibus arctius circumscribuntur et restringuntur.

CAP. XI. §. 1. (Cap. XV.) *ἑαυτὸν ἀποκτενεῖν)* *ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι* Lb, Ob: *ἀποκτιννύναι ἑαυτόν* Hb, Kb, Nb, Cardwellus et Bekkerus, sensu praesens postulante; quare Coraes *ἀποκτείνειν* e Paraphraste, et Michaële Ephesio qui pronomen postponit. — *ἃ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει)* Cum apud Graecos leges non juris tantum, sed virtutis causa ferrentur, legibus praecepta continebantur, quibus magistratus edicebant, quae fieri vellent. Apud nos autem, stricto jure inter Romanos jam orto, lex nihil jubet, sed quae fieri nolit, edicit, ita ut contraria Aristoteli jam nunc obtineat regula: *Quae lex non jubet, permittit.*

§. 2. *καὶ ᾧ καὶ ὥς)* *καὶ ᾧ* deest in Par, Mb, Kb, Cardwello, Ven; *καὶ ὥς* deest in Hb, Lb, Nb, Ob, Michaële Ephesio,

Bekkero secundum quem *ὡς* corr. in K^b. — *τὸν ὀρθὸν νόμον*) *λόγον* pro *νόμον* H^a, K^b, L^b, N^b, Coraes, Cardwellus et Bekkerus.

§. 3. *ἢ τὴν πόλιν*) Michaël Ephesius: *καθὸ ἀφαιρεῖται αὐτὴν στρατηγὸν ἢ στρατιώτην ἢ τεχνίτην ἤ τινα τοιοῦτον.* — *ἡ πόλις ζημιοῖ*) Paraphrastes: *οὐ γὰρ ἐᾷ θάπτειν τὸ σῶμα.* Eodem modo Michaël Ephesius: *τὸ μηκέτι συγχωρεῖν ἐν μνήματι τεθῆναι ἢ ἄλλην τινὰ τοιαύτην τιμωρίαν.* Coraes tamen Aeschinem citat (*Κατὰ Κτησιφ.* p. 636), qui legem alia statuere contendit: *ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν.*

§. 4. *ὁ μόνον ἀδικῶν*) Scholiastes Par. ap. Zellium e Michaële Ephesio et Paraphraste illustrat: *πλεονέκτης.* — *κατὰ ταύτην*) Eodem modo enarratur a Paraphraste: *κατὰ τὴν μερικήν, ἥτις ἐστὶν ἡ πλεονεξία.*

§. 5. *καὶ πρότερον*) sc. *τὸ ἀδικεῖν ἐστιν.* — *αὐτὸς δὲ αὑτόν*) sc. *ἀδικῶν.* De sensu cf. Conspectum Ethicorum Nicomacheorum, quem commentario praemisimus.

§. 6. *κατὰ τὸν διορισμόν*) Nempe ut distinxit supra (c. 9, §. 6), sponte neminem injuria affici, sed laedi posse, sic et se ipsum quis laedere potest, non vero injuria afficere.

§. 7. *ὥςπερ ὑγιεινόν*) *καί* praemittunt Par, Cardwellus et Bekkerus suos secuti codices; Ven *ὑγιεινοῦ* et *εὐεκτικοῦ* vitandae *ἀνακολουθίας* gratia. Codex Lambini perantiquus habet *ὅπερ ἔχει, ὥςπερ ὑγιεινὸν μέν.* Unde Giphanius emendavit *ὅπερ ὑγιεινόν.* Sed verte: *Et est ut sanum etc.* — *οὐ γὰρ ἅπαν τὸ ἑκούσιον μετὰ ἀδικίας*) Id nimirum, quod non est ex proposito; cf. supra c. 8, §. 9.

§. 9. *τὸ δεσποτικὸν ἢ τὸ οἰκονομικόν*) Hoc non est *ἁπλῶς* sive *κυρίως δίκαιον*, sed justum quoddam, cf. supra c. 6, §. 4. et 9; et in his juribus potest quod quaeritur accidere, quia servus et dominus, filius et pater cum irrationali et rationali animae parte comparantur. — *ἔστιν ἐν τούτοις πάσχειν τι*) *ἐν τούτοις ἔστι πάσχειν τι* Par, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus.

LIBER VI.

CAP. I. §. 1. (Cap. I.) *πρότερον*) Cf. supra II, c. 6, §. 15.

§. 2. *εἴποι*) *εἴποιεν* Par, K^b, L^b, M^b, O^b; *εἴπειεν* H^a, N^b, Bekkerus.

§. 3. *ἀληθῶς*) *ἀληθές* CCC, H^a, L^b, M^b, N^b, O^b, Bekkerus. Eustratius: *οὐ δεῖ μόνον εἰδέναι, ὅτι ἀληθὲς τὸ εἰρημένον ἐστίν.* — *τοῦτ' εἰρημένον*) *τοῦτο τὸ εἰρημένον* L^b, O^b. — *τίς ὁ ὅρος*) *τίς ὅρος* H^a, K^b (secundum Bekkerum), L^b, M^b, N^b, Ven, Bekkerus. Cum *τούτου τίς ὁ ὅρος*, si vertis *definitio*, idem sit, ac *τίς ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος*, alteram Eustratius explicationem praetulit, *ὅρος* de mediocritate intelligens: *ὃς σκοπός ἐστι ὑπὸ τοῦ ὀρθοῦ λόγου καταλαμβανόμενος καὶ ὁριζόμενος.* Sed *ὅρος τούτου* est potius terminus ipsius rectae rationis, non terminus ab eadem positus; sic supra §. 1. dixit *ὅρος τῶν μεσοτήτων*. Itaque *τίς ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος* accipe ut supra ad I, c. 4, §. 2. notavimus, Eustratium *τίς* de materia vel qualitate, *τί* (i. e. *ὅρος*) de essentia et definitione intellexisse; nisi malueris nobiscum (l. l.) ita distinguere, ut *τίς* sit vocabulum minus solemne quam *τί* vel *ὅρος*. Ceterum exactior rectae rationis definitio est ipsa mediocritas, ut Coraes jam vidit: *τί πέρας ἐστὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἢ μέσου· ταὐτὸν γὰρ ἐνθάδε ἄμφω δύναται.* Ita ut qui alteram Eustratii explicationem praeferent, a vero non aberraverint.

§. 4. (Cap. II.) *διείλομεν*) Cf. supra I, c. 13, §. 20; II, c. 1, §. 1. Pro *διείλομεν καί* Bekkerus, Ven *διελόμενοι.*

§. 5. *πρότερον*) Cf. supra I, c. 13, §. 9. sqq.

§. 6. *ἐν δέ γε*) Coraes: *πλεονάζει μηδὲν δέον ὁ τελευταῖος σύνδεσμος· παρελείφθη δὲ καὶ ὑπὸ τῶν μεταφραστῶν.* Bekkerus et Ven item omiserunt; Coraes asteriscis inclusit.

§. 7. *ἐπιστημονικόν*) Illa cogitatio, quae circa res aeternas et immutabiles versatur, Graecis *νοῦς*, nostris hominibus *Vernunft* vocatur, cum *τὸ λογιστικόν*, i. e. cogitatio in rebus mutabilibus versans, Graecis *διάνοια*, apud nos *Verstand* appelletur.

CAP. II. §. 1. *νοῦς*) Notavit jam Eustratius, *νοῦν* hoc

loco generaliter acceptum esse de omni intellectu, non, ut infra c. 6, de cogitatione rerum aeternarum.

§. 3. πρακτικῆς μηδὲ ποιητικῆς) Quid intersit inter πράττειν et ποιεῖν, vide supr. ad I, c. 1, §. 2, et infr. §. 5, et c. 5, §. 4. — πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ) Coraes καί asteriscis notavit, quia de διανοίᾳ πρακτικῇ agatur (cf. infr. §. 5).

§. 4. ἕξεως) Paraphrastes; ἀπὸ γὰρ τῆς ἠθικῆς ἕξεως ἡ ὄρεξις γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ κακοῦ. Eustratius: τὸ δὲ „ἄνευ ἠθικῆς ἕξεως" περὶ τῆς ὀρέξεως εἴρηται. Sed non legit interpres, ut Mureto videtur, ὀρέξεως, quod tamen in Ven, Argyropyli codice, et multis Mureti, ut vir doctus contendit, libris obvium ipsi placuit.

§. 5. διάνοια δ' αὐτή) Eustratius αὐτή recte explicat ἁπλῶς αὐτὴ καθ' αὑτήν, et addit, ipsi alium finem praeter ipsam veritatem non esse. Eodemque sensu Paraphrastes pro αὐτή posuit θεωρητική. — ἀλλ' οὐ τὸ πρακτόν) Bekkerus sine nota critica οὐ expunxit. Tum strue, eodem sensu: ἀλλὰ τὸ πρακτὸν τέλος ἁπλῶς.

§. 6. ἕξεις μάλιστα) Bekkerus μάλιστα ἕξεις. — ἀληθεύει) ἀληθεύσει Par, Bekkerus cum H^a, K^b, M^b, N^b et Ven, — αἱ) om. Bekkerus, Par, Ven.

CAP. III. §. 2. (Cap. III.) ἔξω τοῦ θεωρεῖν) Eustratius duplicem interpretandi modum statuit, aut de sensu, cum contingentia, quae non videamus, nesciamus, utrum actu, an potentia tantum (i. e. non) sint: aut de cogitatione, cum contingentia propter imbecillitatem essentiae eorum an prorsus sint latere consueverint, si ab aliquo non fuerint considerata; necessaria contra semper esse, sive oculis aut menti subjiciantur sive non. Sed intellige θεωρεῖν de utroque, de perceptione sive sensuum sive mentis: Existentia rei contingentis tum tantum constat, cum revera sensu aut cogitatione percipiatur; nam, ut dicit Paraphrastes, μετὰ τὸ γνωσθῆναι μεταβάλλεται καὶ πολλάκις λανθάνει ἀπογινόμενον. — ἁπλῶς) Eustratius: ἁπλῶς δὲ λέγομεν ἐξ ἀνάγκης, ὅσα μὴ καθ' ὑπόθεσιν ἐξ ἀνάγκης. Quae enim nunquam aliter se habere possunt quaeque natura sua sunt aeterna et immutabilia, ea Aristoteles simpliciter necessaria

vocat (Hegelius: *Innere Nothwendigkeit*); quae vero necessario ponuntur, si aliud quiddam positum est, ut quae vi coacti facimus vel quae ad finem aliquem necessaria sunt, ea e conditione tantum sunt necessaria (Hegelius: *Aeussere Nothwendigkeit*) neque differunt a contingentibus. Cf. De gener. et corrupt. II, 11; De partib. anim. I, 1; Metaphys. V, 5. — *ἀΐδια πάντα*) *πάντα ἀΐδια*) Bekkerus e codicibus suis excepto M^b, qui more solito vulgatam retinet. Eustratius: *τὰ ἁπλῶς ἐξ ἀνάγκης πάντα ἀΐδια.*

§. 3. *ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς*) Cf. Analyt. Posterioria I, 1. — *ἐλέγομεν*) *λέγομεν*, Par, Bekkerus et Cardwellus ex H^a, K^b, L^b, N^b, O^b. Tunc loquitur Aristoteles non de suis scriptis, sed de logica disciplina in universum (vide supr. ad I, c. 5, §. 6). — *ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου*) L^b, Ven *ἀρχῆς*; Coraes *καί* asteriscis inclusit. Vertit Argyropylus: *Atque inductio quidem principium est ipsius universalis.* Eustratius explicat: *ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχή ἐστι καὶ πίστωσις τοῦ καθόλου· αἱ μὲν γὰρ ἀρχαί, φησί, δι' ἐπαγωγῆς ἡμῖν εἰς γνῶσιν ἔρχονται, πιστουμένων ἡμῶν τὰ καθόλου ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα* (cf. infr. c. 11, §. 6.) Item Paraphrastes: *ἡ μὲν οὖν ἐπαγωγὴ καθάπερ ἀρχή ἐστι καὶ τῶν ἀναποδείκτων ἀρχῶν, αἳ καθόλου μέν εἰσι, γιγνώσκονται δὲ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα.* Nihilominus tamen singularia non sunt principia universalium, sed iis subjiciuntur; cf. Metaphys. I, 2. Quamobrem separavit Lambinus *ἀρχή* et *τοῦ καθόλου*, vertens: *Atque inductio quidem principium est et universalis est.*

§. 4. *ὅσα ἄλλα*) Haec supplens, addit ad *ἕξις ἀποδεικτική* Paraphrastes: *ἐκ τῶν καθ' αὑτὸ καὶ ᾗ αὐτό, καὶ πρώτων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος ἀποτελουμένη*, quae verba hausit nimirum ex Analyt. Post. I. 2, ad quem tamen locum Aristoteles ipse mox nos remittere vix videtur *προσδιοριζόμεθα* dicens; obtinet enim eadem ratio, quam supra ad §. 3. notavimus. — *πως πιστεύῃ*) Non omnis persuasio, sed certa quaedam scientiam efficit, ea videlicet, quae e principiorum cognitione gignitur. — *μὴ μᾶλλον*) Paraphrastes: *εἰ γάρ τις μὴ τὰς ἀρχὰς γιγνώσκῃ, μηδὲ φανερώτεραι εἶεν αἱ προτάσεις τοῦ συμπεράσματος αὐτῷ, κατὰ συμβεβηκὸς ἔχει τὴν ἐπιστήμην* (ὥστε, ut dicit Eustratius, *δι' ἐπίσης ἀδήλων γιγνώσκων τὸ ἄδηλον*)· *οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ*

ὁ τοιοῦτος ἐπίσταται καὶ διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτῷ τῶν ἀρχῶν γνῶσιν, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἴσως ἀκούσας. εἰ γὰρ οὕτως ἐγίγνωσκε διὰ τὰς ἀρχὰς τὸ συμπέρασμα, μᾶλλον ἂν ἐγίγνωσκε τὰς ἀρχὰς ἢ τὸ συμπέρασμα· δι' ὃ γὰρ ἄλλο γνωστὸν, ἐκεῖνο μᾶλλον γιγνώσκεται.

CAP. IV. §. 2. (Cap. IV.) *καὶ περὶ αὐτῶν*) *καί* abest a Par, et Bekkeri codicibus, quos secuti sunt Cardwellus et Bekkerus. — *τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις*) Eustratius, siquidem ab eodem interprete et primi libri et sexti commentarius profectus est, secum ipse quidem pugnat in hac voce explicanda (vide supr. ad I, c. 5, §. 6, p. 28. sqq. et c. 13, §. 9), hoc tamen loco veram tandem nactus est interpretationem, dicens: ἐξωτερικοὺς δ' ὀνομάζει λόγους, οὓς ἔξω τῆς λογικῆς παραδόσεως κοινῶς τὰ πλήθη φασί. — *ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτική*) Haec est prudentia, ut apparebit infra c. 5, §. 4. — *καὶ οὐδὲ περιέχεται*) *διό* pro *καί* H^a, K^b, M^b, N^b, Bekkerus. Coraes *καί* asteriscis notavit, κακῶς πλεονάζει ὁ συμπλεκτικός dicens; *περιέχονται* pro *περιέχεται* Par, H^a, M^b, N^b, Bekkerus, quae lectio ad grammaticam accommodatior.

§. 4. *ἐν αὐτοῖς*) Bekkerus tacite *ἐν αὑτοῖς*, sed scriberet et Hegelius: *in ihnen* (cf. ad I, c. 2, §. 1, p. 8).

§. 5. *περὶ τὰ αὐτά*) Eustratius: ὅτι ἀμφοτέραις τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τὸ αἴτιον ἔξωθεν, καὶ ὅτι ἄμφω ἕτερον παρὰ τὴν ἐνέργειαν ἔργον ἔχουσιν. Sed cum *τρόπον τινά* dicat Aristoteles, innuit, artem et fortunam etiam inter se differre; quod Paraphrastes sic explanat: τρόπον τινὰ δὲ λέγω, ὅτι (τύχη) τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶ καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων (quod quidem ei cum arte convenit)· οὐκ ἔστι δὲ καθ' αὑτὸ τούτων αἰτία, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἡ δὲ τέχνη καθ' αὑτό ἐστιν αἰτία τῶν τεχνητῶν. Dilucidius Eustratius differentiam hanc ita exponit: ὅτι τῇ μὲν τέχνῃ κατὰ τὸν σκοπὸν τοῦ τεχνίτου τὸ τέλος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τῇ δὲ τύχῃ παρὰ τὸν σκοπὸν τοῦ ἐνεργοῦντος τὸ τέλος καὶ ὡς ἐπ' ἔλαττον.

CAP. V. §. 1. (Cap. V.) *τίνας δή*) *δή* om. El, Cardwellus, et Bekkerus sine suorum codicum varietate. — *ὅλον*) *ὅλως* Par, L^b, M^b; om. H^a, K^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus. Vidit jam Eustratius, et *ὅλον* et *ὅλως* eundem sensum praebere; nam qui sit prudens ad totum (*ὅλον*) bene vivendum, eundem etiam

simpliciter (*ὅλως*) esse prudentem, non e relatione ad aliquid (*κατὰ μέρος*, vel *περί τι*, ut est mox §. 2).

§. 3. *πάντα γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν*) Haec Aristoteles dixit, ut probet, cur eorum, quorum principia aliter se habere possunt, demonstratio fieri nequeat: *διότι*, ut interpretatur Eustratius, *πάντα τὰ ἐξ ἐνδεχομένων ἀρχῶν συναγόμενα συμπεράσματα ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις· τὰ γὰρ ἀποδεικτικῶς συμπεραινόμενα ἄλλως ἔχειν οὐκ ἐνδέχεται.* Sensum non curans etiam enuntiationem *καὶ οὐκ ἔστι βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων* Bekkerus inclusit in parenthesin (!), cum tamen nihil omnino valeat ad id probandum, de quo diximus, sed pertineat aperte ad demonstrationem, cur prudentia non sit scientia. Et notandum est, verba *οὐκ ἂν εἴη ἡ φρόνησις ἐπιστήμη* demum apodosin ordiri, cujus protasis incipit: *ὥστε εἴπερ, — τὸ γένος πράξεως*) *τέλος* pro *γένος* NC, Vrat, L[b] lapsu calami, aut e §. sequente male sumtum.

§. 4. *οὐκ αἰεί*) *οὐκ ἂν εἴη* *A (L[b]), B, C, CCC, Vrat, H[a], K[b], N[b], O[b], Cardwellus, Bekkerus; ita ut vulgatam quatuor tantum codices tueri videantur: El, NC, Par, M[b]. Sed incertus ille loquendi modus (*οὐκ ἂν εἴη*) plane ab re esset; et sunt quaedam actiones (*πράξεις*), quarum finis, etsi non, ut effectionum (*ποιήσεων*), opus sit, tamen etiam alii fini praestantiori subjiciatur. Arti equitandi ex. gr. operatio est finis: nempe equitare, non opus quoddam (cf. supr. ad I, c. 1, §. 2); attamen equitatio alii fini praestantiori, ut victoriae, rei militari, subjici potest. Hujus differentiae postquam Eustratius quoque (nec non Paraphrastes) lectorem etiam nostrum ad locum commonefecit, recte addit rationem interpres, cur Aristoteles *αἰεί* subjunxerit: *διαφέρει οὖν καὶ τῶν πρακτικῶν τεχνῶν ἡ φρόνησις, ὅτι καὶ αὕτη, πρακτικὴ οὖσα ἕξις, αὐτὸ ἔχει τέλος τὸ πρᾶξαι καλῶς.* Non tamen artes activae tantum finem alium habent, sed adeo de virtutibus, quae et ipsae sunt *πράξεις*, idem dici possit, cum earum finis sit beatitudo. Itaque *οὐκ αἰεί* necessarium est, et *οὐκ ἂν εἴη* haud dubie in tot codices irrepsit, ubi semel *αἰεί*, quod, ut supra (ad I, c. 7, §. 4) osten-

dimus, ex Aristotelis usu est, ab inscientibus librariis in ἂν εἴη mutatum fuit.

§. 6. τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν) Eustratius: τὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καταγινομένην ἢ τὰ κακά. ἀλλ' οὐ πᾶσα ἁπλῶς· καὶ δείκνυσι τοῦτο ἐκ τοῦ ἐναντίου, λέγω δὴ τοῦ μὴ σωφρονεῖν. — ἴσας) Subaudi γωνίας. — φανεῖται) φαίνεται Bekkerus. — οὐδὲ δεῖν) sc. φανεῖται. — ἀληθῆ) ἀληθοῦς Par, M^b, Eustratius.

§. 7. Alteram rationem auctor secundum Eustratium affert, cur ab arte prudentia sit diversa, cum priorem supra §. 3. fin. exposuerit, tertiam autem mox subjunget: καὶ ἐν μὲν τέχνῃ κ. τ. λ. — τέχνης μέν) Paraphrastes: ἔτι δὲ τῆς μὲν τέχνης ἐστὶ καὶ κακία καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ δυνατὸν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι τεχνίτην καὶ πονηρόν. φρονήσεως δὲ οὔτε κακία ἐστὶν (ἀδύνατον γὰρ φρόνιμόν τινα φαῦλον εἶναι) οὔτε ἀρετή. αὐτὴ γάρ ἐστιν ἀρετή· ἀρετὴ δὲ ἀρετῆς οὐκ ἔστιν, οὐ γὰρ μεσότης μεσότητος. — αἱρετώτερος) Artifex enim, qui sponte delinquit, non est artis imperitus, sed alicujus gratia opus suum prave efficit; qui vero in prudentia aut alia virtute sponte delinquit, plane improbus est, nec possidet virtutem. Sic Eustratius. — ἧττον) Idem interpres dicit: τὸ δὲ ἧττον ἢ ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς ἢ ἀντὶ τοῦ ἔλαττον. Intellige e comparativo αἱρετώτερος positivum αἱρετός, ita ut sit: ἧττον αἱρετὸς τοῦ ἄκοντος.

§. 8. τοῦ δοξαστικοῦ) Haec est eadem cogitantis animae pars, quam supra (c. 1, §. 7) τὸ λογιστικόν auctor nominaverat; cum enim versetur circa res, quae aliter se habere possunt, non veritatem gignit, sed opinionem (δόξαν). — ἔχειν ἐστί) om. ἐστί Bekkerus. — ἕξις μετὰ λόγου μόνον) Cum et ars et prudentia sit ἕξις μετὰ λόγου, ad definiendam prudentiam addi secundum Eustratium oportuit §. 4: περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ πρακτική. — σημεῖον δέ) Cum ex arte non semper operemur, vel quia materia deest vel aliam ob causam, artifex tamen quis esse possit, etiamsi nihil agat, sed habitum modo possideat: artis quidem oblivio esse potest. Prudentiae autem materia cum semper homini exposita sit et obvia occurrat, quia neque affectus humani et actiones, neque mutua hominum inter se consortia, neque reliqua, in quibus virtus omnis

occupatur et prudentia, exulare e vita possunt: idcirco semper operatur prudentia, semperque homo idoneo utitur consilio ad bona sua adipiscenda, potestque adeo prudentia oblivionem non admittere. Sic Paraphrastes et Eustratius.

CAP. VI. §. 1. (Cap. VI.) *τῶν ἀποδεικτῶν καὶ πάσης ἐπιστήμης*) Eustratius: *ἢ ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ εἶπεν, ὡς τῶν ἀποδεικτῶν διὰ τῆς ἐπιστημονικῆς γινωσκομένων γνώσεως, ἥτις ἡ μετὰ λόγου ἐστὶ καὶ τῆς τοῦ πράγματος αἰτίας κατάληψις. ἢ ὡς ἀποδεικτῶν μὲν ὄντων τῶν συμπερασμάτων, ἐπιστήμης δὲ τῆς ὅλης ἐπεξελεύσεως τοῦ ὅλου συλλογισμοῦ· εἰσὶ γὰρ αἱ ἀρχαὶ καὶ τῶν ἀποδεικτῶν καὶ τῆς ἐπιστήμης, τῶν ἀποδεικτῶν ὡς ἱστῶσαι τὰ κατὰ τὴν διάνοιαν, τῆς δ' ἐπιστήμης ὡς χρωμένης ταύτης αὐταῖς πρὸς τὴν τῶν δεικνυμένων βεβαίωσιν.* — *μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη*) Hoc, inquit idem, *εἰς κατασκευὴν εἴρηται τοῦ εἶναι ἀρχὴν ἁπάσης ἐπιστήμης· αἱ γὰρ ἀρχαὶ τὰς αἰτίας χορηγοῦσι τῶν ἀποδεικνυμένων, αἳ οἱ λόγοι εἰσίν.* — *οὔτ' ἂν ἐπιστήμη εἴη*) Ostendit Aristoteles secundum eundem interpretem, principii non esse scientiam: *τὸ δὲ ἐπιστητὸν ἀποδεικτὸν, ἡ δ' ἀρχὴ οὐκ ἀποδεικτὴ, ἀλλ' ἀποδεικτικὴ ὡς τῇ ἀποδόσει οὖσα αἰτία τοῦ συνίστασθαι αὐτήν.* Sic et Paraphrastes. — *περὶ ἐνίων*) Cf. infr. c. 7, §. 3.

§. 2. *τούτων δὲ τριῶν*) *τῶν* ante *τριῶν* addunt Par, Ven, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus. Artem hoc loco praetermissam a Philosopho Eustratius ideo putat: *διότι περὶ τὰ ὁμογενῆ αὗται ἀμφότεραι· περὶ γὰρ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν ἡ τέχνη ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις.* Mox quaerit, cur Aristoteles artem et prudentiam inter veridicos habitus reponat: *τέχνη δὲ καὶ φρόνησις, περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν καταγινόμενα, ἀποτυγχάνουσι τοῦ τέλους ποτὲ καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἀποπίπτουσιν.* Cui dubitationi respondet interpres: *τῶν γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ πᾶσα τέχνη καὶ ἡ φρόνησις ὡσαύτως. ὥστε διὰ τοῦτο ἀληθευτικαὶ καὶ αὗται, ὅτι ὡς ἐπιτοπολὺ τὸ ἀληθεύειν αὐταῖς, ἀλλ' οὔτε ἐπ' ἴσης τὸ ἀληθεύειν τε καὶ ψεύδεσθαι, οὔτε τὸ ἀληθεύειν ἐπ' ἔλαττον· ἔδει οὖν ἐπικρατεῖν τὸ ἐπὶ πλέον τοῦ ὡς ἐπ' ἔλαττον, καὶ ἀληθευτικὰς ἕξεις καὶ ταύτας κατονομάζεσθαι.* — *ἐνδέχεται εἶναι*) Supple e sequentibus *τῶν ἀρχῶν.*

CAP. VII. §. 1. (Cap. VII.) *ἐν ταῖς τέχναις*) *ἔν τε*

ταῖς τέχναις Bekkerus ex H^a, K^b, N^b, O^b; γε pro τε addunt L^b, M^b; καί superscriptum ante ἐν Par. Intellige ita ut τε et sequens μέν, tanquam alterum partitionis membrum, opposita sint τῷ δέ initio §. 2, pro quo etiam τε poni potuisset.

§. 2. ἄλλο τι) Addunt ἤ NC, CCC, Vrat, M^b, O^b, Eud. Abesse debet, cum ἄλλο τι ad illustrandum κατὰ μέρος additum sit; itaque recte Paraphrastes: κατά τι. Sensus est: Cum absolute sapientes non aliqua in arte sint sapientes, non aliam quam artem possident praeter sapientiam. — ὥςτε δῆλον) Eustratius: πόθεν οὖν τοῦτο τὸ συμπέρασμα συνῆκται; ἐκ τοῦ καθ' ἑκάστην τέχνην σοφὸν λέγεσθαι τὸν κατ' αὐτὴν ἀκριβῆ· ἀκολούθως γὰρ καὶ ὁ κατὰ τὴν ὅλως γνῶσιν σοφὸς ἔσται ὁ περὶ τὴν ὅλως σοφίαν ἀκριβής.

§. 3. κεφαλὴν ἔχουσα) Paraphrastes: καὶ οὕτως ἔσται ἐπιστήμη ἡ τιμιωτάτη, καθάπερ κεφαλὴν ἔχουσα τὰς ἀρχάς. Uberius Eustratius: διὰ τοῦτο καὶ κεφαλῆς λόγον ἐπέχει ἐν ταῖς ἐπιστήμαις, ὅτι ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων ἐστὶ, τιμιώταται δὲ αἱ ἀρχαί. εἰ γὰρ αἴτιαι αὗται τῶν παρὰ ταῖς ἐπιστήμαις συμπερασμάτων, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τὰ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις τιμιώτερα; κεφαλαὶ τοίνυν αἱ ἀρχαὶ τῶν ἐν ταῖς ἐπιστήμαις θεωρουμένων, κεφαλὴ δὲ καὶ ἡ σοφία τῶν ἐπιστημῶν ἡ ταύτας χορηγοῦσα ταῖς ἐπιστήμαις. ἢ εἰ βούλοιτό τις ῥητέον καὶ οὕτως τὸ κεφάλαιον ἔχουσα, ὅτι αἱ ἐπιστῆμαι μὴ οἴκοθεν ἔχουσαι τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἐκ τῆς σοφίας χορηγουμένας, ῥηθεῖεν ἂν τούτου ἕνεκα καὶ ἀκέφαλοι· ἡ δὲ σοφία ἐπεὶ αὐτοτελὴς καὶ ἐξ ἑαυτῆς ἔχει τὰς ἀρχὰς, διὰ ταῦτα καὶ ἐπιστήμη λέγεται μετὰ κεφαλῆς, ὡς ἔχουσα κεφαλὴν ἥτις ἐστὶν αἱ ἀρχαί. Sensus in utroque interpretandi modo fere idem est. E priore interpretatione Lambinus conjecturam κεφαλὴ ἔχουσα arripuisse videtur, ἔχειν intransitivo sensu accipiens. Ἐπιστήμην pro ἐπιστήμη legunt NC, Par, M^b, Ald, Ven, Coraes; et secundum Cardwellum K^b ἐπιστήμη superscripto ν. — ἄτοπον γάρ) Eustratius: διὰ μὲν τῶν προςεχῶς εἰρημένων ἔδειξε τὴν διαφορὰν ἣν ἔχει πρὸς τὴν ἐπιστήμην ἡ σοφία, διὰ δὲ τῶν παρόντων δείκνυσιν αὐτὴν διαφέρουσαν τῆς φρονήσεως. συνέχει δὲ τὸν λόγον, τὸν γάρ σύνδεσμον λαμβάνων ἀντὶ τοῦ δέ, ὅ ἐστιν αὐτὸν εὑρεῖν ποιοῦντα ἐπὶ πολλοῖς. Et legitur quidem δέ in M^b; in Par superscriptum est. Praeterea Eustratius τὴν

ἐπιστήμην subjectum, πολιτικήν praedicatum esse vult. Contenditque, prudentiae et sapientiae differentiam ab Aristotele ita probari: ἔλαβε δὲ τὴν πολιτικὴν εἰς τὸ μέσον καὶ τὴν ἐπιστήμην ὡς συλλαμβανομένην αὐτῷ, πρὸς τὸ δεικνύναι τὴν ἑτερότητα τῆς φρονήσεως καὶ τῆς σοφίας. φησὶν οὖν ἄτοπον εἶναι τὸ ὑπολαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην πολιτικὴν, ἢ τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην. ἴδωμεν δὴ πῶς ἄμφω ταῦτα συμβάλλονται αὐτῷ πρὸς τὸ προςκείμενον· τὴν μὲν γὰρ πολιτικὴν ἄτοπον εἶναι λέγειν ἐπιστήμην, ὡς ἑπομένου ἀτόπου τῷ λέγειν σοφίαν εἶναι τὴν φρόνησιν. ἡ μὲν γὰρ σοφία ἐκ νοῦ καὶ ἐπιστήμης συγκεῖται, ἡ δὲ φρόνησις πολιτική. ὁ οὖν λέγων, σοφίαν εἶναι τὴν φρόνησιν, ἑπόμενον ἔχει ἄτοπον τὸ λέγειν, τὴν ἐπιστήμην πολιτικήν· ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον. διὰ τί; ὅτι ἡ μὲν ἐπιστήμη περὶ τὰ ἀναγκαῖα καταγίνεται, ἡ δὲ πολιτικὴ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα. ὥςτε ἀδύνατον, ταύτας ἀλλήλαις συνέρχεσθαι οὕτω διαφερούσας κατὰ τὰ ὑποκείμενα. οὐκ ἄρα ἡ σοφία φρόνησις. Verti igitur secundum Eustratium debeat: *Absurdum est autem, si quis scientiam esse civilem aut prudentiam esse optimam putet.* Sed cum 4. demum §. de differentia politices et sapientiae exponat auctor, ut e lineis 3-4. et ultimis illius §. verbis perspicitur, puto ἄτοπον γάρ non pro ἄτοπον δέ dictum esse, sed rationem exhibere cur sapientia sit praestantissima: scilicet, quia politice vel prudentia, quamquam κυριωτάτη καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονική (cf. supr. I, c. 2, §. 4), tamen et ipsa sapientiae cedit, cum circa humana tantum versetur, sapientia vero etiam circa divinas naturas homine multo praestantiores e quibus hic mundus conflatus et coagmentatus est (cf. infr. §. 5). Vulgatam igitur explicationem, quae τὴν ἐπιστήμην πολιτικήν conjungit, tueor. Coraes τήν ante πολιτικήν addendum proponit. Nec vero necesse est, cum Cardwello et Bekkero, codicibus Ha, Kb, Mb, Nb auctoribus, ἐπιστήμην deleamus; ἐπιστήμη enim sensu latiore pro δύναμις dictum est, ut etiam τέχνη (cf. supr. I, c. 2, §. 3).

§. 4. Quamvis non, ut Zellius, apodosin a φανερὸν δέ, sed jam inde a καὶ τὸ σοφόν ordiar, tamen parenthesi opus esse puto, ut φανερὸν δέ opponi possit iis, quae parenthesi praemittuntur. — τὸ σοφὸν ταὐτό) Paraphrastes: τὸ γὰρ ἐπιστητὸν σοφὸν, τὸ δὲ τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς ἔχειν ἐπιστητόν ἐστι,

καὶ τὸ αὐτὸ δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἐπιστητὸν εἶναι, καθάπερ καὶ τὸ αὐτὸ εὐθὺ καὶ τὸ αὐτὸ λευκὸν παρὰ πᾶσιν. — *τὸ γὰρ περὶ αὑτό*) Eustratius eam verborum structuram facit: *ἕκαστα γὰρ φαῖεν ἂν, τὸ θεωροῦν τὸ εὖ περὶ αὑτὸ εἶναι φρόνιμον*, et *ἕκαστα* genere neutro dictum putat, ut et praeter homines animalia ratione non praedita intelligi possint, de quibus quidem mox auctor mentionem facturus est. Eandem constructionem et K^b haud dubie admisit, quippe qui, quamquam crebrius pluralis verbi cum substantivis neutris ejusdem numeri apud Aristotelem copulatur (vide supr. I, c. 1, §. 2), legat *τὸ γὰρ περὶ αὑτὸ ἕκαστα τὸ εὖ* (secundum Cardwellum *εὖ* omisso) *θεωροῦν φησιν* (Cardwellus *φαῖεν*), et secundum Bekkerum *ἐπιτρέψει* pro *ἐπιτρέψειαν* (*ἐπιτρέψειεν* L^b, O^b), moxque iterum *φησιν* pro *φασιν*, prius *φησιν* Cardwello non agnoscente per negligentiam sane ejus, cujus opera codicem conferendum curavit. Facilior sane lectio est eorum, qui, ut Wilkinsonus (cum NC, CCC), Zellius sine codicum suorum varietate, Cardwellus et Bekkerus (cum H^a, M^b, N^b), Argyropylus, alterum *τό* ante *εὖ* omiserunt; sed vereor, ut sit justa, cum facile illud *τό* ab intelligere non valentibus expungi potuerit. Quis enim unquam *τό* intrusisset, si nusquam obvium fuisset? Quid legerit et quomodo struxerit Paraphrastes merito dubitari possit, cum ita locum expediat: *φρόνιμον δὲ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τὸ θεωρεῖν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ ἀγαθὰ καὶ πράττειν.* Quibus contortior Eustratiana structura visa fuerit, poterunt ii *ἕκαστα* pro *καθ' ἕκαστα* accipere. Quamquam ne id quidem bene se habet, cum fortassis adhuc contortius sit, et §. 8. demum pronunciet, in singularibus prudentiam versari. Standum itaque constructioni Eustratianae; et potuit loquendo Aristoteles verba ita disturbasse. Conjecit Coraes sensu servato: *τὸ γὰρ τὰ περὶ αὑτὸν ἕκαστα εὖ θεωρεῖν, φαῖεν ἂν εἶναι φρόνιμον.* Ceterum *ἄν* post *φαῖεν* om. Par, K^b (secundum Bekkerum), L^b, M^b, O^b, Ven. — *τούτῳ ἐπιτρέψειαν αὑτά*) Eustratius: *τούτῳ ἑαυτὰ ἐπιτρέπουσιν.* Legit M^b *τούτων ἐπιτρέψειαν ἑαυτούς.* — *φρόνιμα*) Cum prudentes bestiae eae sint, quae rerum ad vitam necessariarum providendarum habeant facultatem, in Metaphysicis

(I, 1) prudentes eas nominare potuit Philosophus, quae meminisse possunt. — φανερὸν δέ) φανερὸν δὲ καί, ut legunt Cardwellus et Bekkerus ex H', K^b, M^b, N^b, bene se habet: καί enim eo sensu accipi debet, quem supra ad I, c. 2, §. 5. docuimus. — ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ σοφία) Bekkerus legit ἡ σοφία καὶ ἡ πολιτική: sic et Par.

§. 5. εἰ δ') Supple cum Garvio τὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ ἐροῦσι σοφίαν. — οὐδὲν διαφέρει) Intellige: Item multae reperientur sapientiae.

§. 7. (Cap. VIII.) ἡ δὲ φρόνησις) Incipiunt hic novum caput nonnulli, quasi jam non de sapientia loquatur Aristoteles, sed ad tertium hujus libri tractatum de prudentia transierit. Sed hic prudentia consideratur, in quantum a sapientia differat. — κατὰ λογισμόν) κατὰ τὸν λογισμόν Par, Bekkerus.

§. 8. εἰδότες) Eustratius: τὰ καθόλου. — ἐνίων) ἑτέρων El, Coraes et Bekkerus. — πρακτικώτεροι) Cf. Metaph. I, 1: μᾶλλον ἐπιτυγχάνουσιν οἱ ἔμπειροι τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. — ἐν τοῖς ἄλλοις) Minus recte Lambinum vituperavit Muretus, quod verterit *in aliis rebus;* dicitque ἐν ἄλλοις esse *inter alios, inter reliquos.* Non enim de aliis universalia nescientibus, nisi de expertis loquitur Philosophus. Intellige igitur cum Eustratio: Non solum in prudentia, sed etiam reliquis in rebus, experientia nos ad agendum reddit aptiores; εἶτα φέρει καὶ παράδειγμα οὐκ ἔτι πολιτικὸν, ἀλλ' ἰατρικόν. Quamobrem, cum οἱ ἔμπειροι ii ipsi sint inscii, qui ad agendum scientibus sunt aptiores, sive referas ἔμπειροι tanquam explicationem ad praecedentia, verbis καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις (*etiam* in aliis rebus) parenthesi inclusis: sive innuere voluerit Aristoteles, eos in prudentia alio nomine, in reliquis artibus *peritos* appellari. Id posterius tamen minus rectum videtur, cum etiam infra c. 11, §. 6. ἐμπειρία de prudentia dicatur. Cum Eustratio consentit Paraphrastes: καὶ ὅλως ἐν πᾶσιν οἱ ἔμπειροι μᾶλλον δύνανται πράττειν ἢ οἱ τὰ καθόλου γιγνώσκοντες. — ἀγνοεῖ) ἀγνοοῖ H', K^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus; non puto: nam εἰ γὰρ εἰδείη est *etiamsi quis sciat,* sequiturque *si tamen nescit.* Locum plane similem affert Zellius ex Aeschine contra Ctesiphontem

p. 634, §. 209. ed. Wunderlich: εἰ γὰρ τολμήσειε Κτησιφῶν μὲν Δημοσθένην παρακαλεῖν λέξοντα εἰς ὑμᾶς, οὗτος δ' ἀναβὰς ἑαυτὸν ἐγκωμιάσει. Modorumque mutatio neque hic sine vi est. Zellius citat quoque Livium XXX, 44: *Itaque, quum spolia victae Carthagini detrahebantur, quum inermem jam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africae cerneretis, nemo ingemuit.* Scilicet *detrahebantur* de conatu dictum est vel per descriptionem, *cerneretis* historice, ut vocabulum *jam* indicat. — ἄμφω ἔχειν) i. e. cognitionem universalium et cognitionem singularium. Distinguit autem Aristoteles prudentiam, quae, ut ratio et universale, experientiam non habet adjunctam, a prudentia, cui est experientia et particulare; quarum alteram vocat πρακτικήν, alteram ἀρχιτεκτονικήν.

CAP. VIII. §. 1. τὸ μέντοι εἶναι) Cf. supra ad V, c. 1, §. 20. Paraphrastes: τῷ λόγῳ δὲ διαφέρει. Item Eustratius: ἡ αὐτὴ μέν ἐστιν ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις κατὰ τὸ ἀμφοτέρας ἔχειν ἔργον τὸ εὖ βουλεύεσθαι, καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπῳ τῶν πρακτῶν στοχάζεσθαι κατὰ τὸν λογισμόν. διότι δὲ ἡ μὲν φρόνησις τοῦ καθ' ἑαυτὸν φρονίμου ἐστὶ καὶ τοῦ στοχαζομένου τοῦ ἑαυτῷ ἀρίστου τῶν πρακτῶν, ἡ δὲ πολιτικὴ τῶν κοινῇ τῇ πολιτείᾳ ἀρίστων στοχάζεται, διὰ τοῦτο διαφέρουσιν ἀλλήλων τῷ λόγῳ. Sed cum habitus sit intima substantia virtutis, et ratione *quadam*, ut τῷ λόγῳ vertit Felicianus, i. e. non nisi modo quodam existendi, hae virtutes inter se differant, relatae nempe ad aliud, τὸ εἶναι eodem prorsus sensu accipias, ac loco laudato, scilicet: *cum in diversa materia versentur, diversa est et ipsarum essentia.* Quam interpretationem ipse Eustratius profert: διὰ τοῦτο, φησὶν, οὐ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι ἀμφοτέραις αὐταῖς. ὧν γὰρ ἔξεων τὰ ὑποκείμενα διαλλάττουσιν, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐταὶ διαφέρουσιν.

§. 3. οἰκονομία) Cura rei familiaris ne ipsa quidem circa singulorum bona, sed circa totam familiam sive domum versatur, estque pars civilis prudentiae, ut domus civitatis. — βουλευτική) Prudentia civilis, quae in agendo et consultando versatur, ad magistratus pertinet, ita ut tria civilis prudentiae genera, νομοθετικὴ βουλευτικὴ δικαστική, tribus reipublicae partibus respondeant, quae in constituenda republica maxime

spectantur: legislatori, magistratui, judici; cf. Polit. IV, 14-16. Nos diceremus, sit venio verbo: potestas legislativa, administrativa, executiva *(Hegels Werke, Bd. VIII,* §. 273, *S.* 355). Quin Garvius πολιτικὴ πρακτική non male ad executionem, βουλευτική ad administrationem refert.

§. 4. (Cap. IX.) γνώσεως) Eustratius in aliis exemplaribus φρονήσεως reperiri dicit. Sed Aristoteles jam dixit, prudentiam quae sua novit speciem esse diversam a prudentia civili. In constituenda prudentiae proprie sic dictae notione dicit, eam cognitionis quidem speciem esse, sed etc. — τὸ αὑτῷ) τὸ τὰ αὑτῷ El, L^b; τὸ αὑτοῦ Par, et fortasse pr. K^b secundum Bekkerum; τὸ τὰ αὑτοῦ M^b; τὰ αὑτοῦ Coraes; ὡς τὸ αὑτόν codex Acciajoli, Ald, Ven. Eustratius: τὸ δὲ τὸ αὑτῷ εἰδέναι ἐλλιπῶς εἴρηται καὶ δεῖ ἐξακούεσθαι τὸ ὠφέλιμον, ἢ τὸ συμφέρον, ἢ τὸ ἄριστον. — διαφορὰν πολλήν) Quamquam convenit prudentia cum civili facultate, quod utraque ad genus cognitionis pertinet, magna tamen est earum differentia. Sic Eustratius et Paraphrastes, quia putant, prudentiam adhuc cum politica comparari. Sed haec comparatio, quae §. 4. sane recurrit, ideo tantum adhibetur ut probetur, etiam prudentiae politicam necessariam esse. Melius igitur Lambinus: *Verum de hoc ipso magna est controversia.* Refutat enim auctor in sequentibus opinionem eorum, qui putant sua tantum prudentem nosse (cf. Conspectum nostrum). Sic et Coraes explicavit: οὐ δῆλον ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις οἱ περὶ αὑτοῦ λέγοντες. — Εὐριπίδης) In Philoctete, ut testatur Eustratius. Intelligi vult et textui adjicit Coraes: οὐκ ᾤετο φρονίμους. — ἠριθμημένον) ἠριθμημένῳ Vrat, H^a, L^b, M^b, O^b, Eud, Ven, Coraes, Bekkerus, et Wilkinsonus sine nota critica. — ἴσον μετασχεῖν) ἴσων μετασχεῖν M^b; ἴσου μετασχεῖν L^b; ἴσων μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης Eud, Paraphrastes, Wilkinsonus sine nota critica, Coraes, vulgo. — πλέον) Post πλέον addunt Ζεὺς μισεῖ NC, CCC (dicit saltem Wilkinsonus, in El haec verba deesse), Eud, Paraphrastes, Coraes, vulgo. Zellius: „Hoc habet Aristoteles, ut aliorum scriptorum sententias, quas adhibet, praesertim eas, quae notiores sint, nunquam fere integras adscribat, sed plus

minus decurtatas." — ζητοῦσι) Eustratius: *περὶ τῶν φρονίμων καὶ τοῦτο φησὶ πληθυντικῶς οὕτω λέγων, εἰ καὶ ἄνωθεν ἑνικῶς τὸν φρόνιμον ἔλαβεν.* Sed recte jam Zellius universe dictum accepit: *homines quaerunt.* Lambinus: *vulgo.* Coraes sensu pugnante supplet *οἱ περισσοί.* — τὸ αὑτοῦ ἄνευ) Ad *τὸ αὑτοῦ* supple *εἰδέναι*, vel cum Zellio *πράττειν*. Τὸ *τὰ αὑτοῦ εἰδέναι ἄνευ* M^b; *τὸ αὑτοῦ εὖ ἄνευ* El, H^b, K^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus; *τὰ αὑτοῦ εὖ ἄνευ* Coraes. — ἄνευ πολιτείας) Paraphrastes hujus rei rationem afferens addit: *οὐ γὰρ δυνατὸν, εὖ καὶ καλῶς τὰ καθ' ἑαυτόν τινα διαθεῖναι, τῆς οἰκίας αὐτῷ ἢ τῆς πόλεως οὐ καλῶς ἐχούσης· χαλεπὸν γὰρ μὴ διαφθαρῆναί τινα μετὰ πολλῶν φαύλων διατρίβοντα.* Monetque Eustratius, hominem ab Aristotele animal sociabile nominari, quod per se solum non possit proprium bonum assequi. — ἔτι δέ) Eustratius: *καὶ τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα δεικτικόν ἐστι τοῦ ἐξ ἀνάγκης δεῖσθαι ἐν κοινωνίᾳ εἶναι τὸν φρόνιμον.* Eget enim consilio et doctrina, ut dicunt Paraphrastes et Eustratius. Hoc tamen non novum argumentum est, sed pertinet ad primum quod noster Conspectus, quem vide, exhibet, cum et alia via declaretur, cur socius prudenti opus sit. — τὸ αὑτοῦ πῶς) *τὰ αὑτοῦ πῶς* El, H^b, K^b, L^b, N^b, O^b, Coraes, Cardwellus, Bekkerus: *καὶ τὰ αὑτοῦ πῶς* Par: *τὰ αὑτῶν πῶς* M^b: *τὸ αὑτοῖς ἀγαθὸν πῶς* CCC.

§. 5. Secundum argumentum cum primo ita cohaeret, ut, cum prudentiae experientia opus sit, ipsa non nisi consuetudine et commercio hominum acquiratur. — ποιήσει) *ποιεῖ* El, CCC, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus. Eleganter futurum, quae est vulgata lectio, Eustratius ita explicat: *ὥςπερ τὸν νέον πρὸς κτῆσιν τῆς φρονήσεως προτρεπόμενος, ὥςτε σπουδάσαι αὐτὸν διὰ χρόνου, πεῖράν τε πολλῶν πραγμάτων λαβεῖν καὶ ἀφικέσθαι εἰς ἕξιν φρονήσεως.* Qui non viderunt librarii, haec primum non scripta, sed audientibus juvenibus a magistro pronunciata esse, futurum in praesens mutaverunt.

§. 6. διὰ τί) Addit *δή* Coraes, Bekkerus e codicibus, nisi quod L^b *διὰ τί δήποτε*, O^b vero *τί δήποτε* legat. — μαθηματικός) Sic El, Par, Vrat, Ven, Coraes, Bekkerus sine nota critica. Vulgatam *μαθητικός* NC, CCC, K^b secundum

Cardwellum expressis verbis, Eudemus. Non de docilitate in universum, sed de mathematica sermonem esse ostendunt sequentia τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεως, quae non nisi ad eam scientiam referri possunt. Fieri tamen potuit, ut vox μαθητικός pro μαθηματικός usurpata fuerit, sicut in Metaphysicis contra (I, 1) μαθηματικώτερα positum est pro μαθητικώτερα. Quo loco, illam vocem quamquam novem codices tuentur, tamen hanc Brandis et Bekkerus vulgata mutata in textum recepere, sex reliquorum Bekkeri codicum auctoritate nisi. — τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεως) τὰ δι' ἀφαιρέσεως ea sunt, quae, cum natura simul et inseparabilia sint (τὰ συγκεχυμένα, Hegelio: *das Concrete*), cogitatione et ratiocinatione separantur (apud nos: *das Abstracte*). Abstractae autem vocantur res mathematicae, quippe quae per se existere non possint, sed naturalibus rebus innatae, cogitationis vi a rebus naturalibus divellantur et abstrahantur (cf. supr. ad I, c. 3, §. 5, p. 18). — τῶν δέ) Subaudi theologiam, quae est sapientia (Met. VI, 1; XI, 7), et physicam, quarum principia experientia duce clarescere, Philosophus semper inculcat. Cf. supra c. 3, §. 3, et infra c. 11, §. 6, quaeque ad priorem locum et superius ad I, c. 7, §. 19-20. diximus. — καὶ τὰ μὲν οὐ) Invertit ordinem Aristoteles et more Graecorum alterum (τὰ μέν) ad sapientiam et physicam, alterum (τῶν δέ) ad mathematicam refert.

§. 8. τοῦ γὰρ ἐσχάτου) sc. rerum singularium (vide supr. §. 2); scientia autem est rerum universalium.

§. 9. Ἀντικεῖται μὲν δὴ τῷ νῷ) sc. θεωρητικῷ, non autem τῷ νῷ πρακτικῷ, ut apparebit infra c. 11, §. 4-7. — τῶν ὅρων) Eustratius: ὅρους δέ φησιν ἢ τοὺς ὁριστικοὺς λόγους ἢ ἁπλῶς τὰς πρώτας ἀρχάς. Intellige ultimos scientiarum terminos, de quibus ratio reddi non potest. Recte igitur Paraphrastes: τὰ πρῶτα καὶ ἀναπόδεικτα. — ἀλλ' αἴσθησις) Prudentiam auctor non eum sensum vocat, quo audimus, videmus et reliquis sensuum operationibus fungimur (ἡ τῶν ἰδίων), sed sensum quendam communem, quo, quid in singulis verum sit, perspicimus. Et postquam hunc sensum cum eo sensu comparavit, quo in mathematicis percipimus, triangulum simplicissimam esse figuram,

ad quam revocentur ceterae, eoque consistimus: se ipsum quodammodo corrigit dicitque, hunc in mathematicis sensum potius sensum esse, quam prudentiam, etsi ab illis sensibus (ἡ τῶν ἰδίων) diversa sit species. Sic finem §. Cardwellus illustrat, qui Bekkero sequente cum Par, H[a], K[b], N[b], Corae legit ἦ φρόνησις: ita etiam *B, C, Ven; ἡ pro ἤ habent Zellius de Vrat silens, A (L[b]), M[b], O[b], Wilkinsonus sine varietate codicum. Consentiunt interpretes in priore hujus §. parte explicanda. Nisi quod Eustratius et Paraphrastes ὅτι τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχατον τρίγωνον aliter acceperunt, quasi ultimus triangulus sit non universalis, qui scientiae, sed singularis, qui sensui objectus est; adstipulaturque Zellius, etsi vidit, tunc omisso ὅτι scribi debuisse τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχατον, οἷον τρίγωνον, vel aliud simile. Finem autem §. secundum vulgatam, quam nos in textu expressimus, Zellius ita accipit, ut ἡ φρόνησις sit subjectum: *Prudentia ad hunc ipsum sensum communem pertinet, qui etiam in mathematicis cernitur, multo potius, quam ad illos singulares et externos sensus* (ἡ φρόνησίς ἐστι μᾶλλον αἴσθησις αὕτη); *eorum est enim plane aliud genus.* Quod insulsissimam conficiens tautologiam cum supra dictis, οὐχ ἡ τῶν ἰδίων, ferri non potest. Viam plane novam ingressus est Eustratius, qui legens: ἀλλ' αὕτη μᾶλλον ἡ αἴσθησις ἦ φρόνησις, ἐκείνη (sic et Par) δὲ ἄλλο εἶδος, vocem ἤ non a μᾶλλον pendere sed explicativam esse vult. Interpretatur enim: φησὶ δὲ ταύτην μᾶλλον εἶναι αἴσθησιν τὴν μετὰ φρονήσεως, ὅτι σὺν λόγῳ καὶ ἐπιστασίᾳ, ἐκείνη δὲ ἄλογός τε καὶ ἀνεπίστατος. ὅσον οὖν τὸ μετὰ λόγου κρεῖττον τοῦ ἄνευ λόγου, τοσοῦτον κρείττων αἰσθήσεως ἡ φρόνησις τῆς τοῦ αἰσθητοῦ ἰδίας αἰσθήσεως. διὸ καὶ ἄλλο εἶδος ἐκείνη ἡ αἴσθησις ταύτης τῆς αἰσθήσεως, ὡς καὶ τὸ λογικὸν τοῦ ἀλόγου ἕτερον. Sed qui proprie sensus est, illum et maxime sensum esse putaveris, prudentiam vero translatione tantum. Itaque Cardwelliana lectio, quam nunc jam in textum receptam velim, ut diximus explicanda est.

CAP. IX. §. 1. (Cap. X.) διαλαβεῖν) λαβεῖν NC, H[a], K[b], L[b], M[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus.

§. 2. βουλή τις ἐστίν) ἐστίν om. Bekkerus.

§. 3. *ἡ ἀλήθεια*) *ἡ* om. Bekkerus. — *ἅμα δὲ καὶ διώρισται*) *ὥρισται* Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto Mb. — *ἤδη*) cf. supr. III, c. 2, §. 10-15. — *οὐ δοξά ἐστιν*) Paraphrastes: *πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰδῶν τῆς δόξης, οὐδὲν τούτων ἡ εὐβουλία ἐστίν.* Nec male Garvius vertit: *Wir haben aber alle Gegenstände, bei denen Meinung stattfindet, bestimmt und in Gattungen getheilt (unter welchen die Berathschlagung nicht mit vorkommt).* — *διανοίας ἄρα λείπεται*) Peccaverunt et Eustratius et Paraphrastes, qui, magna interpretum stipante caterva, intelligunt: *Bona consultatio cogitatione inferior est.* Nec verum vidit nisi Camerarius et Garvius, qui vertunt quasi sit: *λείπεται ἄρα τὴν εὐβουλίαν εἶναι τῆς διανοίας.* Et supplendum est post *εἶναι* e superioribus *ὀρθότητα.* Neque aliter accipi potest *ἄρα*, praecedente *οὐδ' ἄνευ λόγου.* Vocem *αὕτη* igitur ne referas ad *εὐβουλίαν*, sed ad *διάνοιαν*: *διάνοια* enim non est affirmatio (*φάσις*), ut volunt reliqui, et perfectum quiddam absolutumque, sed mentis quaedam discursatio ad verum consequendum. Similis ergo ei est bona consultatio, quippe quae et ipsa anquirens nondum quidquam statuerit. — *καὶ γὰρ ἡ δόξα*) Paraphrastes: *ἡ δὲ δόξα εὕρεσίς τινος συμπεράσματος καὶ περί τι ὡρισμένον ἐστίν. καὶ ἡ μὲν εὐβουλία ζητεῖν ἐστιν, ἡ δόξα δὲ εὑρηκέναι.*

§. 4. *μέγα εἰληφώς*) Quippe qui idoneis instrumentis improbum usus sit ad finem assequendum. Pro *μέγα εἰληφώς* legit *μέγα ὑπειληφώς* Ob, Ven; *μέσα ὑπειληφώς* CCC; *ὑπ' εἰληφώς* NC. — *ἀγαθόν τι*) *εἶναι* addunt Lb, Ob, Eustratius, Bekkerus. — *βουλεύεσθαι*) *βεβουλεῦσθαι* El, CCC, Par, Ha, Kb, Lb, Mb, Nb, Ald, Ven, Eustratius, Cardwellus, Bekkerus, sensu postulante.

§. 5. *δι' οὗ δέ*) *τούτου, δι' οὗ δέ* El, NC, Lb, Ob, Ald, Ven.

§. 6. *οὐδ' ἐκείνη*) Nempe quae, ceteris rectis, diutius tamen consultat; haec est tertia species malae consultationis, cum de duabus prioribus §. 4. et 5. locutae sint. Bonae igitur consultationis rectitudo locum habet in fine (*κατὰ τὸ ὠφέλιμον καὶ οὗ δεῖ*), a qua aberrat prima species malae consultationis

(§. 4); rectitudo debet esse in instrumentis (καὶ ὥς), quae deest in secunda specie malae consultationis (§. 5): rectitudo postulatur in tempore (ὅτε), quam negligit tertia species malae consultationis (§. 6).

§. 7. βουλεύεσθαι) βεβουλεῦσθαι Par, H', L^b, M^b, N^b, Bekkerus.

CAP. X. §. 1. (Cap. XI.) πάντες) Omnes enim aliquid sciunt aut opinantur. Et nihil refert, sive cum aliis πάντες absolute positum accipias, sive subaudias cum reliquis: οἱ ἐπιστήμονες ἢ οἱ δοξάζοντες. — οἷον ἢ) οἷον ἡ K^b (secundum Bekkerum), M^b; οἷον H', L^b, N^b, Bekkerus. — ὑγιεινῶν γὰρ ἂν ἦν) ἂν ἦν om. El; γὰρ ἂν ἦν om. H', K^b, N^b, Cardwellus et Bekkerus parenthesi sublata. — περὶ μεγέθη γάρ) περὶ μεγέθη K^b, O^b, Ven, Cardwellus; περὶ μεγέθους H', L^b, N^b, Bekkerus, omissa item parenthesi. — ὁτουοῦν) ὁτῳοῦν NC, Vrat, L^b, O^b, Ven. Hanc lectionem Argyropylus ante oculos habuisse videtur, qui vertit: *Neque de iis, quae a quovis fiunt.* Tum vero praetulerim Feliciani interpretationem τρόπῳ supplentis: *Neque de iis, quae quomodolibet fiunt.* Vulgatam sane Paraphrastes tuetur, sed male intelligit: οὐδὲ ἰδίως περὶ ἑνός τινος τῶν ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν. Multi interpretes in eam sententiam discesserunt. Lambinus enim ex. gr. vertit: *neque ullius earum rerum, quae oriuntur.* Strue quidem περὶ ὁτουοῦν τῶν γιγνομένων, sed sensus est: Non in quibuslibet rebus, quae aliter esse possunt, versatur perspicacitas, sed in quibusdam tantum, nempe in iis de quibus dubitari et consultari potest.

§. 2. καὶ γὰρ οἱ συνετοί) Supple e praecedentibus οἱ αὐτοί: aut, si malueris, καί, quod sequitur, non, ut modo, significat *quam*, sed *etiam*. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b, γὰρ οἱ omittunt; K^b καὶ γὰρ οἱ συνετοί omittit.

§. 3. ὅταν χρῆται) Intellige τις, ut saepius notavimus. — ἐν τῷ χρῆσθαι) sc. ἐστιν ἡ σύνεσις. — τὸ γὰρ εὖ τῷ καλῶς ταὐτό) Eustratius: τοῦτο προσέθηκε διὰ τὸ εἶναι τὸν αὐτὸν ξυνιέντα καὶ εὐξύνετον.

CAP. XI. §. 1. τοῦ ἐπιεικοῦς) Ad idem redit, sive

masculino sive neutro genere accipias: τοῦ ἀληθοῦς in fine §. tamen melius neutrius generis est, ita ut illic quoque neutrum praeferendum videatur. — ἔνια) Eustratius: τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ „περὶ ἕκαστα," „περὶ ἔνια" ἔχουσι καὶ ἔοικεν εἶναι ἡ δευτέρα αὕτη προςφυεστέρα γραφή.

§. 2. (Cap. XII.) αἱ ἕξεις αὗται) αὗται om. El, NC, Par, Ald, Ven, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices. Irrepsit forsitan, ut et alia, ex Eudemiis; sed quomodo abesse possit non video. Cum et νοῦν tangat Aristoteles, putaverunt quidem viri docti de omnibus quinque habitibus eum loqui voluisse, sed ἐπιστήμην, τέχνην et σοφίαν aperte excludit. — λέγομεν γάρ) Strue: γνώμην γὰρ καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν καὶ νοῦν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφέροντες, λέγομεν καὶ φρονίμους καὶ συνετοὺς γνώμην ἔχειν καὶ νοῦν ἤδη. — τῶν ἀγαθῶν) Et hic praestat eorum rationem sequi, qui neutrum genus esse putant: *Bona et aequa omnibus sunt communia bonis.* Aequitas enim est legis omnes virtutes praescribentis correctio, quatenus lex in singulo casu a bono aberravit.

§. 4. τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα) Ne accipias cum Eustratio et Paraphraste *ultima in utramque partem* eo sensu, ut sint *ultima natura*, i. e. singularia, et *ultima nobis*, i. e. universalia (vide supr. ad I, c. 4. §. 5). Sed potius, si ἐσχάτων *extrema* significat, extremorum in utramque partem alterum sunt primi termini (πρώτων ὅρων), i. e. principia, *universalia,* quae sane natura prius, nobis posterius sunt: alterum ultimi termini (τῶν ἐσχάτων), i. e. *singularia*, quae contra posterius natura, nobis prius sunt. — οὐ λόγος) Eustratius: νοῦν ὀνομάζων τὴν ἀμέσως γιγνώσκουσαν δύναμιν, λόγον δὲ τὴν διὰ μέσου καὶ συλλογιστικῶς, ἥ ἐστιν ἡ διάνοια. — ὁ μέν) Paraphrastes et Eustratius intelligunt νοῦν θεωρητικόν. Κατὰ τὰς ἀποδείξεις Felicianus ita explicat: Primos terminos percipit, ex eisque constituit demonstrationes. Ὁ δέ est νοῦς πρακτικός secundum Eustratium et Paraphrasten. Ad ἐν ταῖς πρακτικαῖς supplet Paraphrastes ἀποδείξεσιν, Eustratius ἕξεσι, Lambinus τέχναις: verte cum Argyropylo *in agendis rebus* (NC, Coraes ἐν τοῖς πρακτοῖς). Ἑτέρας προτάσεως est id demonstrationis principium, quam

propositionem minorem Logici vocant circa singula versantem, de qua Eustratius: *καὶ τὴν μερικὴν μᾶλλον ὁ πρακτικὸς σκοπεῖ ὡς προςεχῆ τῷ καθ' ἕκαστα. περὶ τῶν μερικῶν προτάσεων τοῦτο φησὶν ὡς δέον ταύτας εἰδέναι πρὸ τῶν καθόλου καὶ δι' αὐτῶν πρὸς ἐκείνας ἀνέρχεσθαι καὶ οὕτω διὰ τῶν καθόλου βεβαιοτέρας τὰς μερικὰς ἀπεργάζεσθαι.* Quae cum ipse fateatur Eustratius, ipso judice jam apparet, ct intellectui activo principia essc universalia, e quibus demonstratione cetera deducat. Nec omnino video, cur *ὁ μέν* tantum ad contemplativum, *ὁ δέ* ad activum intellectum referri debeat. Dici enim potest utrumque de utrovis, ut infra §. 6. de activo; atque etiam in contemplatione universalia e singularibus innotescunt. Sed hoc tamen loco de activo intellectu Aristoteles praecipue loquitur, quamquam *τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων* de intellectu contemplativo potius praedicari non negaverim. Nam in contemplativo universalia, in activo singularia potiora sunt principia. Opponuntur autem *κατὰ τὰς ἀποδείξεις* et *ἐν ταῖς πρακτικαῖς* eodem modo, quo mox *ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις* et *τῶν ἀποδείξεων.*

§. 5. *διὸ καὶ φυσικά*) Quia per sensum illum communem, natura nobis insitum, singularia percipimus principia moralia. Sapientiam autem natura gigni nemo contendet, puippe quae, cum pertineat ad eam ipsa demonstratio ex universalibus, disciplina indiget et doctrina.

§. 6. *ἀκολουθεῖν*) Intellige subjectum: *hos habitus.* — *ἥδε ἡ ἡλικία*) Quia natura dat aetatem grandiorem, quae duce experientia hos habitus acquirit, a natura proficiscuntur, cum sapientia, i. e. cognitio rerum divinarum, utpote quae doctrina gignatur, omnium sit aetatum. Sic Eustratius et Paraphrastes. — *ἀρχὴ καὶ τέλος*) Paraphrastes *ἀρχή* de intellectu contemplativo, *τέλος* de intellectu activo intelligi vult; sed recte vidit hic demum Eustratius, unumquidque ad utrumque referri posse. Sensus autem est: Res, in quibus intellectus activus versatur, sunt aut principia agendi, e quibus, quid bonum sit, demonstratur, aut illa ultima in actionem cadentia, circa quae demonstratio fit; ita ut eorum, qui experientia et aetate prudentes evaserint, opinionibus et pronuntiatis, quae demonstrar-

non possunt, non minus, quam demonstrationibus attendendum sit. Refer igitur περὶ τούτων et ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις ad τέλος, ad ἀρχή autem verba ἐκ τούτων et τῶν ἀποδείξεων.

§. 7. ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις) Par, Paraphrastes et Bekkerus nomina transposuerunt. — τυγχάνει ἑκατέρα) ἑκατέρα τυγχάνει Par, Bekkerus.

CAP. XII. §. 1. (Cap. XIII.) ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐστι) ἀγαθοῦ ἐστὶν ἀνδρός Par, Bekkerus. — οὐδὲν δὲ πρακτικώτεροι) Pendet adhuc e praecedenti εἴπερ, et est alterum membrum argumenti, quo explicatur interrogatio τίνος ἕνεκα δεῖ αὐτῆς. Signum interrogationis vel post αὐτῆς poni debuit, ut Argyropylus et Cardwellus exhibent, vel post αἱ ἀρεταί εἰσιν, quamquam et sic nonnulla excluduntur, quae dilucidum faciunt argumentum. Bekkerus igitur signum plane omisit, quippe cum interrogatio accentu vocis τίνος satis indicetur. — οὐδὲ τὰ ὑγιεινὰ οὐδὲ τὰ εὐεκτικά) Post οὐδέ subaudi πρακτικώτεροί ἐσμεν τῷ εἰδέναι. Sicut prudentia, si esset cognitio boni, non instrumentorum, quae ad bonum ducunt (cf. infr. §. 6), nullius utilitatis esset ad agendum, quippe cum, ut agi posset, bonum ex habitu jam possideri deberet: ita qui cognoscit sana, i. e. operationes, quae ex habitu sanitatis prodeunt (τῷ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι), non salubria, quae efficiunt sanitatem (τῷ ποιεῖν), hac cognitione non aptior fiet ad perficiendas sani viri operationes. Oritur igitur prima dubitatio ex eo, quod quis putat prudentiam esse cognitionem boni simpliciter: tollitur autem ex iis, quae §. 6. proponuntur. Ceterum ut ὑγιεινά ad ἰατρικήν, ita εὐεκτικά ad γυμναστικήν referas.

§. 2. εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν) Eustratius: εἰ δέ τις φησὶν οὐχ ἵνα οἱ ὄντες σπουδαῖοι τὰ δίκαια καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ πράττωσι, δεῖ τῆς φρονήσεως, ἀλλ᾽ ἵνα γίνωνται σπουδαῖοι οἱ μὴ τοιοῦτοι ὄντες κ. τ. λ. — τοῦ γενέσθαι) τοῦ γίνεσθαι Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto M^b. — μὴ ἔχουσιν) Eustratius non male supplet τὴν ἀρετήν, nisi malueris verbum intransitive accipere. Coraes: „Ὁ Ἀργυρόπυλος ἔοικεν

ἀνεγνωκέναι (οὐ κακῶς) οὐδὲ τοῖς μὴ οὖσιν, *at nec etiam iis qui studiosi non sunt.*"

§. 3. κυριωτέρα) Cf. supra I, c. 2, §. 6, ubi ipsis de scientiis politicam statuere contenderat. Haec tertia dubitatio expellitur demum in fine capitis sequentis (§. 8). Trium autem dubitationum solutiones in Conspectu nostro, quem videas, tribus litteris propositis αα, ββ, γγ continentur.

§. 4. λέγομεν) λέγωμεν El, K^b, Cardwellus; male. Verte: *Primo respondemus* his dubitationibus.

§. 6. κατά τε) τε om. Bekkerus. — τετάρτου) Quatuor partes animae sunt: τὸ ἐπιστημονικὸν, τὸ λογιστικὸν ἢ τὸ δοξαστικὸν, τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ ὀρεκτικὸν, τὸ φυτικὸν ἢ τὸ θρεπτικόν. Sapientia pertinet ad primam partem, secundae partis virtus est prudentia, tertia continentur virtutes morales. Etiam quartae sua est virtus, a Stoicis φυσικὴ ἀρετή nominata, ex. gr. sanitas; sed non est talis (τοιαύτη), scilicet ex qua libera actio proveniat.

§. 7. περὶ δέ) Incipit secundae dubitationis (§. 2) solutio, tres divisa in partes, quae litteris a, b, c Conspectus nostri designantur. — ὥσπερ γὰρ καί) Cf. supra V, c. 6. §. 1-2, et c. 8.

§. 9. πανουργία) In Eudemiis II, 3. φρόνησις est virtus medium tenens inter vitia extrema πανουργίας et εὐηθείας. — καὶ πανούργους) Vulgatam καὶ οὐ πανούργους, quam tuentur duo tantum codices, Vrat et CCC (Zellius saltem dicit οὐ deesse in Par, Wilkinsonus in El et NC), et Eud, invexit aut jam Eudemus aut certe Victorius, qui non videns, δεινούς tanquam attributum referendum esse et ad φρονίμους et ad πανούργους (quippe cum δεινός vocabulum sit medium, quod in utramque partem dicitur), insulsissimam sententiam Aristoteli attribuit. Prudentes enim, utpote bonos, non esse improbitatis perfectae (πανούργους), dicere non opus est. Verba igitur nostrae lectionis ita ordinanda sunt: διὸ καί φαμεν τοὺς φρονίμους καὶ πανούργους εἶναι δεινούς. Articulum autem Noster ante πανούργους vel ideo omisit, quod jam φρονίμους habet articulum; vel innuere voluit, non omnes πανούργους dici δεινούς: id, quod minus placet. Neque vero Eustratii (quem sequitur Argyropylus) interpreta-

tionem comprobo, qui negatione etiam omissa δεινοὺς καὶ πανούργους tanquam attributa ad τοὺς φρονίμους refert, quasi φρόνησις sensu improprio etiam de calliditate et versutia ad malum finem assequendum dicatur. Nobiscum faciunt Giphanius, Lambinus aliique. Omittunt quoque οὐ Ven, Paraphrastes, quibus jam nunc Bekkerus cum suis codicibus adstipulatur.

§. 10. ἡ δύναμις) ἡ δεινότης H^a, M^b, N^b, Bekkerus; sed non vidit vir doctus, esse glossema e Paraphraste sumtum, qui utrumque vocabulum expressit. Sic et Scholiastes Paris. apud Zellium ad δύναμις adscribit δεινότης. — ἡ δ' ἕξις) Eustratius: ἡ ἕξις ἡ ἐπιγινομένη τῇ δεινότητι, ἥ ἐστιν ἡ φρόνησις, γίνεται τῷ ὄμματι τούτῳ τῆς ψυχῆς. ποίῳ τούτῳ; ἤγουν τῷ εἰρημένῳ, ὅ ἐστιν ὁ πρακτικὸς νοῦς. — εἴρηται) Cf. supr. c. 11, §. 6. — ἔχοντές εἰσιν) Plerique pro ἔχουσιν. Paraphrastes: οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν, οὓς δηλονότι συλλογιζόμενοι πράττομεν, ἀρχὰς ἔχουσι τὰ τέλη τῶν πράξεων. Verte igitur: *Rerum agendarum ratiocinationes habent ejusmodi principium;* vel: *Syllogismi habentes principium rerum agendarum sunt ejusmodi;* sequiturque ex. gr. (λόγου χάριν) propositio minor syllogismi: ἐπειδὴ τοιόνδε κ. τ. λ. Haec in exemplum subjuncta esse vidit jam Garvius, Eustratii auctoritatem secutus. Syllogismos autem prudentiae sine virtute confici non posse, ita ostendit Philosophus, ut dicat, principia syllogismorum, hunc illumve bonum finem proponentia, bono tantum viro apparere. Lambinus perperam εἰσί de vera existentia accipiens cum sequentibus conjungit: *Eo sunt eoque valent, quod finis talis est.* Cum in rebus agendis propositio minor praecipui sit momenti, possis etiam, quamvis paulo contortius, vertere: *Syllogismi rerum agendarum sic incipiunt.*

CAP. XIII. Cum ultima hujus capitis §. tertiam earum dubitationum tollat, quae initio capitis duodecimi motae sint (§. 1-3), et §. 1-7. nostri capitis continuatio eorum videri possint, quae in fine capitis duodecimi (§. 7-10) disputata sunt ad secundam dubitationem eximendam: nonnulli hoc nostrum caput cum praecedenti rectius forsitan conjunxerunt.

§. 1. *ἀγαθὸν εἶναι*) *εἶναι* Bekkerus cum Eustratio sine nota critica omisit; etenim potest ex *ὑπάρχειν*, quod sequitur, suppleri: vel *ἀγαθόν* neutro genere accipias, quod tamen minus placet. — *ἄλλον τρόπον*) Eustratius: *τουτέστιν ἐξ ἀνάγκης καὶ μελέτης καὶ μετὰ νοῦ ἐπιστατοῦντος καὶ προστατεύοντος.*

§. 2. *οὕτως ἐπὶ τοῦ*) Post *οὕτως* addunt *καί* El, Par, Cardwellus et Bekkerus ex suis codicibus; Bekkerus exhibet *οὕτω* sine varietate codicum, legitque *οὕτω καί* et Coraes.

§. 3. *διόπερ φασί*) *διόπερ τινές φασί* Par, Coraes, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices: *διόπερ φασί τινας* El. Opponitur *τινές τῷ πάντες* §. 4.

§. 5. *ἀλλὰ καί*) *καί* om. El, NC, Bekkerus, Ven. — *μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου*) Hoc ab *κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον* eo differt, quod non solum *λόγος* inest virtuti (scilicet morali), sed etiam affectus et appetitus. Vituperaturque Socrates (Magn. Mor. I, 1), quod *πάθος* et *ἦθος* e virtutibus sustulerit; cf. Hegelium: *Gesch. d. Phil.*, T. II, p. 67-69. Itaque definitio Socratis non in omnibus, sed in cogitationis tantum virtutibus locum habet, quae jure dicuntur *ἕξεις κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.*

§. 6. *τοίνυν*) *οὖν* El, Bekkerus. — *μιᾷ οὔσῃ*) Sic Stoici quoque omnes virtutes unam esse putaverunt, quippe qui, ut Socrates, rationalem tantum in virtute partem reliquerint; cf. Diog. Laërt. VII, §. 125: *τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν.*

LIBER VII.

CAP. I. §. 1. (Cap. 1.) *μετὰ δὲ ταῦτα — ἀρχήν*) Haec sexto libro dat K^b secundum Bekkerum, quasi hoc additamentum secundae manus huc illucve apponi potuerit, et liber singularis de continentia (v. infr. ad c. 6, §. 6) primitus ita inceperit: *τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν κ. τ. λ.* — *ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν*) Quamquam ipse Aristoteles non clare hoc loco pronuntiavit, quomodo libri quatuor reliqui cum superioribus

cohaereant, tamen aliis e locis (cf. infr. VIII, c. 1, §. 1; IX, c. 9, §. 2; X, c. 1, §. 1) apparet, haec addenda esse disputationi de virtutibus, ut beatitudinis etiam altera pars, nempe instrumenta virtutis, bona externa et corporis declarentur: Continentia (libro VII), quae ad animae partem ratione praeditam; amicitia (libris VIII et IX), quae ad appetitum socialem; voluptas (libro X), quae ad appetitum sui conservandi pertinet (cf. supr. ad I, c. 5. init.). Quibus omnibus tractatis redit auctor, ut diximus supra (ad I, c. 6, §. 16), ad materiam primi libri, nempe beatitudinem, cujus adumbrationem jam nunc accuratius depictam in epilogo operis recapitulat ad politicam transiturus. Muretus hunc librum cum superiore ita conjungit, ut dicat: „Didicimus principio libri sexti" (nempe c. 2, §. 2), „duo requiri ad virtutis moralis perfectionem: unum, ut ὁ νοῦς ὁ πρακτικός vere judicaret de expetendo aut fugiendo; alterum, ut ea pars animi, in qua inest appetitio, consentiret cum illo vero bonoque judicio, et quod mens pronuntiasset fugiendum esse, id prorsus aversaretur, quod expetendum, id sine ulla cunctatione sequeretur. Sed evenit plerumque, ut mens et appetitio dissideant, cumque mens vere de honesto ac turpi judicet, ei honestum anteponenti appetitio, tanquam calcitrosus et contumax equus bene ducenti insessori, repugnet. Tunc igitur aut in illo conflictu vincit ratio, et appetitionem quamvis invitam ac renitentem sibi parere cogit; atque hanc affectionem animi *continentiam* vocamus. Aut immoderatae illae et effrenatae cupiditates ruunt secumque hominem auferunt et neglecto rationis imperio exultant: atque hanc *incontinentiam*, aut *impotentiam* nominamus." Hactenus Muretus, et quidem recte; nec pugnat cum iis, quae diximus. Nec male Giphanius notavit, Aristotelem, perfectis virtutibus expositis, jam nunc de inchoatis explicare ad explendam totam virtutum tractationem; instrumenta enim et media fines sunt inchoati. Item Aspasius: *οὐκ ἐδίδαξε δὲ περὶ ἐγκρατείας, ἔνθα ἐδίδαξε περὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν, ἢ καὶ τῆς ἡρωϊκῆς καὶ θείας ἀρετῆς. ἀλλ' ἰδίως διδάσκει περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ τῆς ἡρωϊκῆς καὶ θείας ἀρετῆς, καὶ διεχώρισε ταύτας τῶν ἄλλων ἀρετῶν, εἰκότως. ἐπεὶ γὰρ ἡ ἐγκράτεια*

οὐκ ἔστι κυρίως ἀρετὴ, ἀλλ' ἐγγίζει τῇ ἀρετῇ. Commodam etiam rationem affert Muretus, cur tertius hujus libri tractatus (vide Conspectum nostrum) de voluptate et dolore illi disputationi subjungatur, scilicet: „quoniam continentia et incontinentia, quaeque eis vicina sunt, tolerantia et animi mollitudo, in voluptate praecipue molestiaque cernuntur." — Ὅμηρος) Cf. Iliad. XXIV, v. 258-259.

§. 2. οὐδὲ θηρίου) Paraphrastes: διὰ τὸ μὴ μετὰ λόγου ποιεῖν ἢ παρὰ τὸν λόγον. — οὐδὲ θεοῦ) Dii non activas virtutes, sed solam contemplativam possident; cf. infr. X, c. 8, §. 7-8. Dicitque Paraphrastes, heroicam virtutem non esse κυρίως ἀρετήν, quippe cum non, ut humana virtus, consuetudine et doctrina acquiratur. Cujus rei Aristoteli hic in mentem venire, mirum non est. Nam cum virtus heroica sit insita a natura, differentia ἀρετῆς κυρίας et ἀρετῆς φυσικῆς, quam capite ultimo libri praecedentis proposuerat, eum ad hanc notionem virtutis heroicae deferre potuit, quae hic et ideo suo loco tractatur, quod non proprie virtus, tamen ut instrumentum a natura datum ad efficiendam beatitudinem imprimis facit. — ἕτερόν τι γένος κακίας) Zellius: „Genitivus κακίας regitur ab ἕτερον." Feritas autem a vitio diversa est, quia a natura proficiscitur, non, ut vitium et virtus humana, a consuetudine.

§. 3. Σεῖος) Coraes: Καὶ γὰρ οἱ Λάκωνες Σιὸν τὸν θεὸν ἔλεγον, καὶ Σιοκόρους τοὺς θεοκόρους, ὥς φησιν Ἡσύχιος.

§. 4. ὕστερον) Cf. infra c. 5, et c. 6, §. 6-7. — μαλακίας καὶ τρυφῆς) Haec duo nomina cum unum habitum significent (cf. infr. c. 7, §. 5), quatuor tantum habitus auctor profert, quorum in sequentibus (c. 3-10) definitiones et differentiae accuratissime exponuntur.

§. 5. μάλιστα μὲν οὖν) Repete e praecedentibus δεικνύναι. Bekkerus secundum El, CCC, Par, Ven et suos, ut videtur, codices οὖν omittens, mutata interpunctione, μάλιστα μέν cum praecedentibus conjunxit.

(Cap. II.) §. 6. Paraphrastes sex opiniones ita numerat: §. 6. linea 4. πρῶτον, l. 6. δεύτερον, l. 8. τρίτον, l. 9. τέταρτον; §. 7. l. 1. πέμπτον, l. 4. ἕκτον. Acciajolus, qui et ipse sex citat

opiniones, primam tamen putat jam initio §. 6. ponendam, et tertiam et quartam Paraphrastae in unam conjungit; quam rationem in Conspectu secuti sumus. — πάντα) πάντως CCC, Vrat, corr. L[b]: πάντες NC, M[b]. Alii πάντα accusativum singularem, alii neutrum plurale, pro κατὰ πάντα intellexerunt. Praefert jure prius Coraes. Aspasius: πάντα δὲ τὸν τοιοῦτον ἤτοι τὸν ἐγκρατῆ οἱ μὲν δοξάζουσιν εἶναι σώφρονα. Paraphrastes: τέταρτον, ὅτι καὶ πᾶς ἐγκρατὴς σώφρων· ἔνιοι δὲ ὁμοίως καὶ τὸν ἀκρατῆ πάντα ἀκόλαστον κ. τ. λ.

§. 7. καὶ θυμοῦ) Sunt species improprie incontinentium, cum proprie incontinentem eum appellare consueverimus, qui a cupiditate superetur.

CAP. II. (Cap. III.) §. 2. ὅτι γὰρ οὐκ οἴεταί γε ὁ ἀκρατευόμενος) NC et Ven exhibent: ὅτι μὲν γὰρ οὐκ οἴεταί γε δεῖν πράττειν ἃ πράττει ὁ ἀκρατευόμενος. Sic Coraes. Interpretatio in textum irrepsit. Aliter, eodem tamen sensu Aspasius: οὐκ οἴεται ἤτοι οὐ δοξάζει κακὸν εἶναι τὴν αἰσχρὰν ἡδονήν, quae verba intelligit: *Non opinatur, sed pro comperto habet* (δῆλον ὅτι οὐκ ἄγνοιαν ἔχων ἀκρατεύεται), *turpem voluptatem esse malum;* alioquin enim ἀγαθόν scribere debuit. Sed praestat fortassis, οὐκ οἴεται absolute accipere: *Non opinione distrahitur;* et si quis ignorationem sibi adesse contenderet, haec tum tantum concedenda esset, cum intellectum perturbatio jam offuscasset.

§. 3. εἰσὶ δέ) δή pro δέ K[b] (secundum Bekkerum) et O[b]. Male; est enim §. haec non consequentia superioris, sed εἰσὶ δέ τινας opponitur verbis §. 1, Σωκράτης μέν, et §. 2, οὗτος μέν.

§. 4. ἐν ταύταις μένειν) μένειν ἐν ταύταις Par, Bekkerus; ἐμμένειν ἐν ταύταις Ven.

§. 5. φρονήσεως ἄρα) Nam et ipsa non est scientia, sed ad eam animae partem pertinet, quam supra (VI, c. 5, §. 8) auctor τὸ δοξαστικόν appellaverat. Reliquum autem est, ut, prudentia repugnante, incontinens a voluptatibus superetur, quippe cum sit fortissima; nam si debilis opinio fortibus cupiditatibus obsisteret, non esset pugna neque adeo incontinentia. Supple autem ad ἀντιτεινούσης cum Zellio: ὁ ἀκρατὴς κρατεῖται ὑπὸ τῶν

ἡδονῶν. — ἂν οὐδείς) οὐδ' ἂν εἷς H^a, K^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus. — πρότερον) Cf. supra VI, c. 5, §. 3-6; c. 7, §. 7-8. — τῶν ἐσχάτων γάρ) Cf. supra VI, c. 8, §. 8-9. — τὰς ἄλλας ἔχων ἀρετάς) Cf. supra VI, c. 13, §. 6. Haec omnes prudentis proprietates cum in incontinentem non conveniant, prudentia in eo cupiditatibus resistere non potest.

§. 6. ἀλλὰ μὴν δεῖ γε) sc. continentem vehementibus et malis cupiditatibus incendi, siquidem iis vincendis bonus est.

§. 7. Νεοπτόλεμος) Ita apud Sophoclem (Philoct. v. 908 bis 909) loquitur:

ὦ Ζεῦ, τί δράσω; δεύτερον ληφθῶ κακός,
κρύπτων τ' ἃ μὴ δεῖ, καὶ λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν;

§. 8. ψευδόμενος) Quomodo tota haec §. cum reliquis cohaereat, Aspasio duce in Conspectu nostro, quem vide, exposuimus. Paraphrastes et Garvius explicationem desperantes, hunc locum omiserunt. Difficultatem praebet sola vox ψευδόμενος, quam cum Zellio non adjective et universe positam putare possum, cum λόγος habeat jam adjectivum σοφιστικός, quod *captiosus* significat. Sed, ut jam Coraes vidit, est notus Eubulidis Megarici ἔλεγχος vel παραλογισμός (cf. Hegel. *Gesch. d. Philos.*, T. II, p, 116-118), certa specie fallacis captionis, exempli causa, pro toto genere posita; nisi malueris hanc vocem pro glossemate habere, et cum Corae asteriscis includere.

§. 10. ὁ τῷ πεπεῖσθαι) Paraphrastes recte: ὁ γὰρ τῷ ἠπατῆσθαι τὰ φαῦλα διώκων, ὅτι νομίζει ἀγαθὰ εἶναι. — δόξειεν εἶναι) εἶναι omittunt El, NC, Bekkerus sine varietate lectionis. — τῇ παροιμίᾳ) Proverbium, quod idem significat atque: *Ligna in silvam ferre* (apud nos: *Dem Tage leuchten*), ideo cadit in incontinentem, quod inutile est, ei rectam persuasionem afferre, quippe quae ei jam adsit. — μὴ ἐπέπειστο) Bene dilucidat Aspasius: εἰ γὰρ ὁ ἀκρατὴς μὴ ἐπέπειστο ἤτοι οὐκ ἐγίγνωσκεν, ὅτι ἃ πράττει ἤτοι ὅτι τὸ πορνεύειν κακόν ἐστιν. Et vertendum cum Argyropylo: *si non persuasum esset ipsi, ea non agenda esse quae agit* etc. Itaque ἐπέπειστο et mox πεπεισμένος his locis non, ut supra πεπεῖσθαι, de falsa, sed de recta persuasione intelligenda sunt. Qui vocis sensum mutare noluerunt, cum

Lambino, Garvio, Corae, Cardwello, ut K[b], M[b], codices Morellii, μή omittentes verterunt: *si enim persuasum ei esset, ut ea, quae agit, ageret;* et cum Lambino, ut codices Morellii, οὐ, aut cum Corae, ut NC (qui cum L[b] etiam νυνί pro νῦν) μή ante πεπεισμένος (Par καί pro μή) addiderunt. Cardwellus et Garvius sibi non constant, qui negationem etiam ante πεπεισμένος omittentes, hic tamen alterum sensum admittunt, quem ἐπέπειστο sine μή legentes respuerunt. Garvius vertit πεπεισμένος: *da er selbst überzeugt war, dass er Unrecht that,* cum antea εἰ ἐπέπειστο vertisset: *wenn er nämlich geglaubt hätte, dass er recht handelte,* et superius τῷ πεπεῖσθαι: *weil er wirklich der Meinung ist, dass er recht handele.* Ne loquar de consensu codicum, qui vulgatam ut servemus nos cogit, potest excusari mutata vocis πείθεσθαι significatio; nam cum proverbium de bonis inutiliter alicui contingentibus pronuntiet, jam persuasionem bono sensu accipere haud ab re fuit. Et interpretatur in hanc partem Aspasius proverbium, etiamsi paululum abit a nostra explicatione: λέγεται αὕτη ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν βλαπτομένων, ὑφ' ὧν οἴονται ὠφεληθῆναι· εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν δυναμένων ὠφελεῖν ἤτοι εἰ ἀπὸ τῶν ὠφελίμων πραγμάτων βλάπτονται, τί ἂν οὗτοι πάθωσιν ὑπὸ μὴ δυναμένων ὠφελεῖν πραγμάτων ἀλλὰ βλάπτειν; — ἄλλα) Lambinus, Argyropylus aliique τοιαῦτα pro ἄλλα legunt, quod faciliorem sane praebet interpretationem. Sed supple ἢ ἐπέπειστο. Nam vocem ἄλλα tum demum explicabis, si πεπεισμένος de persuasione recti intellexeris: *cognoscens bona, nihilominus tamen alia agit;* vel potius: *persuasus, quae egerit, mala esse, nihilominus contra persuasionem suam agit.* Sic Aspasius quoque intellexisse videtur: νῦν δὲ καὶ πεπεισμένος ἤτοι γιγνώσκων κακὸν εἶναι τὸ πορνεύειν, οὐδὲν ἧττον πράττει ἕτερον, ἀλλ' αὐτό.' Pro οὐδὲν ἧττον ἕτερον, quod sensu caret, Felicianus οὐχ ἕτερον i. Aspasii commentario legisse videtur: *Nunc autem persuasus, i. e. cognoscens, scortari esse malum, non aliud tamen agit, sed ipsum illud, quod malum esse cognoscit.*

§. 12. (Cap. IV.) Melius forsitan haec §. sequenti adjiciatur capiti.

CAP. III. §. 1. Tres Aristoteles proponit quaestiones,

nempe: 1) primam dubitationem, utrum scienter peccent incontinentes necne, et quomodo scienter; 2) sextam dubitationem, quibus in rebus incontinens versetur, i. e. utrum in omni voluptate et dolore, an in certis voluptatibus et doloribus; 3) utrum continens et constans idem sint, an differant. Sed haec tertia quaestio non postulat novam solutionem novae dubitationis, sed ad solutionem sextae dubitationis pertinet (cf. infr. c. 4, §. 1), cum continens et constans (infr. c. 7, §. 1) ita distinguantur, ut hic in doloribus, ille in voluptatibus versari dicatur. Prima autem solutio tertium caput, secunda quatuor sequentia capita (c. 4-7) complectitur; et reliquarum dubitationum solutiones (*ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων κ. τ. λ.*) reliquis capitibus secundi tractatus hujus libri (c. 8-10) continentur, excepta tamen primae opinionis dubitatione, quam hic plane non seorsum auctor tractat, quum eam jam in dubitationibus proponendis (c. 2) cum reliquis opinionibus saepe conjunxerit, ita ut hac ex parte Paraphrastes a vero non aberrasse videri possit, qui hanc opinionem separatam non agnoverit (vide supr. ad c. 1, §. 6-7). Illas vero duas priores solutiones haec §. solas nominatim profert, quia §. sequens rationem reddit, cur ab his potissimum quaestionibus initium faciendum sit.

§. 2. *ἢ οὔ, ἀλλὰ τῷ ὥς*) om. Ven; El in margine tantum agnoscit. — *περὶ ἅπαντ'*) *περὶ πάντ'* Bekkerus tacite. Zellius: „Bergiana secunda *πάντ'* pro *ἅπαντ'*, nescio unde.“ — *ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀμφοῖν*) *ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν* Bekkerus e suis codicibus. Paraphrastes: *ἢ κατ' ἀμφότερα.* L^b et O^b quidem *ἢ οὔ, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν* omiserunt, sed mox post *ἡ ἐγκράτεια ἢ οὔ* addunt *ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν*, manifesta negligentia. — *περὶ ἅπαντα*) Bekkerus ex H^a, L^b, N^b, O^b *περὶ πάντ'*: K^b, M^b *περὶ ἅπαντ'*.

(Cap. V.) §. 4. *Ἡράκλειτος*) Aristotelis sententiam discipulus (Magn. Moral. II, 6) praelectionem nimirum memoriter tenens ita aperit, ut Heraclitus stabilem habeat opinionem de quibus opinabatur. Sic etiam Aspasius et Paraphrastes, in exemplum afferentes eam ejus opinionem, qua mutationem e

medio tollebat, quasi ipse Heraclitus hanc falsam opinionem pro stabili ac vera habuerit. Immo vero Heraclitus aeternum motum statuens, in eo tamen unum et idem tantum, ignem scilicet sive rationem, existere asseveravit. Qua in opinione aeque imperturbabilis erat, quam ii quos vituperabat, quod tam varia scire de se praedicarent.

§. 5. ἔχων μέν) ὁ ἔχων μέν El, NC, Vrat, Eud, Paraphrastes, Aspasius, Coraes, Bekkerus tacite (Cardwellus dissentit de K^b). — τὸ ἔχοντα μὲν, μὴ θεωροῦντα δέ) Hunc esse incontinentem, sequentia docent et praesertim §. 7. et 13. Prius πράττειν om. El, Bekkerus sine nota critica: posterius CCC, Ven, Coraes. Loco prioris πράττειν K^b, L^b, O^b legunt καὶ τὸ θεωροῦντα: L^b pro τοῦ ἔχοντα καὶ θεωροῦντα habet τοῦ ἔχοντος καὶ θεωροῦντος: sic et NC, nisi quod haec verba ante ἃ μὴ δεῖ πράττειν ponit.

§. 6. καθ' ἕκαστα) τὰ καθ' ἕκαστα Par, Ven, Coraes, Bekkerus. Et explicat quidem Aspasius: τὰ γὰρ καθ' ἕκαστα πρακτά εἰσιν. Sed Corai potius assentior: ἴσως δ' ἦν ἄμεινον ἐν ἀρχῇ τὸ ἄρθρον τιθέναι· τὰ πρακτὰ γὰρ καθ' ἕκαστα. Nempe: *quae aguntur, in singularibus versantur.* — διαφέρει δὲ καὶ τὰ καθόλου) Aspasius: εἰ οὖν ἐφ' ἑαυτοῦ μέν ἐστι τὸ καθόλου, τότε ἐξ ἀνάγκης γινώσκει καὶ τὴν μερικήν· ἑαυτὸν γὰρ πάντως οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Paraphrastes addit: ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος. Etenim verba Aristotelis καὶ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος sunt propositio minor. Pergit Aspasius: ὅταν δὲ ἐπὶ τοῦ πράγματος ᾖ τὸ καθόλου, οἷον ὅτι πᾶν ξηρὸν τοιόνδε ἤτοι ὠφέλιμον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης μέλλει γινώσκειν τὸ μερικόν. Paraphrastes addit: τὴν τοιαύτην οὖν μερικὴν ὁ ἀκρατὴς ἢ οὐκ ἔχει, ἢ ἔχων οὐ χρῆται. Alteram igitur universalis speciem exemplo Aristoteles illustrat dicens ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε, quod Garvius male pro enuntiatione particulari accepit, cum haec sequentibus demum contineatur εἰ τόδε τοιόνδε: ita ut posterius τοιόνδε significet ξηρόν, prius συμφέρον. Cum haec majorum propositionum differentia ad minores spectet potissimum, non male Paraphrastes aperte dixit: αἱ μερικαὶ δὲ διαφέρουσιν. Ad quam differentiam illuminandam idem recte duos syllogismos affert, alterum πᾶσιν ἀνθρώποις βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος, οὗτος δὲ ἄνθρωπος,

αὐτῷ ἄρα βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος: alterum πᾶς ἐλλέβορος βλαβερόν, τόδε ἐλλέβορος, τόδε ἄρα βλαβερόν. — κατά γε δὴ τούτους διοίσει) Bekkerus τε pro γε, Corae praeeunte: ἄμεινον ἴσως. Legunt ita et Victorius, nec non Ven. Verte: *Scire secundum hos duos propositionum modos maximam habet differentiam.* — οὕτω μὲν εἶναι) Aspasius: ἤτοι παρασφάλλειν καὶ πταίειν, εἰ τὸ καθόλου γινώσκει, τὸ δὲ μερικὸν ἀγνοεῖ. — ἄλλως δέ) Idem: ἤτοι εἰ γινώσκων τις καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ μερικόν, παρασφάλλει.

§. 9. αἰτίαν) Paraphrastes addit: δι' ἣν γινώσκοντες οἱ ἀκρατεῖς τὸ ἀγαθὸν οὐχ αἱροῦνται. — ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς) Subaudi cum Aspasio et Paraphraste δόξαις, vel προτάσεσιν: ut supra (VI, c. 11, §. 4) ἀποδείξεσιν.

§. 10. ὅταν οὖν) Hujus protaseos apodosis orditur ab ἡ μὲν λέγει. — ἐναντίας) Paraphrastes: ἔστι δὲ ἐναντία ἡ δόξα τῷ ὀρθῷ λόγῳ οὐ δι' ἑαυτήν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν.

§. 12. παρὰ τῶν φυσιολόγων) Aspasius: ὥςπερ οὖν, εἴ τις ἐστὶν γραμματικός, εἶτα μεθύσοι, ἀνέρχονται ἀναθυμιάσεις καὶ τὸν νοῦν σκοτίζουσι, καὶ μέχρις οὗ ἐπικρατεῖ ἡ ἀναθυμίασις, οὐ δύναται ὡς γραμματικὸς ἐνεργῆσαι· μετὰ δὲ τὸ λυθῆναι τὴν ἀναθυμίασιν τότε καὶ ἐνεργεῖ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς.

§. 13. ἦν τῷ) Ven, Bekkerus ἦν τό ex Ha, Kb, Nb, faciliore sane structura: ἐν τῷ Mb, Argyropylus, quam veram scripturam puto. Utramque lectionem ante oculos habuit Aspasius, eum dicat: ἢ οὕτως ἔχει αὐτὴν, ὥςτε οὐκ ἦν ἐπίστασθαι, ἤτοι ὥςτε μὴ ἐπίστασθαι αὐτὴν, καὶ γινώσκειν, καὶ ἐν τῷ ἔχειν. Graecitati sane accommodatissimam lectionem introduxit Coraes: ὡς οὐκ εἶναι τὸ ἔχειν ἐπίστασθαι, sed unde hauserit nescio. Potuit sane *In* (ἦν) facile in *Ine* (εἶναι) mutari. Addit Coraes: ὁ δ' οὖν νοῦς· Ταύτην τὴν τοῦ αἰσθητοῦ δόξαν ὁ ἐν τῷ πάθει ὢν ἢ οὐκ ἔχει ὅλως, ἢ οὕτως ἔχει, ὡς ἔχουσιν οἱ δοξάζοντες καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι. — καὶ διὰ τὸ μή) Hoc loco incipit protasis enuntiationis, cujus apodosis orditur ab καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει, ita ut pro puncto ante καὶ ἔοικεν comma ponendum sit. Καί saepius initio apodosis positum editores plerumque offendit et turbavit. — εἶναι δοκούσης ἐπιστήμης) ἐπιστήμης εἶναι δοκούσης

El, Bekkerus tacite. — *οὐδὲ αὐτή*) *οὐδὲ αὕτη* Par, H[a], K[b], M[b], N[b], Cardwellus et Bekkerus.

CAP. IV. §. 1. (Cap. VI.) *καρτερικοί*) Secundam et tertiam quaestionem conjunctim Aristoteles tangit, posteriorem capite 7. tractaturus. — *ἀκρατεῖς*) *οἱ* add. El, Paraphrastes, Bekkerus, Corae praeeunte.

§. 2. Cum plerique apodosin post clausam parenthesin demum constituant, Bekkerus fere solus, Aristotelicum negligens morem, parenthesi omissa longam hanc enuntiationem in plures breviores dissecuit, et primae enuntiationis apodosin *ἀναγκαῖα μὲν τὰ σωματικά* esse vult. — *πρὸς ταῦτα*) Refer ad alterum partitionis membrum *τὰ δ' ἀναγκαῖα μὲν οὔ, αἱρετὰ δὲ καθ' αὑτά*, in quibus incontinens ex parte versatur, cum simpliciter incontinens, sicut intemperans, ad alterum partitionis membrum pertineat. — *ἐν αὐτοῖς*) *ἐν αὑτοῖς* Bekkerus sine nota critica: *ἐν αὐτοῖς* Par: *ἐν ἑαυτοῖς* Ven. — *ὥςπερ ἄνθρωπος*) Paraphrastes: *καθάπερ διαφέρει ὁ ἄνθρωπος ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκὼς τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου. καὶ γὰρ εἰ καὶ μικρόν ἐστι τὸ διάφορον αὐτῶν, ἀλλ' ὅμως διαφέρει καὶ ἕτερός ἐστι διὰ τὴν προςθήκην.* Item Garvius, Acciajolus, Camerarius. Alteram explicationem Aspasius profert: *ἦν τις νικήσας εἰς τὰ Ὀλύμπια καὶ ἤκουεν Ἄνθρωπος, ὥςπερ ὁ δεῖνα ἀκούει Σωκράτης ἢ Πλάτων. ἐκείνου γὰρ ὁ κοινὸς λόγος ἤτοι ὁ καθόλου ἄνθρωπος, ἤτοι τὸ ζῷον λογικὸν θνητόν, μικρὸν διέφερε τοῦ ἰδίου ὀνόματος· ἄνθρωπος γὰρ καὶ οὗτος ἤκουε, μικρὰ γάρ τις προςθήκη ποιεῖ τὴν διαφοράν. οἱ μέλλοντες γὰρ δηλῶσαι αὐτὸν καὶ διαχωρίσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καθόλου προςετίθουν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς· οὗτος γὰρ αἰσθητός, ὁ δὲ καθόλου ἄνθρωπος νοητός.* Sic, ut vidit jam Zellius, expediunt e veteribus Michaël Ephesius in prooemio nostrorum Ethicorum quinti libri de justitia, dicens, justitiam illam universalem a particulari ita distingui, ut Olympionicen illum, cui nomen erat *Ἄνθρωπος*, ab homine universali: item Alexander Aphrodisiensis ad Topic. libr. I, et Eustathius ad Iliad. λ: e recentioribus Victorius, Giphanius, Lambinus. Si res aliunde constaret, procul dubio haec interpretatio arripienda et priori simpliciori praeferenda foret; sin ex Aristotelico loco conclu-

ditur, cautius agendum est. Quae autem posteriorem explicationem ut probem, animum inducunt, sunt fere haec. Cum ad *ἄνθρωπος ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς* (*νικῶν* K^b et pr. El) suppleri debeat *ἁπλῶς οὐ, ὡς ἕτερος καὶ καθ' ὁμοιότητα λεγόμενος*, non puto, quemcunque Olympionicen per similitudinem tantum hominem dici posse; verum in Anthropo Olympionice vocabulum *ἄνθρωπος* non *ἁπλῶς* dictum est, sed per similitudinem victor ille homo Homo vocabatur, quia hominis naturam habebat. Deinde recte notaverunt Garvianae versionis editores et Coraes, imperfecta (*διέφερεν* et *ἦν*) indicare certum quendam hominem, cum Paraphrastes et Garvius ad priorem interpretationem firmandam imperfecta in praesentia mutare coacti fuerint. Tandem sicuti, secundum eosdem, altera incontinentiae species (nempe simpliciter incontinens) nomine generis vocatur, nec opus est quidquam addere, ut denominatio ejus absolvatur: sic homo universalis jam sufficienter generali nomine hominis designatur, atque circumscribitur. Altera vero incontinentiae species (nempe incontinens ex parte, de cujus nomine hoc loco agitur), quae quidem e similitudine quadam ita appellatur, non simpliciter eo nomine uti potest, sed additione quadam (*καὶ κέρδους καὶ τιμῆς καὶ θυμοῦ*) a simpliciter incontinente distinguatur necesse est: eodem prorsus modo quo homo iste in specie, generali praeditus nomine quo homo simpliciter dictus utitur, non simpliciter *Ἄνθρωπος* vocari poterat; sed ut homo iste singularis ab homine universali discriminari posset, oportuit ejus nomini proprio (*Ἄνθρωπος*) aliquid addi, *ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς*.

§. 3. *ἁπλῶς*) Aspasius: *ἤτοι τελεία κακία.* — *ἢ κατα τι μέρος*) Aspasius: *ἢ ἐγγίζουσα τῇ κακίᾳ. καθὸ ἡ μὲν κακία ἔχει τὸν λόγον διεφθαρμένον, ἡ δὲ ἀκρασία ἔχει τὸν λόγον ἐῤῥωμένον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀκρασία τελεία κακία, ἀλλ' ἐγγίζει τῇ κακίᾳ. οὐδεὶς δὲ τούτων τῶν μετὰ προσθήκης λεγομένων ἀκρατῶν τῶν περὶ τιμὴν καὶ πλοῦτον καταγινομένων ψέγεται.* Ex quo patet (*σημεῖον δέ*), alterum ab altero esse diversum.

§. 5. *ἀκόλαστοι*) Vulgatam *μαλακοί* ab Eudemo probatam exhibent *A (L^b), B, C, Wilkinsonus, Cardwellus, Bekkerus

sine varietate codicum, Victorius, Muretus, et omnes fere editi. Legit ἀκόλαστοι secundum Zellium solus Vrat, et supra lineam Par; sic tamen quoque Ald, Ven, Aspasius, Paraphrastes, Argyropylus, Lambinus, Coraes. Si scripsit ἀκόλαστοι, hoc sibi voluit Philosophus: Cum etiam intemperantes, ut incontinentes, in voluptatibus corporis perfruendis versentur, irae autem, honoris aut lucri intemperantes non dicantur, sequitur, incontinentes quoque irae, honoris aut lucri simpliciter dici non posse. Μαλακοί legentibus ita interpretandum est: Cum etiam molles in corporeis tantum doloribus versentur, et ad iram, honorem, lucrum ne improprie quidem referri possint (nec occurrit in tota hac tractatione ullum hujus translationis vestigium), patet, incontinentem quoque proprie de corporeis voluptatibus dici. Nam, ut notavit Zellius, „quae in ἀκρατῆ, eadem conveniunt in μαλακόν," nisi quod hi circa dolores, illi circa voluptates ejusdem generis versantur (infra c. 7, §. 1). Quae sequuntur καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ταὐτὸ — οὐδένα (i. e. simpliciter incontinentem et intemperantem eundem esse dicimus, non ex parte incontinentem et intemperantem) sane non cohaerere videntur cum praecedentibus, si legamus μαλακοί. Refer tamen hanc enuntiationem, tanquam consequentiam, non ad proximam enuntiationem, sed ad superiorem. Potuit tandem et hanc ob causam μαλακοί praeferri, quod communem materiem intemperanti et incontinenti esse, jam supra (c. 3, §. 2) auctor docuerit; illamque mollium cum incontinentibus convenientiam si infra demum accuratius explicaturus est, ne haec quidem anticipatio apud Nostrum nos offendet. Nihilominus, etiamsi longe plurimi codices μαλακοί tueantur, aliter atque ἀκόλαστοι scribere Aristoteles prorsus non potuit, cum aperte §. 4. voce ἀκρατής jam ὁ μαλακός contineatur: ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν τε ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολὰς καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγων. — εἰς ταὐτό) εἰς ταὐτόν Par, Paraphrastes, Coraes, Bekkerus. — περὶ τὰς αὐτάς πως) Aspasius: εἶπε δὲ τὸ πῶς, ἵνα δείξῃ, ὅτι, εἰ καὶ περὶ τὰ αὐτὰ ὑποκείμενα καταγίνεται ὁ ἀκρατὴς καὶ ὁ ἀκόλαστος, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως· ἀλλ' οἱ μὲν, ἤτοι οἱ ἀκόλαστοι, προαιρούμενοι πράττουσι τὸ κακὸν, οἴδε, ἤτοι οἱ ἀκρατεῖς,

οὐ προαιρούμενοι. Quod auctor saepius jam monuit: supra §. 4. et 6, c. 3, §. 2.

§. 7. Aspasius: *μέλλων διδάξαι περὶ τῆς θηριωδίας, πρῶτον προαναχρούεται τὰ ὑποκείμενα περὶ ἃ ἡ θηριωδία καταγίνεται, καὶ πρῶτον* (supra §. 2.) *διῄρησε τὰ ἡδέα εἰς δύο, εἰς τὸ ἀναγκαῖον καὶ εἰς τὸ καθ' αὑτό, νῦν δὲ διαιρεῖ ταῦτα εἰς τρία.* Alterum genus *τὰ ἀναγκαῖα* hoc loco secundum Aspasium Aristoteles *τὰ μεταξύ* nominat, quippe quae nec per se optanda nec per se fugienda sint, sed ex indigentia necessaria, ut comedere, vestiri. Alterum genus, *αἱρετὰ καθ' αὑτό,* hic jam *τῷ γένει καλὰ καὶ σπουδαῖα,* sive *φύσει αἱρετά* auctor appellat. Tertium autem genus voluptatum, nempe *τὰ τούτων ἐναντία,* ab Aristotele superiori divisioni ideo adjunctum quod de immanitate et feritate docturus sit, quae hac in materia versantur, Aspasius ita explicat: *ἤτοι φύσει φευκτά· τὸ γὰρ ἐσθίειν ὠμὰ κρέα τισὶ μὲν δοκεῖ ἡδύ, ἀλλ' ἐστὶ φευκτόν.* Quae Paraphrastes, ceterum omnino cum Aspasio conveniens, nominat *φύσει κακά,* additque: *οἷον τὸ φαγεῖν ἄνθρωπον καὶ πιεῖν αἵματος ἀνθρωπίνου.* — *οἷον χρήματα καὶ κέρδος καὶ νίκη καὶ τιμή*) Aspasius haec recte non ad *τὰ δὲ μεταξύ,* sed ad *φύσει αἱρετά* retulit. Quamobrem melius est, parenthesin jam post *πρότερον* claudere. ita ut *οἷον χρήματα* ad *τῷ γένει καλῶν καὶ σπουδαίων* appropinquentur, apodosin tamen nihilominus a *πρὸς ἅπαντα δή* demum ordiaris. — *πρὸς ἅπαντα δή*) *δέ* pro *δή* Vrat, Ven, Bekkerus sine nota critica, Cardwello tamen de K[b] dissentiente. Et ferri potest vix *δέ* in apodosi (cf. supra ad I, c. 1, §. 4), quam etiamsi Bekkerus hic non constituit, verborum tamen structuram interpunctione sua prorsus turbat. — *διὸ ὅσοι*) Aspasius subaudit *ψέγονται.* Alii, Muretum secuti, non audacius quam verius, hanc enuntiationem, quum apodosi careat, per anacoluthiam cum §. 8. conjungunt, ita ut apodosis a *μοχθηρία μὲν οὖν* incipiat, atque haec, ut vult Muretus, dicta sint pro: *μοχθηροὶ μὲν οὐκ εἰσίν.* Abiit in hanc sententiam Paraphrastes, qui verbis transpositis ex his duabus enuntiationibus unam confecit. Recte, et ponas parenthesin a verbis *οἷον οἱ περὶ* usque ad finem §. — *καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ*) *καί* om. Bekkerus sine nota critica; respondet

insolentius τῷ· ἢ περὶ τέκνα, pro quo NC etiam legit καὶ περὶ τέκνα, cum supra ἢ ἀγαθῶν pro καὶ ἀγαθῶν exhibeat, El. nec καί nec ἤ legat. — μάχοιτο καί) καί om. El, NC, CCC, K[b] secundum Bekkerum, M[b]. — Σάτυρος) Aspasius: οὗτος γὰρ ἐρῶν τινὸς κόρης καὶ πρὸς τὴν μοιχείαν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα εὑρὼν Σώστρατον συνεργοῦντα, τοσοῦτον ἐκ τότε τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐφίλησεν, ὥςτε καὶ τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, ἑαυτὸν κατεκρήμνισε καὶ τῆς ζωῆς ἀπεστέρησε.

§. 9. προςεπιτιθέντες) Accipe cum Aspasio et Paraphraste absolute pro μετὰ προςθήκης, accusativo τὴν ἀκρασίαν ad λέγουσι relato. — εἴποιεν) εἴποιμεν L[b]. — μόνον) μόνην Bekkerus (solo codice O[b] μόνον legente), Aspasius.

CAP. V. §. 2. τὴν ἄνθρωπον) Aspasius: ἡ Λαμία γυνή τις ἦν περὶ τὸν Πόντον, ἥτις, διότι ἀπώλετο τὰ οἰκεῖα τέκνα, τὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν βρέφη ἤσθιεν. Cf. Horat. Art. poët. v. 340: *Neu pransae Lamiae vivum puerum extrahat alvo.* — φασὶ χαίρειν) χαίρειν φασίν Bekkerus sine varietate lectionis. — περὶ τὸν Πόντον) Aspasius Scythas nominat, et ὠμοῖς cum Paraphraste de piscibus accipit. Aristoteles (Polit. VIII, 4) Heniochos aliosque adlegat, Herodotus (IV, c. 18. et 106) Androphagos. — κρέασιν ἀνθρώπων) ἀνθρώπων κρέασι Par, Bekkerus tacite; pro ἀνθρώπων tamen ἀνδρῶν K[b], M[b] legere notat. — Φάλαριν) Aspasius et Paraphrastes referunt, Phalaridem filium suum comedisse (cf. infra §. 7); et cum Aristoteles dicat τὸ λεγόμενον, puta illam cupidinem notissima Phalaridis crudelitate adjutam fuisse.

§. 3. ὁ τὴν μητέρα) Aspasius de Xerxe Persarum rege accipit; sed, ut jam Zellius notavit, quo auctore incertum. — τῶν τριχῶν τίλσεις) Cf. Magn. Moral. II, c. 6: εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τίλλοντες τὰς τρίχας διατρώγουσιν. Discipulus a magistri sententia abit, voce ὀνύχων fortasse auribus non percepta. Garvius et Zwingerus eos significari putant, qui dolore vehementi perciti capillos sibi ipsis evellant. Sed hoc, quamquam et ipsum immane, non tamen habitus appellari potest. Intellige malas consuetudines jam inde a puerili aetate susceptas. — ἡ τῶν ἀφροδισίων) Ne suppleas ἡδονή cum Zellio, ut e Paraphraste te Aspasio putari possit, sed cum Argyropylo ἕξις, quae vox

supra partim expressa partim subaudita est. — ἐθιζομένοις) ὑβριζομένοις H^a, L^b, O^b, Bekkerus: γυμναζομένοις K^b, M^b, ex Aspasio, qui explicat: γυμναζόμενοι ἐκ παίδων τοὺς ἄῤῥενας γαμεῖν. Ὑβριζομένοις, i. e. *stupratis* (cf. infra c. 6, §. 4), haud absurda lectio est, mutata forsitan in ἐθιζομένοις propter praecedens ἐξ ἔθους.

§. 4. ὀπυίουσι) ὀπύουσι et mox ὀπύονται Zellius, Coraes et Cardwellus cum Par, K^b, M^b, N^b, Ven. — ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς) Zellius: „Dativus τοῖς νοσηματωδῶς ἔχουσι pendet ex ὡσαύτως.“ Et citat Cardwellus Herod. II, 67: ὡς δ' αὔτως τῇσι κυσὶ οἱ ἰχνευταὶ θάπτονται. Soph. Trach. v. 372: ξυνεξήκουον ὡσαύτως ἐμοί.

§. 5. τοῦ πάθους) sc. ἀκρατῆ. — ἀκρατῆ) sc. ἁπλῶς vel ἄνευ προςθήκης. — κακία) om. Bekkerus; L^b etiam καί ante ἀφροσύνη omittit, et in margine habet: τινὰ δὲ ἔχουσι κακία καὶ ἀφροσύνη.

§. 6. βαρβάρων) Aspasius iterum Scythas intelligit. Zellius: „Zwingerus Psyllorum meminit, quos contra Austrum regioni suae infestum proficisci narrat Herod. IV, 173.“ Vide supra (III, c. 7, §. 7) similia de Celtis.

§. 7. κατεῖχεν) Subaudiendum videtur ἑαυτόν, ut intelligit Paraphrastes: ἐκράτει τῆς ἐπιθυμίας. Aspasius aliter accepit: οἷον εἰ ὁ Φάλαρις κατεῖχε παιδίον, ἐπιθυμῶν φαγεῖν αὐτὸ ἢ συνουσιασθῆναι αὐτῷ. Bekkerus comma delens κατεῖχεν ἐπιθυμῶν ita procul dubio interpretatus est, ut Zellius et Riemerus (s. v. κατέχω) Herodoteum (VI, 41) κατέχουσι διώκοντες: *persequendo pergunt.* Sed apud Herodotum quidem sensus postulat κατεῖλον διώκοντες (*persequendo ceperunt*), ut edidit Reizius. Si autem κατέχω e Graecorum consuetudine hanc significationem habet, intellige nostrum locum: *Si concupiscendo pergeret;* sensu eodem, etsi sententia minus explicita sit, eum suppleri debeat: a cupidine non victus. Facere tamen non possum, quin mirer, neutri interpretum Graecorum Graecam hanc, quae statuitur, loquendi formulam in mentem venisse. Quamobrem sensu *abstinere* standum est.

§. 8. ἀνθρωπικήν) ἀνθρωπίνην Paraphrastes, Par, Bekkerus.

§. 9. (Cap. VII) Haec §. cum ad praecedentia pertineat, non recte eam Bekkerus sequenti capiti adjecit.

CAP. VI. §. 1. ὁ θυμός) Spectatur Plato, Republ. IV, p. 440 (p. 203): ξύμμαχον τῷ λόγῳ γιγνόμενον τὸν θυμόν. Vide totum locum, quem proposuit et interpretatus est Hegelius: *Gesch. d. Philos.*, T. II, p. 252. — πράξεως) προστάξεως *A (L^b), B, C, Par, H^a, K^b, N^b, quidam Victorii codices, Cardwellus, Bekkerus; fluxit e Paraphraste, qui liquido sic legit, et e commentario Aspasii, qui lectionem ἁμαρτάνουσι τῆς πράξεως solam sibi notam explicat: οὐ καλῶς τὸ π ρ ο σ τ α χ θ ὲ ν ἐνεργοῦσιν. Non tamen a mandato aberrant, quasi jussa recte percepta male exsequantur, sed a re, cum mandata non bene perceperint. Sic infra dicit οὐκ ἐπίταγμα ἀκούσας, non ἐπιτάγματος ἁμαρτών. Ceterum *mandatum non attingere* (ἁμαρτεῖν προστάξεως) esset idem ac πρὶν ἀκοῦσαι. Denique Krischium (l. l. p. 390—391) miror, qui lectionem meam vituperans, tam fidenter contendit, me ῥητά (πράξεως legentia) cum commentario Aspasii confudisse, qui hanc lectionem non cognoscat; unde apparet, ipsum graeci interpretis volumina non evolvisse. — χαλεπαίνει εὐθύς) δή ante εὐθύς addit Bekkerus e solo K^b. — ὁ λόγος ἢ ἡ αἴσθησις) ὁ λόγος non est ὀρθὸς λόγος, sed perversa ratiocinatio, secundum Paraphrasten, Aspasium et fere omnes reliquos; vel potius *perceptio, cogitatio*, et ἢ ἡ αἴσθησις indicat modum perceptionis, ut supra ἢ ἡ φαντασία. Itaque falso suspecta est haec vox Garvio ejusque editoribus (p. 369-370, not). Nec pugnant (ut hi quidem contendunt) sequentia, quibus dicit Philosophus, simpliciter incontinentem a cupiditate, non a ratione (οὐ τοῦ λόγου) superari. Iratus enim a ratione vincitur (λόγου ἡττᾶται), quia ratiocinatione conclusit (ὥσπερ συλλογισάμενος), cupiditas autem statim sine ulla ratiocinatione agit, si modo dixerit ratio percipiens vel sensus, hoc esse jucundum (ἐὰν μόνον εἴπῃ). Πῶς autem additur τῷ· ἡττᾶται τοῦ λόγου, quia nec ipsa vera est ratiocinatio, secundum quam irae incontinens agit, sed quaedam tamen. Καί ante οὐ τοῦ λόγου om. El, Par, L^b, M^b, Aspasius.

§. 2. συγγνώμη μᾶλλον) μᾶλλον συγγνώμη Eud, Par, Bekkerus;

Paraphrastes *μᾶλλον συγγνωστόν*. — *ἀπολογούμενος*) In Magn. Moral. II, 6. dicit Aristoteles vel discipulus ejus, hunc hominem etiam absolutum fuisse a judicibus; naturale enim judicibus fuisse crimen visum.

§. 3. *φασί*) Zellius: „Aspasius et Paraphrastes etiam hunc locum Homero adscribunt, Victorius lyrico." — *καὶ Ὅμηρος τὸν κεστὸν ἱμάντα*) Cf. Iliad. XIV, v. 214. et 217. Legunt *καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα Ὅμηρος* Eud, Par, Vrat, Wilkinsonus et Bekkerus sine nota critica (Cardwellus de K^b dissentit), Ven; tunc *ἱμάντα* e *φησίν* omisso pendet.

§. 4. *ὑβρίζει*) Jam Aspasius recte *μοιχεύει* dilucidat, non *contumelia afficere*; id enim non ex cupiditate oritur (cf. supr. ad V, c. 1, §. 14).

§. 6. *κατ' ἀρχάς*) Referri debet ad initium libri VII, ubi similem dedit partitionem; in illo tamen loco non jam de cupiditatibus (*αὐτῶν δὲ τούτων*) agebatur, sed de ipsis habitibus. Mirum autem omnino videretur, quomodo *κατ' ἀρχάς, ἐν ἀρχῇ* et similia aliud significare possent, quam initium totius operis; nisi constaret, non solum Ethicorum Nicomacheorum, sed multorum Aristotelis operum singulos fere libros totidem tractatus fuisse suo titulo distinctos, ita ut saepius, quod ineunte nostro libro aut ipse aut altera manus scripsit, dici potuisset: *ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν* (cf. initium hujus commentarii). — *αἱ δὲ καὶ διά*) *καί* om. Par, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b, Coraes, Cardwellus, Bekkerus. — *ἡ ἀκολασία*) *ἡ* om. Bekkerus; Coraes contra *ἡ* ante *σωφροσύνη* addi proponit.

§. 7. *παραπλήσιον — κάκιον*) Paraphrastes, quem Gravius sequitur, haec verba omisit; et sequentia cum praecedentibus conjungit, nec id quidem male. Nam verba haec parenthesis sunt, quam recte explicat Aspasius: *ἔστι γὰρ ἑκάτερον κάκιον ἑκατέρου. ὡς, ἐπεὶ οὖν ὁ ἄδικος βλαπτικὸς ᾖ καὶ κακὸς διὰ τὸ μετέχειν τῆς ἀδικίας* (ut dicit Plato), *πολλῷ μᾶλλον ᾖ κάκιον ἢ φαυλότερον ἡ ἀδικία· εἰ γὰρ τὸ προσεγγίζον τῷ πυρὶ θερμαίνεται, πολλῷ μᾶλλον ἔσται τὸ πῦρ θερμότερον. ᾗ δὲ πάλιν ἡ ἀδικία πρᾶγμα ἄψυχον ᾖ καὶ διὰ τὸ ἄψυχον εἶναι μήδε δυνάμενον βλάψαι τινὰ αὐτὸ καθ' αὐτὸ θεωρούμενον, ὁ δὲ ἄδικος δύναται βλάπτειν, λοιπὸν ἄρα ὁ ἄδικος φαυλό-*

τερον τῆς ἀδικίας ᾖ. Sic secundum Aristotelem, pugnante Platone, individua primae, universalia secundae tantum substantiae sunt.

CAP. VII. §. 1. (Cap. VIII.) *προτέρου*) Cf. supra III, c. 10, §. 8. — *ἔστι μὲν οὕτως*) Post *μέν* addunt *οὖν* El, M^b. — *τῶν πλείστων ἕξεις*) Coraes *αἱ* ante *τῶν* addit: *ἡ τῶν πλείστων ἕξις* NC, Par, Vrat (om. *ἡ*), Bekkerus sine lectionis varietate (K^b secundum Cardwellum om. *ἡ*); cf. locum similem infra c. 10, §. 5. — *κἂν εἰ ῥέπωσι*) *ῥέπουσι* pro *ῥέπωσι* Bekkerus tacite: *εἰ* om. Coraes: *καί* pro *κἄν* exhibent L^b, O^b.

§. 2. *ὁ μὲν τὰς ὑπερβολάς*) Jam Zellius vidit, hic apodosin incipit. Sequentia *ἢ καθ' ὑπερβολάς* Aspasius recte explicat: *ἢ ζητεῖν τὰς ἰσχυροτάτας καὶ μεγάλας τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, ἤτοι τὰ ἀφροδίσια· ἢ κἂν μικραί εἰσιν αἱ ἡδοναί, οἷον τὸ πλουτεῖν, τὸ τιμᾶσθαι, αἱρούμενος τὸ ὑπερβάλλειν ἔχειν ἐν ταύταις.* Item Paraphrastes: *ἢ τὰς φύσει μεγάλας ἀεὶ ζητῶν ἡδονάς, ἢ τὰς φύσει μετρίας ὑπερβαλλόντως ζητῶν.* — *ἢ διὰ προαίρεσιν*) Sic *A (L^b), B, C, Wilkinsonus et Zellius sine varietate codicum, H^a, K^b, N^b, O^b, Cardwellus, Bekkerus, vulgo. Sed jam Zellius et Coraes *ἢ* recte pro spurio habuerunt, quia semper ex proposito intemperans agit. Quamobrem sive cum Eudemo *ἡ* (vel potius *ᾗ*) legamus, sive cum Zwingero, Giphanio, Bergio, Lambino, *εἰ* conjiciamus, cum saepissime *ἡ*, *ᾗ*, *ἢ*, *εἰ* a librariis, quippe idem sonantia, confundantur. Argyropylus et Paraphrastes conjunctionem plane omiserunt. Ferrique non potest disjunctio; et si ab omnium fere codicum auctoritate recedere nolueris, *ἢ* aut explicandi gratia pro *id est*, aut pro *καί* dictum esse et sequenti *καί* respondere putabis (cf. supra ad c. 4, §. 7, ubi similiter *καὶ — ἢ* pro *καὶ — καί* dictum videbatur); et legit M^b aperte *καθ' ὑπερβολὴν καὶ διὰ προαίρεσιν.* *Καί* vero ante *δι' αὐτάς* om. El, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices. — *ἀνίατος*) NC, Par, Ven, Paraphrastes, Bekkerus addunt *ὁ γὰρ ἀμεταμέλητος ἀνίατος.*

§. 3. *ὥστε διαφέρουσιν ἀλλήλων*) Paraphrastes retulit haec verba ad *ὁ μέν*, nempe *ἀκρατής*, et ad *ὁ δέ*, i. e. *μαλακός*: et sequentia hujus §. verba post §. 4. posuit, nimirum quia alioquin

differentia incontinentis et intemperantis interrumperet quodammodo descriptionem duarum specierum *τῶν μὴ προαιρουμένων*, nempe mollitiem et incontinentiam (§. 4. init.). Sed est hoc non a consuetudine Aristotelis alienum. Quare cum Aspasio *ὥστε διαφέρουσιν ἀλλήλων* de intemperante et incontinente accipiamus, incontinentem pro toto genere *τῶν μὴ προαιρουμένων* positum putantes. Et postquam, differentia inter incontinentem et intemperantem exposita, aberravit a descriptione incontinentis et mollis, ad eandem redit, ut indicat particula *δή*. — *παντὶ δ' ἂν δόξειε χείρων*) Supra jam hoc discrimen inter intemperantem et incontinentem Noster exposuit; cf. c. 4, §. 6. Supple igitur cum Aspasio *ὁ ἀκόλαστος*, ut e fine §. apparet.

§. 4. *τῶν δὴ λεχθέντων*) Hae non esse possunt nisi ambae species *τῶν μὴ προαιρουμένων*, quarum utrumque nomen jam nunc profert, cum §. 3. tantum incontinentis nomen proposuerit. Cum enim incontinentem pro genere ipso posuisset, jam nunc se corrigit et dicit aliam speciem potius (*μᾶλλον*) esse *μαλακίαν*. Itaque *ὁ δ' ἀκόλαστος*, quod pro *ὁ δ' ἀκρατής* ab Eudemo profectum Zellius, Cardwellus, Bekkerus sine codicum suorum varietate, nec non *A, B, C, Ven legunt, sensu caret omni: *ἀκόλαστος* enim prorsus non est genere *τῶν μὴ προαιρουμένων*. Wilkinsonus codicum suorum lectionem variam et ipse non afferens legit *ἀκρατής*. Sic aperte etiam Paraphrastes, Aspasius, Argyropylus, Lambinus, Coraes etc. Quid magna pars codicum exhibeat, non liquet, cum verear, ut inspecti sint; occurritque jam supra similis error (c. 4, §. 5). Chartas Aristotelis his locis vermibus corrosas (*Michelet: Examen critique de l'ouvrage d'Aristote intitulé Métaphysique*, p. 7. et 13) male suppleverunt Peripatetici. Garvius magna cum offensione *μᾶλλον* ita intelligit, quasi mollis adhuc pejor sit; vertit igitur tanquam pro *ὁ δ' ἀκρατής* scriptum sit *τοῦ ἀκολάστου*. Ceterum C omisit *μᾶλλον*, in B secunda manus superscripsit.

§. 5. *ὃς ἕλκει*) Zellius: „Vestem trahere delicati hominis nota.“ Nonnulli contra codices ex Eudemo et Paraphraste *ὃς οὐκ ἕλκει*: *qui ne attollit quidem;* sed tunc auctor dixisset *αἴρει*, vel

aliquid simile. — *τὸν κάμνοντα*) Aspasius explicat *τὸν νοσοῦντα*, et addit *ἀλλ' ἀδυνατεῖ καὶ τὴν χεῖρα κινῆσαι*. Idem mox vocem *ἄθλιος* bis eodem modo interpretatur, cum rectius verterit Zellius: „Vere est *miser* et contemnendus propter ridiculum ejusmodi mendacium."

§. 6. *καὶ συγγνωμονικόν*) *καί* om. CCC, Aspasius et Bekkerus sine nota critica. Sed haec quoque particula, ut *οὖν*, ex Aristotelico usu posita, a librariis saepe expuncta videtur. — *Θεοδέκτου*) Zellius: „Theodectes patria Phaselites, gente Pamphylius, Isocratis auditor, familiaris Aristotelis, rhetor fuit et poëta tragicus, ad quem Aristoteles Rhetorica scripsit. Fabricii Bibliotheca Graeca, T. II, p. 324; T. III, p. 508." Aspasius: *ὁ Θεοδέκτης τραγικὸς ἦν καὶ παράγει τὴν χεῖρα δεδηγμένον τὸν Φιλοκτήτην ὑπὸ ὄφεως, καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ καὶ ἀντέτεινε πρὸς τὰς λύπας καὶ τοὺς πόνους, ὕστερον δὲ ἡττήθη καὶ ἐβόα· Κόψατε τὴν ἐμὴν χεῖρα.* — *ὁ Καρκίνου*) Aspasius: *ὁ Καρκίνος τραγικὸς ἦν. ὁ δὲ Κερκύων εἶχε θυγατέρα τὴν Ἀλόπην. μαθὼν δέ, ὅτι ἐμοιχεύθη ἡ αὐτοῦ θυγατὴρ Ἀλόπη, ἠρώτησεν αὐτήν, τίς ἦν ὁ μοιχεύσας, λέγων· Εἴ μοι τοῦτο ἂν εἴποις, οὐδ' ὅλως ἂν λυπηθῶ. Εἶτα εἰπούσης τῆς Ἀλόπης τὸν αὐτὴν μοιχεύσαντα, οὐκέτι ὁ Κερκύων ὑπὸ τῆς λύπης ἔφερε ζῆν, ἀλλα καὶ τὸ ζῆν ἀπελέγετο.* — *Ξενοφάντῳ*) Giphanius nusquam praeterea mentionem de Xenophanto se reperisse dicit, nisi nostro loco et apud Senecam, lib. II. de Ira (c. 2): *Alexandrum ajunt, Xenophanto canente, manum ad arma misisse.* Quibus locis comparatis, ei videtur Xenophantus Alexandri fuisse tibicen et familiaris et parasitus, et perinde Aristoteli notus. — *Σκυθῶν*) Aspasius, quem nonnulli sequuntur, legit *Περσῶν*. Habet quidem ita et Ven; quam lectionem adeo Lambinus in quibusdam libris manuscriptis se invenisse contendit. Scythis, qui aedem Veneris Coelestis Ascalone spoliaverint, et eorum posteris morbum inflictum fuisse muliebrem, narrat Herodotus (I, 105).

§. 7. *ἔστι δὲ μαλακός*) Nam cum semper joco et relaxatione uti velit, laborem et ex eo ortum dolorem fugit. — *εἴπερ οὖν ἀνάπαυσις*) *οὖν* omisit Bekkerus secundum H^a, L^b, N^b, O^b.

§. 8. *οἱ μέν*) Referas ad *ἀσθένεια* more Graecorum, *οἱ δέ*

vero ad προπέτεια. — προγαργαλίσαντες) sc. ἑαυτούς: unde προγαργαλισθέντες CCC, Par, L^b, M^b, Coraes: οἱ ante προγαργαλίσαντες om. Ven, Bekkerus e codicibus suis excepto O^b, Cardwello de K^b dissentiente. — προαισθόμενοι) προαισθανόμενοι El, NC, K^b (secundum Bekkerum), M^b.

CAP. VIII. §. 1. (Cap. IX.) ὥσπερ ἠπορήσαμεν) Nempe supra c. 2, §. 10. — ἀλλ' ὁ μὲν ἀνίατος, ὁ δὲ ἰατός) ἀλλ' ὁ μὲν εὐίατος, ὁ δὲ ἀνίατος L^b, O^b, Ven; non male, ut e Graecorum consuetudine prius ad posterius et posterius ad prius referri possit (cf. supr. ad c. 7, §. 8), cum ὁ μέν in vulgata quidem lectione ἀκόλαστος sit, ὁ δέ vero ἀκρατής. Notaveris tamen plura etiam vocabula intercessisse; quod haud scio an regulam illam mutet. Ὁ μέν enim sensu *hic* tum demum ad posterius referendum videtur, cum, nulla voce interjecta, arcte cum eo cohaeret.

§. 2. οἱ ἐκστατικοί) προπετεῖς sunt, οἱ τὸν λόγον κ. τ. λ. vero ἀσθενεῖς, de quibus supra (c. 7, §.8) auctor locutus est. Zellius, propter sequentia ὅμοιος γὰρ ὁ ἀκρατής, male αὐτῶν τούτων ad ἀκόλαστον et ἀκρατῆ refert, ut ἐκστατικοί sint ἀκρατεῖς, vocibus autem οἱ τὸν λόγον ἔχοντες μὲν μὴ ἐμμένοντες δέ designentur ἀκόλαστοι. Sed sinit hoc nec logice nec grammatica. Quotiescunque enim inculcavit Aristoteles, rationem intemperantibus plane non adesse, eosque adeo ab ipsa desciscere jam non posse! Omnis difficultas solvitur accipientibus ὁ ἀκρατής de ea incontinentis specie, quae est ἀσθένεια, cum ea sit proprie incontinentia, quod et etymologia indicat. Senserunt hoc Aspasius, qui ἀκρατής interpretatur: ὁ γὰρ ἀσθενὴς ἀκρατής, et Paraphrastes, qui habet: ὁ κατὰ τὴν ἀσθενῆ ἀκρασίαν ἀκρατής.

§. 3. τὸ μέν) Hic tamen, etiamsi nonnulla (sed pauciora, quam supra §. 1) vocabula interponantur, τὸ μέν ad ἀκρασίαν, τὸ δέ ad κακίαν vel cum Aspasio ad ἀκολασίαν referendum est: *In proposito quidem differunt, in actione vero similes sunt incontinentia et intemperantia.* Hanc interpretationem amplexi sunt fere omnes excepto Paraphraste, qui utrumque, τὸ μέν et τὸ δέ, ad ἀκρασίαν refert hoc sensu: Incontinentia partim contra propositum, partim cum proposito est, scilicet cum perturbatione motus incontinens

velit quidem malum, quod tamen rationi ejus displiceat. Subtilius forsitan quam melius; ita enim oppositio et correctio *οὐ μὴν ἀλλ'* intelligi non possit. Quare etiam Paraphrastes pergit: *καὶ ἔστιν ὁμοία* (sc. *ἡ ἀκρασία*) *τοῖς Μιλησίοις*, comparationem non inter incontinentem et intemperantem, sed inter incontinentem et Milesios statuens. — *πῃ ἴσως*) Id fusius enarratur infra §. 5; et c. 10, §. 3. — *οὐ μὴν ἀλλ'*) Vömel ad Demosthenis Olynth. I, 4. de hac formula: „cum contemtu rejicit superiora et exponit melius quid. Vertunt: *enim vero, at profecto.*" — *Δημοδόκου*) Aspasius: *ὁ Δημόδοκος Λάριος* (Felicianus: „Larus autem non procul a Mileto insula est") *ἦν τὸ γένος, πολλὰ δὲ ἀποσκώπτων τοὺς Μιλησίους ἔλεγεν.* — *γὰρ ἀξύνετοι*) *γάρ* om. Bekkerus cum H[a], K[b], M[b], N[b]; et cum Corae *Μιλήσιοι* — *οἱ ἀξύνετοι* tanquam ipsissima Demodoci verba distinxit. — *ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν*) Aspasius: *ἤτοι ἀκόλαστοι· ἀδικοῦσι δέ, ἤτοι βλάπτουσι καὶ δρῶσι τὰ τῶν ἀκολάστων.* Ad quam nostram explicationem ipse Paraphrastes tandem redit: *τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἀκρατεῖς ἀκόλαστοι μὲν οὐκ εἰσὶ, δρῶσι δὲ τὰ τῶν ἀκολάστων.* Similia de Messeniis Demosthenes (Phil. II, c. 5, §. 25).

§. 4. *ἔστιν*) om. Par, Bekkerus. — *ἀρχήν*) *δ' ἀρετήν* M[b]. — *ὁ λόγος*) i. e. *ἡ διάνοια* vel *ἐπιστήμη*, ratiocinatio opposita *τῷ νῷ*, qui est principiorum. — *ἢ φυσικὴ ἢ ἐθιστή*) Sic A (L[b]), B, El, NC, CCC, Par, H[a], K[b], N[b], Ven: *ἡ* pro priore *ἤ* C: pro *ἐθιστή* habet *ἐθιστική* M[b]: *ἠθική* Vrat, O[b], codex Acciajoli, Eud, Par supra lineam, Cardwellus sine varia codicis sui lectione. — *τοῦ ὀρθοδοξεῖν*) Cum Lambino intellige *διδασκαλική*.

§. 5. *ἀνέδην*) *ἀναίδην* El, NC, Vrat.

CAP. IX. §. 1. (Cap. X.) *ἢ ὁ τῷ ψευδεῖ*) sc. *ἐμμένων*. Sic jam Aspasius, Argyropylus. Qui *μὴ ἐμμένων* supplendum censuerunt, legunt *τῷ μὴ ψευδεῖ* et *τῇ ὀρθῇ*, transposita negatione. Sic Par, L[b], Muretus nisi quod pro *μὴ ψευδεῖ* scribi vult *ἀληθεῖ*. Cui interpretationi favet Paraphrastes: *ὁ μὴ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ.* Wilkinsonus, El vulgatam exhibere affirmans, legit *ἢ ὁ μὴ τῷ ψευδεῖ λόγῳ καὶ τῇ προαιρέσει τῇ ὀρθῇ*, ita ut NC et CCC sic habere putandi sint. Sensum reddit Coraes, legens e conjectura: *ἢ ὁ τῷ ἀψευδεῖ*

λόγῳ καὶ τῇ προαιρέσει τῇ ὀρθῇ. — πρότερον) Cf. supra c. 2, §. 7. Hunc locum si perlegeris, apparebit, etiam in nostra lectione μὴ ἐμμένων suppleri posse: *Num is incontinens est qui,* ut Neoptolemus, *in falsa ratione et in consilio minus recto non permanet?* — ὁ ὁποιανοῦν) ὁ om. H[a], K[b] (secundum Bekkerum), L[b], N[b], Ven, Bekkerus, structura quidem verborum faciliore, sensu tamen eodem. Idem cum Cardwello, e codicum auctoritate excepto M[b], μέν ante συμβεβηκός addit. Si ὁ legis, intellige: ἦ κατὰ συμβεβηκὸς ἐγκρατὴς ἢ ἀκρατής ἐστιν ὁ ὁποιανοῦν προαιρέσει ἐμμένων ἢ μὴ ἐμμένων. Ita Paraphrastes. Omittentibus ὁ haec verba cum sequentibus conjungenda sunt (quod μέν jam indicat) et ita supplenda: ἦ κατὰ μὲν συμβεβηκὸς ὁποιανοῦν ὁ μὲν ἐμμένει ὁ δὲ οὐκ ἐμμένει. Sic Aspasius. — τῷ ἀληθεῖ λόγῳ) ὁ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ El, K[b] (secundum Bekkerum), M[b], Ven. — τοῦτο) Refer ad posterius τοδί, sequens πρότερον (τὸ πρότερον NC, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus) ad prius τοδί. Paraphrastes: ὁ μὲν γὰρ τῇ ἀγαθῇ δόξῃ ἐμμένων καὶ τῇ ὀρθῇ προαιρέσει, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖται διότι ἀγαθόν· ὥστε καθ' αὑτὸ ἐγκρατής ἐστιν. ὁ δὲ ἐμμένων τῇ μὴ ὀρθῇ προαιρέσει καὶ τῇ ψευδεῖ δόξῃ, ἐμμένει διὰ τὸ νομίζειν ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ὃ αἱρεῖται· νομίζει δὲ, ὅτι ἐστὶν ἐν αὐτῷ τοῦ ἀγαθοῦ τι ἀμυδρὸν ἴχνος· δι' ὃ ἔχεται τῆς μὴ ὀρθῆς προαιρέσεως καὶ τῆς ψευδοῦς δόξης, ὡς ὀρθῆς καὶ ἀληθοῦς· ἐπεὶ τοίνυν οὐ δι' ἑαυτὰ αἱρεῖται ἃ αἱρεῖται καὶ οἷς ἐμμένει, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθὸν, οὐ καθ' αὑτὸ ἐγκρατής ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀντικειμένων ἔχει· πῶς μὲν ἀκρατὴς ὁ μὴ ἐμμένων ὁποιανοῦν δόξῃ, ἁπλῶς δὲ ὁ μὴ ἐμμένων τῇ ὀρθῇ. Nec aliter Aspasius. Et accidit, quod vidimus supra (c. 2, §. 9), ut stultitia cum incontinentia conjuncta virtus esse videatur; non autem est virtus, nisi ex accidenti. — δὲ τῇ ἀληθεῖ) sc. ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δὲ ἐξίσταται. Legunt δὲ ὁ τῇ ἀληθεῖ El, NC, Par, Ald, Ven, Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos. Sententia est eadem, structura addentibus ὁ difficilior. Intellige tum: ἁπλῶς δὲ ἐγκρατὴς καὶ ἀκρατὴς ὁ τῇ ἀληθεῖ ἐμμένων ἢ μή. Sic etiam Aspasius et Paraphrastes accipiunt, et ὁ videtur vera lectio: ἁπλῶς δέ autem non opponitur voci ὁποιανοῦν, sed verbis ἔστι μὲν, ὡς, quae Aspasius κατὰ συμβεβηκός interpretatur.

§. 2. *οἱ ἐμμενετικοί*) *καί* pro *οἱ* H^a, M^b, N^b, Bekkerus. Pro spurio *οἱ* Coraes habet. — *τῇ δόξῃ· εἰσὶ δ' οὓς*) *εἰσὶ δ'* om. H^a, N^b, Bekkerus: *τῇ δόξῃ· εἰσὶ δ'* M^b; legit e K^b *τῇ δόξῃ εἰσὶν, οὓς* Cardwellus, qui tamen ipse hanc lectionem duriorem esse confitetur. Utut legas, sunt procul dubio *οἱ ἐμμενετικοί* et *ἰσχυρογνώμονες* iidem. — *ὅταν τύχῃ*) Aspasius: *εἰ τύχοι ὑπὸ φρονίμου παραινούμενος*.

§. 3. *ἄγροικοι*) *οἱ ἄγροικοι* Ven, Paraphrastes, Coraes, Bekkerus.

§. 4. *ἐστίν*) *οὔτ'* Bekkerus; utrumque om. Par.

§. 5. (Cap. XI.) *ὁ τοιοῦτος*) Omnis, quae videtur Zellio inextricabilis, difficultas inde oritur, quod *ὁ τοιοῦτος* non ad praecedentia retulit. Est autem *ὁ τοιοῦτος* ille ipse, quem modo auctor vocaverat *ὁ ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρων*: quare, quod exhibent tres codices (H^a, M^b, N^b), *ἡ τοιοῦτος*, a Bekkero in textum receptum, interpretamentum est, quo totius loci difficultas, si qua fuit, evanescit. Habitum autem hunc vitiosum, qui est in defectu, nomine carere Aspasius et Paraphrastes notaverunt; quamquam mox ab utroque *ἠλιθιότης* vocatur, quae se habet ad *ἀναισθησίαν* (cf. supr. III, c. 11, §. 7), ut *ἀκρασία* ad *ἀκολασίαν*. In Eudemiorum tabula virtutum saepius citata (II, 3) *καρτερία* item est mediocritas inter extrema *τρυφερότης* et *κακοπάθεια*. Nomenclaturam scholae Peripateticae in illis Ethicis longius jam provectam fuisse, pluribus jam exemplis observare potuimus. — *οὐδὲ δι' ἕτερον*) Quasi sit *δι' οὐδέτερον*, more Atticorum secundum Coraem. Optime igitur interpretatus est Felicianus: „De ratione non exturbatur a voluptatibus neque superatur, dum vel minus vel magis, quam deceat, voluptates persequitur."

§. 8. *ἕτεροι*) *ἕτερον* NC, Bekkerus e suis, ut videtur, codicibus, cum de K^b Cardwellus taceat.

CAP. X. §. 2. *τὸν δὲ δεινόν*) Cum calliditas aeque ac prudentia habeat rationem et sciat quae opus sunt quaeque ad finem ducunt, sed non ut prudentia bono utatur proposito neque justa perficiat: cognoscit callidus, sicuti incontinens, quae sint agenda, et tamen libidine impulsus malum sibi pro-

ponit, quaeque ad malum finem ducunt scite eligit. Haec mihi exstitit explicatio Aspasium et Paraphrasten comparanti cum ipsis, quae sequuntur, Aristotelis verbis. — ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις) Cf. supr. VI, c, 12, §. 7-9. Mirum videri possit, quomodo de libro sexto πρῶτοι λόγοι praedicari queant, cum ab initio tantopere distet. Sed cum a libro septimo altera Nicomacheorum pars incipiat (ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν), prior pars, quae sex prioribus libris continetur, nomine τῶν πρώτων λόγων tota designari commode potest.

§. 3. οὐδὲ δὴ ὡς) sc. *incontinens se non habet ut* etc. Aspasius: ἡττᾶται ὁ ἀκρατὴς οὐχ ὡς εἰδὼς καὶ θεωρῶν, ἤτοι ἐνεργῶν. — ὁ μέν) Est altera species incontinentiae, quam ἀσθένειαν Aristoteles vocavit, ὁ δέ altera, cui nomen προπέτεια dedit: cf. supra c. 7, §. 8-9; c. 8, §. 2; infra nostro capite, §. 6.

§. 4. δ' οὐδενί) δὲ οὐδέν H', K[b], N[b], Bekkerus. — Ἀναξανδρίδης) Coraes: ὁ Ῥόδιος, κωμῳδίας ποιητής. τὸ δὲ ἔπος ἴσως ἐκ τοῦ δράματος τοῦ ἐπιγραφομένου Πόλεις. Zwingerus: „Poëta tragicus e Rhodo insula, qui cum contra Athenienses carmen, cujus hic meminit Aristoteles, scripsisset, fame et inedia ab iis necatus est.“ Cf. Athenaei Deipnos. IX, c. 16; Fabricii Biblioth. Gr. T. II, p. 283, 411. — ἐβούλεθ') ἐβουλεύετο Vrat, L[b], O[b]: ἐβούλευσεν Par.

§. 5. Haec Aristoteles jam dixit supra c. 7, §. 1. et 5-6.

§. 6. βουλευσαμένων) βουλευομένων NC, H', L[b], N[b], O[b], Bekkerus. — Εὔηνος) Wilkinsonus: „Parius fuit, Elegorum scriptor, cujus fragmenta aliquot hodie circumferuntur.“

§. 7. καὶ καρτερία καί) Eud τι post prius καί, El post alterum addit: post utrumque Cardwellus et Bekkerus codices suos, excepto M[b], secuti.

CAP. XI. (Cap. XII.) Etsi rationem satis commodam attulerimus, cur de voluptate hoc loco usque ad finem libri disputet Aristoteles (vide supr. ad c. 1, §. 1, p. 222), nihilominus mirari possis, cur de eadem materia iterum et uberius (X, c. 1-5) disserturus sit, nisi velis putare non singulas tantum sententias in his praelectionibus recensendis, sed totos tractatus de eadem materia repetitos fuisse. Praeter Aristotelis περὶ ἡδονῆς librum

singularem (cf. quae diximus supra, p. 2), qui titulus bis in elencho apud Diogenem Laërtium occurrit (V, §. 22. et §. 24), ita ut nostri duo tractatus sic explicari possint: citat Diogenes (V, §. 44) librum Theophrasti *περὶ ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης*, et §. 46. *περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς*. Casaubonus putat, tractatum de voluptate huc ex Eudemiis male translatum esse, qui illic quidem necessarius est, cum non, ut in nostro opere, alter huic quaestioni locus destinatus sit.

§. 1. *τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων*) Cf. supr. I, c. 2.

§. 2. *ἔθεμεν*) Cf. supr. II, c. 3, §. 1. — *ἀπὸ τοῦ χαίρειν*) *ἀπὸ τοῦ μάλιστα χαίρειν* M^b^, codex Coloniensis Lambini. Felicianus etymon esse putat a *μακροχαίριον* (Aspasius dicit saltem: *ἀπὸ τοῦ χαίρειν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ*): Camerarius a *μάλα χαίρειν*, ut Muretus conjecit, idque e Parisiensi Zellii Coraes in textum recepit.

§. 3. *τὸ αὐτό*) *ταὐτόν* NC, Bekkerus (K^b^ *ταὐτὸ τό*), Aspasius.

§. 4. *πᾶσα ἡδονὴ γένεσις*) Cf. Plat. Phileb. p. 53 (p. 223): *ἆρα περὶ ἡδονῆς οὐκ ἀκηκόαμεν ὡς ἀεὶ γένεσίς ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι τὸ παράπαν ἡδονῆς*; Quam sententiam Plato in Philebo amplexus est, Aristoteles eam refutat passim his capitibus, argumentans contra Philebum. Isque adeo finis esse videtur, quem auctor sibi hoc in singulari de voluptate tractatu scribendo proposuerit. — *γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή*) i. e. *mutatio ad explendam naturae necessitatem sensibus percepta;* plantae etiam naturae necessitatem crescendo explent, sed cum se expletas non sentiant, ut animalia edendo et bibendo, plantis non est voluptas. — *χαίρει*) sc. *τις*. — *οἷον τήν*) *οἷον τῇ* K^b^ (secundum Bekkerum), M^b^, corr. L^b^; tum intellige *χαίρων*. Zellius etiam ad accusativum subaudit *χαίρων*, Coraes *περί*. Sed supple *ἐμπόδιον εἶναι*: transit enim auctor in accusativum cum infinitivo, ut docent sequentia, cum alĭus opinionem proferat.

§. 5. *τοῦ δὲ μὴ πάσας σπουδαίας*) Subaudi cum Aspasio: *αἴτιον εἶναί τινες ἐδόξαζον*. — *καὶ ὅτι*) *καὶ ἔτι* H^a^, L^b^, N^b^, O^b^, Bekkerus, suadente Corae.

§. 6. *ὅτι δ' οὐκ*) *ἔτι δ' οὐκ* Par, M^b^. Sed supple eadem, quae §. praecedenti. Quare Aspasius: *πάλιν ἐδόξαζόν τινες, ὅτι*

κ. τ. λ. Vox ἔτι, quam Coraes in textum recepit, fluxit e Magn. Moral. II, 7: ἔτι δὲ καὶ ἄλλως ἐλέγετο, ὅτι οὐκ ἄριστον.

CAP. XII. §. 1. (Cap. XIII.) μὴ εἶναι ἀγαθόν) sc. τὴν ἡδονήν. Hoc ad nostrum caput, verba μηδὲ τὸ ἄριστον ad sequens caput spectant: ἐκ τῶνδε sunt, quae disputaturus est. — ἀκολουθή-σουσιν) Prius ἀκολουθήσουσιν om. Par, posterius Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos excepto O^b: ἀκολουθήσουσιν, ὥςτε Coraes asteriscis inclusit. — φαῦλαι δοκοῦσαι) Addit εἶναι Par, et Bekkerus secundum suos codices, Cardwello de K^b non consentiente; quem codicem etiam αἱ μέν Cardwellus, qui ipsum sequitur, omittere dicit: id, quod rursus Bekkerus non notavit. — ἀλλά ποτε καί) ἀλλά verte *praeterquam*, ut supra V, c. 4. §. 18, et saepius. Bekkerus, silentio tandem rupto: „an forte ἀλλ᾽ ἤ?" Recte, sed correctione non opus est; nescit enim vir doctus, ex Aristotelico usu ἀλλά pro ἀλλ᾽ ἤ poni. — αἱρεταὶ δ᾽οὔ) sc. ἁπλῶς. Aspasius: αὐταὶ δὲ καθ᾽ αὑτὰς αἱρεταὶ οὐκ εἰσίν.

§. 2. τῆς ὑπολοίπου) Sic M^b, Wilkinsonus et Zellius sine varietate codicum suorum, Eud, Ven, codex Acciajoli, vulgo. Verte: *Est operatio in cupiditatibus habitus et naturae cum dolore conjunctae*, quippe quae fame, siti, aliisque defectibus crucietur, et ad explendam hanc necessitatem operetur. Aspasius agnoscens etiam alteram lectionem τῆς ὑπολοίπου (quod habent H^a, K^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus: ἐπιλοίπου L^b, O^b), eodem tamen modo et ipsam illustrat: τῆς λειπαζομένης φύσεως καὶ ἐν ἐνδείᾳ οὔσης βρωμάτων, molestia (ὑπολύπου) enim consequentia indigentiae (ὑπολοίπου) est. Ὑπολοίπου vel ἐπιλοίπου Paraphrastes quoque legisse videtur: ἡ δὲ ἐνέργεια τὴν ἐλλείπουσαν ἕξιν ἀναπληροῖ. Cum tamen sint qui dicant, ὑπόλυπος non esse vocem Graecam (obvia tamen est et in Eudemiis) et ὑπόλοιπος tantum significare *restans* (quare Coraes et ἐπιλοίπου praeferendum censet): ii, quam et ipse probo, Victorii explicationem amplexantor, qui auctore Argyropylo dicit, exerceri voluptatem (ἔστι δ᾽ ἡ ἐνέρ-γεια) „in cupiditatibus explendis instaurandisque habitus ejus, in quo vestigium *restabat* habitus pleni ac naturae." Etenim siti et fame impelli prorsus non possemus ad explendam hanc

cupiditatem, nisi in hoc nostri habitus et naturae defectu memoria restaret pristini status, quo haec aderant quae concupiscimus. Fortasse qui hunc sensum concoquere non potuerunt, aut propter ἄνευ λύπης, quod sequitur, jam inde ab Eudemo intruserunt ὑπολύπου: aut, propter sequens τῆς φύσεως οὐκ ἐνδεούσης, alteram vocis ὑπολοίπου significationem arripuerunt. Non male autem ad declarandam orationem Cardwellus e K[b] pro ἔστι δ' ἡ ἐνέργεια ἐν ταῖς dedit ὅτι αἱ ἐνέργειαι ἐν (μὲν secundum Bekkerum) ταῖς: sunt enim tales operationes eaedem, quae supra αἱ καθιστᾶσαι vocabantur. — ἐπεὶ καὶ ἄνευ λύπης) Hanc posteriorem voluptatum speciem Plato in Philebo p. 42 (p. 199) cum non agnoscat, hoc loco Aristoteles ei contradicit. — αἱ τοῦ θεωρεῖν ἐνέργειαι) K[b] habet ἡ τοῦ θεωρεῖν ἐνέργεια. — ἐνδεούσης) Legunt ἐνδεοῦς οὔσης Par, H[a], L[b], M[b], N[b], Bekkerus: ἐνδεούσης οὔσης O[b]. — ἡδεῖ χαίρουσιν) χαίρουσιν ἡδεῖ cum H[a], L[b], N[b], O[b] Bekkerus. — ἀναπληρουμένης) Recte Paraphrastes de conatu accipiens explicat ἐνδεεῖς ὄντες τρεφόμενοι et πρὶν πληρωθῆναι: vocem καθεστηκυίας vero, μετὰ τὸ πληρῶσαι τὸ ἐλλεῖπον et πληρωθέντες, quia tum in naturali statu constituti sumus. — ὥστε οὐδ' αἱ ἡδοναί) sc. οὔτε φύσει οὔθ' ἁπλῶς ἡδύ.

§. 3. οὐ γὰρ γενέσεις εἰσὶν αἱ ἡδοναί) om. αἱ ἡδοναί Bekkerus. Vide quae Plato cum his pugnantia profert in Philebo p. 52-53 (p. 224-226). Πᾶσαι, quod sequitur, refer tantum ad οὐδὲ μετὰ γενέσεως. Aristoteles enim nullam voluptatem putat esse revera generationem, sed non omnes sine generatione aliqua, ut in secundo tractatu de voluptate clarius docebit infra X, c. 3, §. 4-8; cf. Magn. Mor. II, 7. — οὐδὲ γινομένων) Voluptas, quae est operatio et finis, non existit quando gignuntur quaedam in nobis: quemadmodum quando justa aliqua facimus, nondum justi sumus, etiamsi justitiae habitus paulatim in nobis se formet; ita ut justitia aut voluptas tum demum exstent, cum operantes utamur jam habitu. Sic Paraphrastes et Aspasius. Supple igitur ἕξεων (Aspasius ἑτέρων τινῶν) ad γινομένων, ad χρωμένων vero ἡμῶν. — τῶν εἰς τὴν τελείωσιν) Sunt eaedem, quas supra (§. 2) auctor nominaverat αἱ καθιστᾶσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν. — ὅτι κυρίως ἀγαθόν) Zellius hunc locum plane

se non intelligere profitetur, quippe qui putet, Aristotelem adhuc de opinione eorum loqui, qui voluptatem summum bonum et omnino bonum esse negent, cum pro generatione habeant. Sed jam alios Noster tangit, qui voluptatem generationem ideo esse putant, quod sit proprie bonum, proprie autem bonum operationem et operationem generationem esse. Refutat tamen hanc sententiam Aristoteles, dicens operationem esse aliud quid. Scilicet exercitatio felicitatis nihil est imperfecti (ἀτελές), ut generatio, sed perfectum quiddam (τέλειον), cum finem (τέλος) in se ipsa contineat.

§. 4. τὸ αὐτὸ καί) sc. τὸ ὑγιεινὰ εἶναι φαῦλα. Nempe: *Item est ac* (καί) si dicas salubria esse prava, *quia* (ὅτι) *nonnulla salubria sint ad pecuniam quaerendam inutilia.* — ταύτῃ) Respectu alius rei (morbi, quaestus) jucunda aut salubria sunt prava, sed non simpliciter prava propter hoc ipsum (κατά γε τοῦτο), i. e. quia jucunda aut salubria. Itaque ad prius φαῦλα suppleas κατὰ συμβεβηκός, ad posterius ἁπλῶς. — τὸ θεωρεῖν ποτὲ βλάπτει) Aspasius: εἰ γάρ τις ἀῤῥωστῶν θεωρεῖ ἤτοι ἀναγινώσκει καὶ νοεῖν ἐπιχειρεῖ θεωρήματα ὑψηλά, ἐμποδίζεται μᾶλλον πρὸς τὸ ὑγιᾶναι, καὶ ἐπιτείνεται ἡ αὐτοῦ ἀῤῥωστία. διὸ καὶ οἱ ἰατροὶ παρακελεύονται τοὺς ἀῤῥώστους μὴ ἀναγινώσκειν.

§. 6. εὐλόγως) Cum ars sit facultatis aut habitus, non operationis quae ex facultate procedit, voluptas autem operatio: sequitur, artem non esse voluptatis. Viles enim, quae subjunguntur artes, regulam non subvertunt.

§. 7. τὸν φρόνιμον διώκειν τὸν ἄλυπον βίον) Hoc item Plato proposuerat in Philebo, p. 55 (p. 226).

CAP. XIII. §. 1. (Cap. XIV.) πῇ, τῷ ἐμποδιστική) τῷ πῇ ἐμποδιστική El, Vrat, Bekkerus sine lectionis varietate, Ven; Par om. τῷ. Putaverunt Eudemus et Paraphrastes πῇ τῷ legendum esse: πῇ enim opponitur τῷ ἁπλῶς, et pro κατά τι Pararaphrastes dictum putat: τῷ ἐμποδιστική autem adjecit auctor ad declarandum illud πῇ. Adstipulari videtur Aspasius interpretans: ἀλλὰ πῇ κακὸν καὶ φευκτόν, ἤτοι καθὸ ἐμποδιστική. Cum tamen plurimi codices τῷ πῇ exhibere videantur, haec lectio ex Aristotelis calamo fluxisse putanda est, cum et ipsa eandem sententiam tecte contineat, quam altera explicate. — φευκτόν τι) φευκτόν τε H^{a}, L^{b},

N^b, Bekkerus. — Σπεύσιππος) Dicebat Speusippus, voluptatem, etsi oppositam dolori qui sit malum, ideo tamen non jam esse bonum; nam sicuti voluptas et dolor opposita sint bono, ita et majus et minus opposita esse aequali: non tamen majus, oppositum minori quod sit inaequale, inde jam aequale fieri. Hanc solutionen Aristoteles non admittit, quia sequeretur, voluptatem esse malum, cum voluptas et dolor bono sint opposita. Sic Aspasius et Paraphrastes. De hac Speusippi sententia vide Gellium, Noct. Att. IX, 5, ed. Gron.: *Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese. bonum tamen esse quod utriusque medium foret.* Ad φαίη cave intelligas Speusippum, iste enim hoc ipsum, teste Gellio, dicit, voluptatem et dolorem duo mala esse; sed more solito subaudi τις, quod additum τῷ οὐ facit οὐδείς, ut Paraphrastes et Aspasius exhibent.

§. 2. ἄριστον δ') δ' om. M^b: τ' scripsit Bekkerus e reliquis, ut videtur, codicibus. — ἐπιστήμην τινά) Aspasius: ἀρίστην, ἤτοι τὴν φιλοσοφίαν. — φαύλων οὐσῶν) Aspasius non recte intelligit artes viles (βαναύσους), ut σκυτοτομικήν: sed sunt potius quae ad luxuriam et ad effeminandos animos pertinent, ut, quam idem citat, ὀρχηστική, vel supra (c. 12, §. 6.) Aristoteles, μουσική et similes. — ἡδὺν οἴονται) Haec Philosophus exposuerat supra I, c. 8, §. 10-14. — διὸ προσδεῖται) Cf. ibid. §. 15-16. Non tamen rejicit auctor lectores ad haec duo loca, cum hic tractatus de voluptate liber fuerit singularis.

§. 3. Hanc sententiam habuimus I, c. 5, §. 6; c. 9, §. 11. Et Theophrastus in libro de vita beata (quem agnoscit etiam Diogenis Laërtii elenchus: V, §. 43) fusius de hac re disputasse videtur, ut patet e Cicerone, Tusc. Quaest. V, 9, quem vituperat Victorius, quod reprehenderit Theophrastum cum magistro consentientem. — τροχιζόμενον) Coraes: βασάνου εἶδος ἦν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ὁ τροχός· καὶ τὸ τροχίζεσθαι, ὅπερ „ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῦσθαι“, ἢ „ἕλκεσθαι“ λέγει ὁ Ἀριστοφάνης (Πλοῦτ. 875. καὶ Εἰρ. 452). — ἢ ἑκόντες) Aspasius: ἤτοι ἢ γιγνώσκοντες, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος εὐδαίμων, κρύπτοντες τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν λέγουσιν, ἤτοι ψεύδονται εὐδαίμονα τὸν τοιοῦτον ὀνομάζοντες. Idem

interpres ἢ ἄκοντες explanat: ἤτοι ἀγνοοῦντες τίς ἐστιν ὁ κυρίως εὐδαίμων. Ita ut ἑκόντες fere idem significet, quod l. l. (I, c. 5, §. 6) εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων.

§. 4. δοκεῖ τισιν) Vide supra I, c. 7, §. 17.

§. 5. ἄριστον) τὸ ἄριστον El, NC, Par, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus. — φήμη) Sunt versus Hesiodi: ἔργοις καὶ ἡμέραις, 762-763. — οὔ τί γε) Hesiodus οὔ τις. — λαοὶ Πολλοί) Aspasius πολλοὶ Λαοί, ut est quidem apud Hesiodum: K^b οἱ πολλοί: Par, L^b, M^b, N^b, O^b omittunt λαοί, et πολλοί in fine prioris versus ponunt. — Φημίξωσιν) Est in Vrat et Ven: Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices omiserunt: φημίζωσιν Eudemus, Aspasius, Wilkinsonus sine nota critica, Coraes: Paraphrastes cum Hesiodo φημίζουσιν.

§. 6. ἡ αὐτή) sc. πᾶσιν. Sic Paraphrastes: ἐπεὶ οὐδὲ πάντα τὴν αὐτὴν ἕξιν ἔχει, ἢ τὴν αὐτὴν φύσιν. Item Aspasius: ἔστι γὰρ φύσις καὶ ἕξις θηριώδης, καὶ ἔστι φύσις καὶ ἕξις νοσώδης. — ἔχει τι θεῖον) K^b ἔχει τὸ θεῖον. — εἰλήφασί γε) γε om. El, Bekkerus secundum H^a, K^b (dissentiente Cardwello), L^b, Ven, Aspasius. — παραβάλλειν) sc. ἑαυτούς. Aspasius: οἱ πλείονες πρὸς τὰς σωματικὰς μᾶλλον ῥέπουσιν.

§. 7. καὶ ἡ ἐνέργεια) Est subjectum cum ἡδονή conjunctum, quorum attributum ἀγαθόν. Itaque Paraphrastes: ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια. Et addunt quidem ἡ ante ἡδονή M^b, O^b. Male tamen M^b omittens ἡ ante ἐνέργεια, hanc vocem pro attributo habet. — ἐνδέχεται ζῆν) sc. τὸν εὐδαίμονα. Post ζῆν demum signum interrogationis ponunt Eud, Ven, Coraes et Bekkerus, ἐνδέχεται et ipsum ad εἴπερ referentes. Sed est κλίμαξ in probando, voluptatem esse bonum; et intellige cum Argyropylo, Lambino et Garvio: „*Primo cur opus sit felici voluptas, si non bonum? Deinde* (sc. si voluptas non bonum) *poterit* felix *et in dolore aetatem degere*; quod absurdum.“ Qui in praesenti, quod vividius est, offenderunt, aliter interpunxerunt. — εἴπερ μηδ' ἡδονή) sc. οὔτε κακὸν οὔτε ἀγαθόν ἐστιν. Adjicitque Aspasius: ὡς γὰρ ἔχει τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων, καὶ τὸ ἕτερον οὕτως ἕξει. Scilicet si uni oppo-

sito e contrariis attributis neutrum contingit, continget neutrum etiam alteri opposito.

CAP. XIV. §. 1. *τοῖς λέγουσιν*) i. e. iis, qui secundam opinionem proposuerunt. Non male Aspasius in commentario initium §. 2. *διὰ τί οὖν* cum prima §. conjunxit et ad *ἐπισκεπτέον* retulit. — *ἔνιαι*) *γε* addunt El, Vrat, Bekkerus sine lectionis varietate (de K[b] Cardwello dissentiente), Ald, Ven.

§. 2. *ὅσων μή*) Sunt secundum Aspasium et Paraphrasten *ἕξεις θεωρητικαί*, quae nunquam excedunt modum (*οὐχ ὑπερβάλλουσι τὸ δέον*), ut interpretatur Paraphrastes; nunquam enim nimium contemplari et nimium intelligere possumus, ita ut excessus horum habituum nunquam sit vituperabilis, ut explicat Aspasius. Sed subjungit recte Donatus Acciajolus, etiam operationes secundum virtutes morales non recipere excessum, cum optimum sit *ἀκρότης* (cf. II, c. 6, §. 16). — *ἐναντίως*) Cum excessus tantum voluptatis fugiendus sit, dolor autem vel minimus voluptati, nimiae tamen voluptati non nisi ex eventu oppositus sit, si quis nempe nimiam voluptatem persequitur: solvitur difficultas, quod omnis dolor sit malum, cum quaedam voluptas (nempe nimia) non sit bonum; nam dolor, qui est malus, non opponitur voluptati, quae est mala, nisi ex eventu, quod voluptati, cui opponitur dolor, contingit, ut sit nimium, adeoque malum. Si dolor simpliciter excessui voluptatis, qui est malus, opponeretur, e ratione contrariorum colligendum esset, dolorem esse rem bonam. Et hunc eundem sensum elicuit etiam Paraphrastes, quem sequitur Muretus, interpretatione tamen paululum mutata: Nimiae voluptati non est dolor oppositus, cum nemo doleat, nimiis quod careat voluptatibus, nisi ille ipse qui persequatur nimias voluptates; hujusmodi autem dolor non est verus dolor, sed ut dicit Paraphrastes bonus dolor, quia malae voluptati oppositus est. Ita ut secundum eundem hoc modo solvatur difficultas: *ὥστε πᾶν ἀγαθὸν φευκτῷ ἐστὶν ἐναντίον, καὶ αἱ φαῦλαι ἡδοναὶ ταῖς ἀγαθαῖς λύπαις εἰσὶν ἐναντίαι, καὶ αἱ ἀγαθαὶ ταῖς φευκταῖς.*

§. 3. (Cap. XV.) Cum *ἐπεί* hoc loco non sine apodosi esse possit, quia sequitur *δέ* (cf. supr. ad V, c. 6, §. 7), et

ὥστε apodosin inchoare vix possit, incepi apodosin ab *πρῶτον μὲν οὖν δή*. Nam locus, quem citat Zellius (Phys. III, 4: *ἐπεὶ γὰρ τὸ γιγνόμενον — ἄρξασθαί ποτε κινούμενα*), orditur apodosin non, ut vult ille, ab *ὥστε ἀνάγκη*, sed jam inde a *καί τινα ἀρχήν*. In altero autem loco a Zellio laudato (Poët. c. 9. vel c. 10. ed. Buhle, fin.: *ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον — εἶναι καλλίους μύθους*) nescio, utrum *ἐπεὶ δέ* sine apodosi, an ipsum *ὥστε* in apodosi praeferam; prior tamen ratio magis placet. Nostro loco *οὖν* in apodosi omittunt NC, Par, L[b], M[b]; quam omissionem ubique notare piguit.

§. 4. *παρὰ τὸ ἐναντίον*) E contrario; i. e. curationes comparatae cum doloribus, quibus contrariae sunt, ita voluptates esse videntur. Paraphrastes dicit, eas eodem tempore, quo dolorem corporeum, apparere (*παρὰ τὸν καιρὸν τῆς λύπης*). Sic et Aspasius, sed rectius addit: *διὰ τὸ φαίνεσθαι ἀναγκαῖαι εἶναι περὶ τὸ ἐναντίον*. — *διὰ δύο ταῦτα*) Haec duo, §. 3. exposita (*ὅτι ἐκκρούει τὴν λύπην* et *διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῆς λύπης*), quae quidem efficiebant, ut voluptates corporis essent magis expetendae, non tamen bonas eas reddere possunt propter duas alias rationes, quae patent e textu: *ὅτι αἱ μὲν φαύλης* et *αἱ δ' ἰατρεῖαι ὅτι*. — *τελειουμένων*) De conatu et fine nondum impetrato, ut supra (c. 12, §. 2) *ἀναπληρουμένης*. Aspasius: *αἱ δὲ τῶν ἡδονῶν γίνονται τελειουμένων τινῶν ἐπιθυμημάτων, ἤτοι πληρουμένων τῶν ἐνθυμήσεων καὶ ἐπιθυμιῶν*. Thomas Aquinas eum secutus: „Cum ii, qui desiderant, perficiuntur, atque in integrum naturae statum restituuntur."

§. 5. *αὐτοὶ γοῦν αὐτοῖς*) Similes sunt iis, qui, ut dicit Aspasius: *βουλόμενοι πίνειν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐσθίουσιν ἁλμυρά τινα, ἵνα διψότεροι οὕτω γίνωνται*. Sed is quidem interpres satis absurde sensu proprio, non per translationem dictum putat, ut tamen indicat vox *τινάς*.

§. 6. *ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι*) Ut temulenti quo magis inebriantur eo majore siti impelluntur, sic juvenes propter corporis incrementum semper voluptates corporeas sectantur; est enim prona ad voluptates juventus.

§. 7. *αἱ δ' ἄνευ λύπης*) sc. *ἡδοναί*. Paraphrastes: *αἱ δὲ*

ἡδοναὶ αἱ θεωρητικαὶ, ὧν οὐ προηγεῖται λύπη. Pro λύπης habent λυπῶν H^a, K^b, L^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus. — τοῦ ὑπομένοντος ὑγιοῦς) Non sine fructu medicus fuerat Aristoteles, cum dicat in aegro quidquid sanum atque integrum subest operari ut valetudo redeat; et moritur animal, si sanae parti non satis virium est, ut aegritudinem, atque adeo medicamentum superet. Cf. Hegelium: *Encyclopaedie d. phil. Wissenschaften*, §. 373 (*Werke: Bd.* VII, 1), *S.* 684-691.

§. 8. οὐδὲν ἡδὺ τὸ αὐτό) Subaudi ἡμῖν ex ἡμῶν sequenti. — ἁπλῆν εἶναι ἡμῶν) Praeter simplicem illam sibique semper eandem operationem quae cogitatione cogitationis continetur, qua quidem Dei natura constat, homini insuper insunt virtutes morales sensibilisque natura: multiplicium illorum habituum diversae sunt operationes, diversaeque adeo voluptates. — φθαρτά) φθαρτόν M^b: φθαρτοί Argyropylus, Coraes. Aspasius ἕτερον explicans: ἤτοι τὸ σῶμα, καθὸ καὶ φθαρτοί ἐσμεν. — ὅταν δ' ἰσάζῃ) Ne cum Garvio intellige de indifferentis animi statu, quo neque cogitationi neque sensibus priores partes tribuimus, qui est status pessimus, et ne cogitari quidem potest. Sed accipe ita ut ambae animi functiones exaequatae sint ad eum modum, quem postulat justitia, quae ut vidimus est aequale per proportionem: nempe ut cogitatio regat et sensus obediat. Sic Paraphrastes, qui habet: ὁπόταν δὲ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρετὴν μελέτης τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ἀκολουθήσῃ, τηνικαῦτα οὖς ἐνεργοῦσα ἥδεται ἡ ψυχὴ, οὐχ ἥδεται μὲν τὸ σῶμα καθόσον οὐκ εἰσὶν αἰσθητὰ, οὐκ ἀλγεῖ δέ. Item Aspasius. — καὶ ἡδονὴ μᾶλλον) Alteram sententiam amplexi sunt Cyrenaici, alteram Epicurus, auctore Diog. Laërt. X, §. 136: οἱ μὲν γὰρ τὴν καταστηματικὴν οὐκ ἐγκρίνουσι, μόνην δὲ τὴν ἐν κινήσει· ὁ δὲ ἀμφότερα, ψυχῆς καὶ σώματος. — γλυκύτατον) Positivum γλυκύ, qui exstat in poëta (Euripid. Orest. v. 234), Coraes in textum recepit, cum M^b ἡδύ legat.

§. 9. ἐροῦμεν) ἔστιν εἰπεῖν καὶ ποῖόν τι καὶ τίς ὁ φίλος L^b, O^b; quasi in his compagibus et nexibus librorum et tractationum ab Aristotelis manu non profectis majorem etiam mutandi libertatem discipuli, quiqui opera ejus in hunc ordinem rede-

gerunt, sibi assumserint. Et his fere verbis incipit tractatus de amicitia in Eudemiis, initio libri VII; unde putaverit quispiam, discipuli additamentum in aliquot genuini operis codices irrepsisse.

LIBER VIII.

CAP. I. §. 1. (Cap. I.) *ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς*) Scilicet non tota amicitia est virtus, ut quae inter *ἀπέχθειαν* et *κολακείαν* media citabatur virtus *φιλία* (cf. supr. IV, c. 6, §. 4). Sed cum amandi affectus, ut Aristoteles ibi exponit, amicitiae quidèm, non vero virtuti illi, adsit necesse sit, amicitia est cum affectu, virtus igitur unum tantum ejus momentum (*μετ' ἀρετῆς*). Bonorum tamen amicitia, de qua in sequentibus auctor multa disputaturus est, sane ipsa *ἀρετή τις* potest vocari. — *τηρηθείη*) sc. *ἡ εὐετηρία*: non, ut vult Paraphrastes, *ὁ εὐδαίμων*. Aspasius: *πρὸς γὰρ φυλακὴν καὶ σωτηρίαν τῶν ὑπαρχόντων τοῖς πλουτοῦσι μεγάλη δύναμις ἡ παρὰ τῶν φίλων.*

§. 2. *ἐν πενίᾳ δὲ καί*) *τε* pro *δέ* Ven, Par, Bekkerus. — *καὶ νέοις δέ*) Fritzschius: „Particulae *καὶ-δέ* ita superioribus annectunt res, ut vocabulo inter eas interposito, graviter acuto elatoque, res nova prioribus opponatur." — *βοηθείας*) Zellius accipere vult de auxilio, quo senes sibi ipsi opitulari non possunt jungens *δι' ἀσθένειαν τῆς βοηθείας*. Dativos autem *νέοις* et *πρεσβυτέροις* ita intellige, ut subaudias *καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους*: nisi velis cum L[b], O[b] pro *νέοις δέ* legere *νέοις δεῖ*, et supplere *φιλίας*, aut cum M[b] *βοήθεια* pro *βοηθείας*, supplendo *ἡ φιλία*. Paraphrastes *οἱ φίλοι* supplet: *τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως διὰ τὴν τῆς ἡλικίας ἀσθένειαν αὐτοὶ ἀναπληροῦσιν.* Adhuc expeditior fit structura Bekkero, legenti cum Par, H , N[b] (K[b] secundum Cardwellum; Bekkerum sigla codicum inter se permutasse, jam apparet) *βοηθεῖ* et subaudienti item *ἡ φιλία*. Sed Stahrius in recensione prioris meae horum Ethicorum editionis *(Neue Jahrb. für Philol. Bd.* XIV, *Heft* 8, p. 384-385*)* auctoritati veterum editionum et majoris codicum numeri super-

sedendum non putat. Accipit igitur optime *βοηθείας* casu quarto pluralis, et, sicut *καταφυγήν*, tanquam attributum vocis *τοὺς φίλους*. Citatque Plutarchum (*περὶ Πολυφιλ.* T. VI, p. 354. 4. ed. Reisk.) ab Aristotelis his libris multa aperte mutuatum: *ἐπαγγέλλεται φιλία καταφυγὴν καὶ βοηθείαν.* Exempla autem pluralis multa affert, ut Arist. Oeconom. I, c. 3: *φαίνονται γὰρ μᾶλλον βοηθεῖαι γινόμεναι καὶ εὔνοιαι καὶ συνεργίαι ἀλλήλοις.* — *σύν τε δύ' ἐρχομένω*) Versus notissimus Homeri (Iliad. X, v. 224) Diomedem inducentis, qui se speculandis Trojanorum rebus offert, et e ceteris comitem sibi adsciscit Ulyssem. Qua in expeditione interficiunt Rhesum et Dolonem. Pertinentque et sequentes versus ad nostram sententiam:

σύν τε δύ', ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν,
ὅππως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

§. 3. *τῷ γεννήσαντι*) Addunt *καὶ πρὸς τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι* CCC, H^a, N^b, Ven (*πρός* omisso), Bekkerus: Fritzschius uncinis inclusit; K^b exhibens haec quidem verba excepto *καί*, priora *πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι*, nec non *καί* ante *οὐ μόνον*, omittit. — *ἐν τοῖς πλείστοις*) om. *ἐν* Par, Ven, Bekkerus. — *τοῖς ὁμοεθνέσι*) Paraphrastes: *καὶ οὐκ ἐν γεννῶντι μόνον καὶ γεννωμένῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὁμογενέσι πρὸς ἄλληλα.* — *ἐν τοῖς πλάναις*) Idem: *ὅ τε πλανώμενος, εἰ συντύχοι μόνον ἀνθρώποις, μάλιστα χαίρει.*

§. 4. *ἐχθράν*) *ἔχθραν* Bekkerus secundum H^a, K^b (Cardwello dissentiente), N^b. Fluxit e Paraphraste: *ἡ δὲ στάσις ὁμοία ἐστὶ τῇ ἔχθρᾳ.* Fritzschius rationem, cur praeferat substantivum, affert hanc: „Nam notiones hoc loco notionibus, res appetendae rebus declinandis opponuntur." — *δικαίων τὸ μάλιστα*) Intelligit Aspasius *τὸ πολιτικόν*, quod supra Aristoteles (V, c. 6, §. 4) *ἁπλῶς* (vel *κυρίως*) *δίκαιον* vocaverat; pergitque interpres: *ὅπερ ὅμοιόν τί ἐστι τῷ φιλικῷ· κατ' ἰσότητα γάρ ἐστι τῶν κοινωνῶν. εἴρηται δὲ, ὅτι καὶ ἡ φιλία βούλεται τοὺς φίλους ὡς οἷόν τε ὁμοίους εἶναι.* Alteram interpretationem, et ipsam Aspasio notam, protulit Paraphrastes: *τὸ μάλιστα δίκαιον φιλικὸν εἶναι δοκεῖ*, vel ut dicit Aspasius: *πάντων τῶν δικαίων μάλιστα δίκαιόν ἐστι τὸ πρὸς τοὺς φίλους.* Amicitia enim est, ut vidimus, ad summum ca-

cumen provecta justitia, cum eam in se contineat. Ita explicat Garvius. Quamobrem Coraes *τὸ μάλιστα δίκαιον* de *aequitate* accipere potuit. Sic sane cum praecedentibus haec verba melius cohaerere videntur, sed novi nihil afferunt. Praeterea *φιλικόν* non potest esse subjectum, cum absit articulus, sed *τῶν δικαίων τὸ μάλιστα.* Sin autem conjunxeris *τὸ μάλιστα φιλικόν*, quid hoc sit, quaero. Nam de tribus amicitiae speciebus, quarum praestantissima sane *τὸ μάλιστα φιλικόν* nominari possit, non jam auctor locutus est. Quid? Etiamsi *τὸ μάλιστα φιλικόν* praestantissimam amicitiam designare concedamus, num reliquae amicitiae *τῶν δικαίων* esse non videantur quaero. Conjunge utramque interpretationem: Summum jurium cacumen, civium societas, est ipsa amicitia; et hanc quartam Noster addit rationem, cur amicitia majori quam justitia latoribus legum curae sit; prima incipit l. 3. *ἡ γάρ*, altera l. 5. *καὶ τήν* , tertia l. 6. *καὶ φίλων.*

§. 5. *φιλοφίλους*) *φίλους* Par, K^b, M^b, O^b, Cardwellus. — *πολυφιλία*) *φιλοφιλία*, quae in solo Vrat exstat, erat vulgata ad Zellium usque. — *ἔτι καὶ ἔνιοι*) *καὶ ἔνιοι* H^a, M^b, N^b, Bekkerus: *καὶ ἔτι* K^b, L^b, O^b. — *ἄνδρας οἴονται*) *οἴονται ἄνδρας* H^a, L^b, M^b, N^b, O^b, Bekkerus: *οἷόν τε ἄνδρας* K^b.

§. 6. (Cap. II.) *φασίν*) Homerus, Od. XVII, v. 218:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Accentum poëtice mutatum exhibent in textu Aristotelico Par, Ald, Ven, Turnebus, Morellius, quos secuti sumus. — *κολοιόν*) Coraes: *πληρέστερον ἐν ἄλλοις* (*Ἠθικ. μεγάλ.* B, *ιά*) *ἐξήνεγκε τοῦτο*: „*Κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει.* Addunt Eudemia VII, 1:

ἔγνω δὲ φώρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

— *οἱ δ' ἐξ ἐναντίας*) Hesiodus, *ἔργων καὶ ἡμερῶν* v. 25:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

— *Εὐριπίδης*) Horum versuum initium etiam citatur Magn. Mor. II, 11, et Eudem. VII, 1. Integros servaverunt Athenaeus Deipnos. XIII, p. 599, et Stobaeus Eclog. Phys. p. 21 ed. Canter. (citante Zellio):

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου Γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς Οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου, πεσεῖν ἐς Γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον, εἰς ταὐτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

— Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον) Cf. Eudemia VII, 1: οἱ δὲ τὰ ἐναντία φίλα· καὶ Ἡράκλειτος ἐπιτιμᾷ τῷ ποιήσαντι (nempe Homero):

ὡς Ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο·

οὐ γὰρ ἂν εἶναι ἁρμονίαν, μὴ ὄντος ὀξέος καὶ βαρέος, οὐδὲ τὰ ζῷα ἄνευ θήλεος καὶ ἄρρενος ἐναντίων ὄντων. — Cf. Platon. Sympos. p. 187 (p. 397): τὸ ἓν γάρ φησι διαφερόμενον αὐτὸ αὑτῷ ξυμφέρεσθαι κ. τ. λ. Sext. Empir. Hyp. Pyrrh. I, c. 29, §. 210, τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν: eod. II, c. 6, §. 63. Vide Hegelii *Gesch. d. Philos.* T. I, p. 305-308. — Ἐμπεδοκλῆς) Cf. Ἐμπεδοκλέους περὶ φύσεως α, v. 158-159 (ed. Sturz):

ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε,
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.

Vide et Magn. Mor. II, 11, et Eudem. VII, 1.

§. 7. παραφείσθω) ἀφείσθω H', K^b, L^b, O^b, Cardwellus, Bekkerus: παρείσθω NC, Par, M^b, N^b, Coraes. — οἱ μὲν γὰρ ἓν οἰόμενοι) Contendunt, unam tantum speciem amicitiae esse, quia, quae quantitate tantum differunt (ἐνδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον), qualitate vel genere diversa esse non possint; quantitate autem diversas esse amicitias, quia, ut dicit Aspasius, μᾶλλον μὲν (ἐστι) ἡ τῶν ἀγαθῶν, ἧττον δὲ ἡ τῶν πονηρῶν. Hoc argumentum refutat Aristoteles optimo jure, dicens hanc quantitatis differentiam aliam etiam qualitatem et speciem efficere, cum nihil impediat, quominus diversae species ita inter se distinguantur, ut altera sit amplificatio, altera deminutio (δέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει). Cujus rei exemplum afferunt Paraphrastes et Aspasius substantiam et accidentia, quae etiamsi sunt entia genere diversa, tamen substantia magis recipit ens, accidentia autem minus: διὰ γὰρ τὴν

οὐσίαν καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει τὸ εἶναι, inquit Aspasius. Haec est simplicissima explicatio, quam Zellius tamen Aristoteleis etiam obscuriorem esse arbitratur. — *εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔμπροσθεν*) Haec verba Zellius recte ad disquisitionem de vitiis spectare putat, in quibus defectus aut excessus eidem virtuti oppositi specie ab ea sunt diversi, etsi sint tantum amplificatio aut deminutio ejusdem affectus. Locum, quem Aristoteles attigerit, Zellius dicit esse libr. II, c. 8. Sed cum nusquam expressis verbis hanc sententiam hactenus proposuerit Philosophus, Aspasius cogitavit de Nicomacheorum partibus quibusdam, quae ipsius jam tempore exciderint. Quae tamen partes in opere tam absoluto excidere potuerint, non video.

CAP. II. §. 1. *φιλητά*) *φιλητόν* Fritzschius e K^b, L^b. — *ἂν εἴη*) Idem *εἶναι* e K^b. Male, quia tum suppleri possit *δόξειε*. — *ὡς τέλη*) Utile vero non est bonum ut finis, sed ut instrumenta: *τὸ δὲ χρήσιμον*, ut dicit Aspasius, *φιλητὸν ὡς τῶν εἰς τὸ τέλος τι συντεινόντων καὶ φερόντων*. Ceterum de tripartita illa bonorum ratione cf. supr. II, c. 3, §. 7.

§. 2. *τὸ ἡδὺ αὐτό*) *αὐτό* omiserunt Cardwellus et Bekkerus ducibus H^a, K^b, L^b, N^b; opponitur tamen *τὸ αὐτὸ ἡδύ* vel *ἁπλῶς ἡδύ* et *τὸ τινὶ ἡδύ*, ut supra *τἀγαθόν* et *τὸ αὐτοῖς ἀγαθόν*. Articulum autem eandem vim habere ac vocem *αὐτό* ad significandam ipsam ideam, jam supra (ad I, c. 2, §. 1) adnotavimus.

§. 4. *προσθετέον τό*) *τό* om. Par, Bekkerus. — *αὐτό*) *ταὐτό* Ven: *ταὐτόν* Par. Bekkerus. — *ἕν τι τῶν εἰρημένων*) i. e. bonum, jucundum, vel utile. Quae tria genera etiam initio capitis sequentis significantur, quibus quidem tres amicitiae species contineri dicuntur.

CAP III. §. 1. (Cap. III.) *εὐτραπέλους*) cf. supr. II, c. 7, §. 13; IV, c. 8, §. 10.

§. 2. *ᾗ ὁ φιλούμενός ἐστιν*) Sine dubio recte accentum posuit solus Cardwellus *φιλούμενος ἔστιν*. Nempe amatur, non quatenus existit, ut in vera amicitia; vel: quatenus est talis, ut dicit Argyropylus. Paraphrastes (*ὅτι τοιόσδε τις ἐστὶν αὐτός*) et Aristoteles mox ipse (*ᾗ ἐστιν ὅς ποτέ ἐστιν*), ex. gr. facetus

et urbanus: *εἰ γοῦν* (secundum Aspasium) *εὐτράπελοι μὲν εἶεν, αὐτοῖς δὲ μὴ ἡδεῖς, οὐδὲ φιλοῦσιν αὐτούς.* Male tamen Cardwellus mox etiam *ᾗ ἔστιν* dedit; est enim potius copula logica, cujus subjectum *ὁ φιλούμενος* et attributum *ὅς ποτέ* (*ὅσπερ* H', K^b, N^b, Bekkerus) *ἐστιν.* Majore jure Fritzschius prius *ἐστιν* enclitice scribere potuit, quippe qui cum K^b *ὁ* ante *φιλούμενος* ejecerit. Sed tum subjecto careret oratio; et cur non *φιλεῖται* scripserit Aristoteles, virum doctum rogo.

§. 3. *πρὸς ἐκεῖνα*) Scilicet, ut addit Paraphrastes: *καὶ ταῦτα ἔχουσα τέλη.*

§. 4. *φιλία δοκεῖ*) Eleganter *δοκεῖ φιλία* Par, H^a, K^b, M^b, N^b, Cardwellus, Bekkerus.

§. 5. *τῆς ἐρωτικῆς*) sc. *φιλίας.* Aspasius variam lectionem affert *τοῖς ἐρωτικοῖς*, quae etiam in M^b exstat. Sed intellige: Quia juvenes in affectu et voluptate versantur, et amicitia amatoria et ipsa istis continetur animi perturbationibus, ideo juvenes proni sunt ad amores.

§. 6. (Cap. IV.) *τῶν ἀγαθῶν δὲ τοιαῦται ἢ ὅμοιαι*) Cum omnium bonorum actiones sint tales (certae cujusdam, i. e. ejusdem naturae) aut omnium maxime similes inter se (*τῶν ἀγαθῶν δὲ τοιαῦται ἢ ὅμοιαι*), unicuique autem actiones propriae aut iis pares sint jucundae (*ἑκάστῳ γὰρ καθ' ἡδονήν εἰσιν αἱ οἰκεῖαι πράξεις καὶ αἱ τοιαῦται*): bonis bonorum actiones sunt jucundae. Sic Aspasius: *ἑκάστῳ γὰρ ἡδεῖαι αἵ τε οἰκεῖαι αὐτοῦ πράξεις, καὶ αἱ ὅμοιαι αὐταῖς. αἱ δὲ τῶν ἀγαθῶν πράξεις ἢ τοιαῦταί εἰσιν ἢ πάντων μάλιστα ὅμοιαι.* Et Paraphrastes: *ἕκαστος γὰρ χαίρει ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι καὶ διὰ τοῦτο ἥδεται καὶ ταῖς τῶν ἄλλων, ὅταν ὅμοιαι ὦσι ταῖς αὐτοῦ πράξεσιν ἢ αἱ αὐταί. αἱ δὲ τῶν σπουδαίων καὶ ἀγαθῶν πράξεις αἱ αὐταὶ καὶ ὅμοιαί εἰσιν· ὥστε φανερὸν, ὅτι οἱ σπουδαῖοι ἡδεῖς εἰσὶν καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις.* Praeeunte igitur Corae Cardwellus et Bekkerus pro *τοιαῦται ἢ ὅμοιαι* legunt *αἱ αὐταὶ ἢ ὅμοιαι* cum Par (*ὅμοια* superscripto *αι*), H^a, K^b (sed omissis *αἱ* et *ἢ*), L^b, M^b, N: interpretatio e Paraphraste in textum irrepsit. Plane tamen aliam interpretandi rationem ingressus est Lambinus, *αἱ τοιαῦται* adhuc ad *ἑκάστῳ* referens: *Suae enim cuique et tales, qualis quis est, vo-*

luptati sunt actiones. Sed tum non video, quid intersit inter οἰκεῖαι et τοιαῦται, nisi velis οἰκεῖαι non *propriae* sed *suae* interpretari, cum tamen τοιαῦται sensum a Lambino postulatum tum demum habere possit, cum οἰκεῖαι significet *propriae.* Vertas: *Unicuique voluptati sunt actiones propriae et ejusdem illius naturae: bonorum autem actiones sunt cujusdam alicujus naturae, i. e. omnes sibi similes.*

§. 7. καθ' αὑτούς) Exspectaveris καθ' αὑτό, ut M[b] legit, et Lambinus vertit: Muretus καθ' αὑτά conjecit. — ταύτῃ γὰρ ὅμοια καὶ τὰ λοιπά) sc. εἴδη τῆς φιλίας. Verte: *Huic amicitiae similes sunt reliquae amicitiae; et absolute bonum est etiam absolute jucundum.* Nempe reliquae amicitiae e similitudine tantum dicuntur, et non proprie sunt amicitiae, ut exponunt Graeci interpretes. Lectionem, quam Cardwellus et Fritzschius e K[b] adsciverunt, ταύτῃ (Victorius ταῦτα e nonnullis codicibus) γὰρ ὅμοιοι καὶ τὰ λοιπά, Aspasius sic interpretatur: ὅμοιοί εἰσιν ἡδεῖς τε ὁμοίως καὶ χρήσιμοι, οὐ μόνον ἀγαθοὶ ὁμοίως. Nec sensum lectio magnopere diversum, sed cum sequentibus insulsam praebet tautologiam, praeterea jam supra (§. 7) obviam. Priori explicationi opponit Zellius, „τὰ λοιπά non nisi admodum coacte ad amicitiae genera referri posse," additque: „proxime sequentia τό τε ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ἁπλῶς ἐστι non satis commode cum praecedentibus coeunt." Itaque vulgatae lectioni sic lucem afferre conatur: „Huic bonorum virorum amicitiae sunt morum similitudo et reliqua, quae ad firmam et veram amicitiam requiruntur, i. e. absolute bonum et absolute jucundum." Sed non vidit, ineptissima tautologia tunc enuntiationes ταύτῃ γάρ κ. τ. λ. et ταύτῃ δέ κ. τ. λ. laborare. Vulgata vero explicatio duas exhibet rationes, cur verae amicitiae omnia insint, quae de amicis per se praedicantur (εἰρημένα καθ' αὑτούς): 1) quia reliquae amicitiae similitudinem verae amicitiae referunt; 2) quia simpliciter bonum, quod verae amicitiae inest, et jucundum simpliciter est, ut saepius Noster jam asseruit. Sic et ratio redditur, cur alterum ἁπλῶς locum suum mutaverit, cum L, O' male ἁπλῶς ἡδύ legant.

§. 8. τοὺς λεγομένους ἅλας) Eud. VII, 2: διὸ εἰς παροιμίαν

ἐλήλυθεν ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν. Cicero de Amicitia, c. 19: *Verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse ut amicitiae munus expletum sit.* — ἀποδέξασθαι δή) δεῖ pro δή El, L^b, M^b: δέ O^b: ὑποδέξασθαι δή, superscripto δεῖ, Par.

§. 9. βούλησις μὲν οὖν) γάρ pro οὖν El, Vrat, Argyropylus, Bekkerus suis e codicibus excepto K^b; Cardwellus tamen γάρ, codicis sui varia lectione non notata, ita ut apud Bekkerum K^b pro M^b positus esse videatur, quippe qui codex vulgatam saepissime solus e Bekkerianis retulerit. Fritzschius Bekkero plerumque secutus hic tamen vulgatam retinuit. — (Cap. V.) ταῦτα γίνεται καὶ ὅμοια) ταὐτὰ γίνεται καὶ ὅμοια Bekkerus ex H^a, N^b dedit, quod etsi concinnius, tamen cum mirum in modum ad Bekkerianam lectionem §. 6. quadret τῶν ἀγαθῶν δὲ αἱ αὐταὶ ἢ ὅμοιαι, haud scio an et ipsum pro interpretamento habendum sit, veterum interpretum nulli notum, e Bergii et Mureti conjectura, nunc jam codicibus admodum paucis confirmata, ortum, probatum etiam Lambino, Riccobono, Camerario. Quam ob meam notam a Stahrio (l. l. p. 383) tragoedias excitatas fuisse miror. Aspasius καὶ κατὰ πάντα ταῦτα γίνεται explicat: καὶ πάντα ἔχει, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἡδὺ, τὸ χρήσιμον. Ego jam nunc ταῦτα et ὅμοια legendum, et καί pro *quoque* accipiendum puto: *In reliquis perfecta est amicitia, et in his omnibus similia quoque utrique ab utroque fiunt.* Tautologiam ταὐτό et ὅμοιον non magis hic probo, quam supra αἱ αὐταὶ ἢ ὅμοιαι, etiamsi prior vox recte in ejusmodi orationibus se habeat, ex. gr. infra c. 4. §. 1: τὸ αὐτὸ γίγνηται ἀλλήλων, et c. 6. §. 4: ταὐτὰ ὑπ' ἀμφοῖν γίγνηται.

CAP. IV. §. 1. ἔχει) ὑπάρχει Par, M^b. — ἡ διὰ τὸ χρήσιμον) οἱ pro ἡ El, Par, Vrat, K^b, L^b, M^b, Ald, Ven, Cardwellus. — τοιοῦτοι ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί) οἱ om. L^b: legunt οὗτοι ἀλλήλοις ἀγαθοί El, K^b, O^b sensum turbantes. — τὸ ἴσον) τὸ αὐτό Bekkerus cum codicibus suis excepto M^b, Ven, Coraes. Aspasius: τὸ αὐτὸ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Paraphrastes: ὅταν τὸ αὐτὸ ἀλλήλοις παρέχωσιν. Si τὸ αὐτό non est Aristotelis, vides, unde sumserint lectionem tot libri! Sed inficias non eo, posse, ut dicit Stahrius (l. l. p. 384), et contrariam concludi rationem: nempe lectionem esse Aristotelis ob id ipsum, quod exstat in interpretibus. — ὁρῶν ἐκεῖ-

νον) Sic A (L^b), B, C, El, NC, Par, H^a, K^b, N^b, O^b; ita ut ἐρῶν ἐκείνου, quae fuerat vulgata usque ad Zellium, legant tres tantum codices CCC, Vrat, M^b, et Ven. *Gaudet amando*, hoc loco nihil est; vult enim dicere auctor, cur gaudeat illo sive cur eum amet (hoc enim idem est), additque *aspectu gaudet.* Hanc lectionem a Corae, Cardwello, me et Bekkero in textum receptam probant Paraphrastes, Argyropylus et optimus quisque interpretum, confirmant vero quae mox sequuntur τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ ὄψις ἡδεῖα (ἡδεῖα ἡ ὄψις Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus excepto M^b), τῷ δὲ οὐ γίνεται ἡ θεραπεία (cf. infr. IX, c. 5, §. 3).

§. 2. καὶ διαμένουσιν) Supple e praecedentibus ἧττον (cf. infr. c. 6, §. 6-8).

§. 3. μηδέτερον) Paraphrastes et Aspasius interpretantur μέσον, i. e. neque bonum neque malum: ὁποιῳοῦν autem ἑκατέρῳ, nempe tam bono quam malo. Sententiam sic illustrat Paraphrastes: ἔστι γὰρ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ τοῦ φαύλου χρεία πολλάκις. δυνατὸν γὰρ ναύαρχόν τινα ἀγαθὸν ἢ στρατηγὸν ἄριστον μὴ πάνυ τοὺς τρόπους ἀγαθὸν εἶναι, ὧν χρείαν ἔχειν τὸν σπουδαῖον οὐδὲν κωλύει. Καὶ ἥδεσθαι δὲ σπουδαῖον φαύλοις οὐκ ἔστιν ἀδύνατον. εἰσὶ γὰρ οἱ τοὺς μὲν τρόπους ἀπᾴδουσι, διαλεγόμενοι δὲ καὶ φιλοσοφοῦντες καὶ τῷ δεινοί τινες εἶναι τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενοι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τοῖς σπουδαίοις ἡδεῖς γίνονται. — δι' αὐτούς) Paraphrastes, Turnebus, Coraes, Bekkerus δι' ἑαυτούς.

§. 4. ὑπ' αὐτῶν) ὑπ' αὐτοῦ El, L^b, Fritzschius: ὑφ' αὑτοῦ K^b. — ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις) ἐν δὲ ταῖς ἑτέραις Par, H^a, M^b, N^b, O^b, Paraphrastes, Cardwellus, Bekkerus: ἐν δὲ ταῖς ἑταιρείαις K^b: ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἑταιρίαις NC, Ald, Ven. — γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα) τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι Par, Bekkerus.

§. 5. ἐπεὶ γάρ) Lambinus et Casaubonus οὖν pro γάρ scribi volunt; Giphanius non male γάρ hic nihil aliud quam δέ significare dicit, ut etiam vice versa δέ pro γάρ positum vidimus. Legit quidem M^b ἐπεὶ δέ, et Paraphrastes et Aspasius exhibent ἀλλά. Sed ἐπεὶ γάρ est germanicum: *Da denn.* — γενέσθαι) γίνεσθαι legunt Par, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis, sensu postulante. — ἴσως μὲν οὐ δεῖ λέγειν)

Bekkerus habet ἴσως λέγειν μὲν δεῖ secundum Hᵃ, Kᵇ, Nᵇ, Oᵇ. Ceterum hic incipit apodosis. — καὶ τῆς φιλίας) καί om. Vrat, El, Coraes, Bekkerus. — ὅμοιόν τι) sc. ἀγαθῷ. Omisit τι Argyropylus, et, hortante Corae, Bekkerus cum Hᵃ, Lᵇ, Nᵇ, Oᵇ. Coraes: γράφε ἴσως· ἦ γὰρ ἀγαθῷ τινι ὅμοιον. Fritszchius τι uncinis inclusit, sed servare vult: *bonum quoddam vel similitudo quaedam.* Paraphrastes: καὶ γὰρ καὶ τὸ ἡδὺ, καθὸ ἀγαθόν τί ἐστιν, ὡς ἡδὺ συνάπτει τοὺς φιληδόνους. ἀγαθὸν γάρ τί ἐστιν τοῖς φιληδέσι τὸ ἡδὺ, καὶ ἀγαθῷ ἔοικεν ὅτι αὐτοῖς ἀγαθὸν δοκεῖ· καὶ τὸ χρήσιμον ἀγαθὸν δοκεῖ τῷ χρωμένῳ.

§. 6. οὐ πάνυ) i. e. *non admodum* (vide supra IV, c. 1, §. 28). Quae enim casu fiunt, non semper aut plerumque, sed raro eveniunt: cf. Phys. II, 8; Met. VI, 2. etc. — συνάπτουσιν) Paraphrastes: τοὺς φίλους. Aspasius: οὐ πάνυ δὲ αὗται συνάπτουσιν ἀλλήλαις ἡ δι' ἡδονὴν τῇ διὰ τὸ χρήσιμον. Et mox: ὅθεν οὐ ῥαδίως συνάπτονται.

§. 7. (Cap. VI.) ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες) Aspasius: κατὰ τοῦτο ὅμοιοι ὄντες, καθὸ ἡδεῖς ἢ χρήσιμοι ἀλλήλοις· ἁπλῶς δὲ οὐκ εἰσὶν ὅμοιοι. Absolute similes mox ita describit idem: ἢ δ' ἄνθρωποί εἰσιν, ἐοίκασιν, ἂν τὰ ἤθη αὐτῶν παραπλήσια ἔχωσιν. Hanc autem ob convenientiam amicitia exstare non potest, nisi inter bonos.

CAP. V. §. 1. οὕτω δή) δή om. Par, NC, El, Bekkerus.

§. 3. οἱ μακάριοι) Sunt secundum Zellium *opulenti*, quos latine etiam *beatos* nominamus. Quodsi cui mirum videatur, vocem μακάριος in tractatu de beatitudine et virtute alio sensu occurrere ac solemni, is cogitet, hanc de amicitia tractationem esse opus singulare. Aspasius tamen et Paraphrastes sensu proprio accipiunt, et συνημερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι de amicitia bonorum intelligunt, quippe qui sint soli felices et vere amici. Conjunge utramque interpretationem; nam felicitati inest virtus et fortuna secunda, et vita solitaria amicitiae utili convenit, non autem bonae et jucundae (cf. supra c. 3, §. 4-5). — ἡ ἑταιρική) sc. φιλιά, de qua vide infr. IX, c. 10, §. 6. Est intima familiaritas et totius vitae inde a pueris consuetudo, Romanis *sodalitas* vocata (cf. Fritzschium, p. 31).

§. 4. (Cap. VII.) δι' ἄμφω ταῦτα) Paraphrastes addit: τὸ γὰρ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ ἁπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῷ φίλῳ ἀγαθόν ἐστι. Minus bene Aspasius ἄμφω ταῦτα ad ἀγαθὸν ἢ ἡδύ retulit: τῷ δ'ἀγαθῷ καὶ ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ὁ ἀγαθός. Non enim Aristoteles addidisset διά: quod quidem K^{b} non habens, legit ἀγαθὸν καὶ ἡδύ· τῷ δ'ἀγαθῷ ἄμφω ταῦτα, ceteris mediis vocibus omissis; et sic edidit Fritzschius καθ' ὑπερβολήν unius codicis auctoritate fisus.

§. 5. ἡ δὲ φιλία ἕξει) Cum supra II, c. 5, §. 2. φιλίαν nter πάθη numeraverit, et IV, c. 6, §. 4-5. virtutem inter ἀρέσκους et δυσκόλους mediam, φιλίαν nominatam, ab amicitia ita distinxerit, ut sit ἄνευ πάθους καὶ τοῦ στέργειν οἷς ὁμιλεῖ: hoc loco amicitiam dicit habitum cum affectu conjunctum; nam etsi amicitia affectu non definiatur, tamen sine affectu (πάθος) et amore (στέργειν) et amatione (φίλησις) esse nullo modo potest (vide supr. ad VIII, c. 1, §. 1). Propter hanc duplicem amicitiae naturam Zellius etiam ἔοικε dictum putat. Praeclare Aspasius: ἡ μὲν γὰρ φιλία ἐν τῷ λόγον ἔχοντι τῆς ψυχῆς ἐστὶ καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ· καὶ γὰρ κρίνας κτᾶται τὸν φίλον καὶ παθὼν πρὸς αὐτόν, καὶ ἡ ἕξις ἐν ἀμφοτέροις γίνεται τοῖς μορίοις. — γενόμενος) γινόμενος Bekkerus ex H^{a}, K^{b}, N^{b}. — τῷ ἡδεῖ) Sic B, C, NC, CCC, Par, Bekkerus sine nota critica; notandum tamen est, L^{b} (A) legere τῷ εἴδει, sed ut scribit mihi Hasius correctum coaeva fere manu ἡδεῖ. Lectionem εἴδει etiam habent El, Vrat, et secundum Cardwellum K^{b}: sed, quamquam vulgata usque ad Coraem et nostram editionem, tamen sensu caret omni; quo magis miror, in textum a Fritzschio restitutam fuisse. Recte βουλήσει Aspasius et Paraphrastes de bono accipientes, explicant: Vere amici et bona et jucunda aequabiliter sibi invicem retribuere cupiunt. Ald, Ven, Argyropylus aliique nobiscum faciunt. Zellius, Lambino auctore, enodare εἴδει ita conatur, ut dicat: „Genere et specie quoque paria refert, i. e. bona pro bonis, suavia pro suavibus, pro utilibus utilia.“ Quasi tam accurate rationem computent vere amici!

CAP. VI. §. 1. Quod haec §. a §§. 2-3. capitis prae-

cedentis divulsa est, ferri potest in praelectione, in libro vix potest. Saepius haec adnotare piguit; judicet ipse lector.

§. 2. *πολλούς*) *πολλοῖς* L[b], M[b]. — *τῷ αὐτῷ*) *τὸν αὐτόν* M[b]. — *οὐδ' ἀγαθὸν εἶναι*) Pro *ἀγαθόν* e L[b] Fritzschius *ἀγαθοῖς*: Coraes, Cardwellus et Bekkerus cum Par, H[a], K[b], M[b], N[b], O[b] *ἀγαθούς*. Numerus mutatus ab Aristotelico usu, ut saepius notavimus, non abhorret.

§. 4. *οἱ μακάριοι*) Hic jam apparet, hanc vocem supra c. 5, §. 3 (ut et infr. IX, c. 9, §. 1) non solum de opulentis, sed et de felicibus dictam esse. Ut enim probet Aristoteles, amicitiam utilem esse viliorem, amicitiam jucundam liberaliorem, dicit, etiam felicibus hanc quidem opus esse, illam vero non; rem enim neque a divitibus neque a felicibus appeti, jucunda vero probe. Sic etiam in primo libro (c. 8, §. 14) jucundum cum bono conjunctum esse Noster affirmavit, de utili nihil simile statuens. Denique quae de molestiis per breve tempus ferendis mox subjungit, ad felices potius (cf. supra 1, c. 10, §. 12), quam ad opulentos spectant. — *οὐδ' αὖ τὸ ἀγαθόν*) Sic codices L[b], O[b], Ald et Ven, quod jam suspicatus est Coraes, cum vulgata *αὐτό* male conjungat; Cardwellus et Bekkerus cum Par, H[a], K[b], M[b], N[b], Paraphrasten, Aspasium, Muretum et Coraem secuti *αὐτὸ τό* dederunt. Aspasius: *τοῦτο δέ πως εἴρηκεν· αὐτὸ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τί ἄλλο ἐστὶν ἢ εὐδαιμονία, ἣν ἀδύνατον λυπηρὰν εἶναι· ἅμα γὰρ λυπηρὸν καὶ οὐκέτι εὐδαίμονα. ἀλλ' ὅμως ἐξ ὑποθέσεως ὁ Ἀριστοτέλης εἶπεν, εἰ λυπηρὸν ἡ εὐδαιμονία ποιεῖ τὸν βίον, οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονεῖν θελήσῃ. δῆλον οὖν διὰ τἄλλα αἱρετὸν ἡ εὐδαιμονία, καὶ ὅτι μεθ' ἡδονῆς ὁ κατ' αὐτὴν βίος.* — *δεῖ*) sc. *ζητεῖν*. — *τοὺς ἀγαθούς*) *τούς* om. Par, Bekkerus, Apasius, Paraphrastes. Tunc *ἀγαθούς* objectum, non subjectum est, sensus autem hic: *Oportet amicos quaerere, qui sint tales* (nempe *ἡδεῖς*), *et quidem ipsis* (scilicet *εὐδαίμοσιν ἡδεῖς*). Paraphrastes tamen et Aspasius pro altero *ἡδεῖς* supplent *ἀγαθούς*, i. e. non solum absolute, sed et sibi bonos, quod fere ad idem redit. Articulum servantibus interpretandum est: *Quamobrem beati jucundos quaerunt amicos; sed et boni viri quaerant forsitan oportet ejusmodi amicos* (nempe suaves), *et quidem sibi* (suaves).

Bonis autem suaves non nisi boni. Cogit ὄντας, ut τούς ejiciamus. — αὐτοῖς ὑπάρξει) ὑπάρξει αὐτοῖς Cardwellus et Bekkerus secundum H^a, K^b, N^b, O^b.

§. 5. ζητοῦσιν) Talia si quaererent, cum bonis dulcia aut cum dulcibus utilia copularentur: cf. supra c. 4, §. 1; et infra §. 6.

§. 6. ὑπερέχοντι) sc. κατ' ἐξουσίαν ut Paraphrastes, vel κατὰ τὴν δύναμιν ut Aspasius dicit: et ὑπερέχηται de eodem illo potenti dicitur, ὑπερεχόμενος (Fritzschius ὁ addit, sed non e Ven, ut Zellium exscribit) autem de amico, qui potentia inferior est. Aequalitas atque adeo amicitia esse non potest, nisi potentis amicus virtute tantum praestat, quantum potens ipse auctoritate. Aspasius τοιοῦτοι, quod sequitur, de potente accipit (Feliciano pressius eum interpretante): „Cum illi qui sunt in potestatibus hujusmodi minime sint, ut bonos viros tanquam se excellentiores admirentur, fit ut boni viri eorum amicitiam non admodum sectentur.“ Giphanius vero ad τοιοῦτοι supplet φίλοι. Quidni utrumque? Paraphrastes: ἐπεὶ δὲ οἱ ἐν ἐξουσίαις οὐ πάνυ τοιοῦτοι γίνονται, διὰ τοῦτο οὐδὲ φίλοι αὐτοῖς οἱ σπουδαῖοι.

§. 7. (Cap. VIII.) τὰ γὰρ αὐτά) Haec ad utrumque verbum relata et nominativi et accusativi vicem explent; id quod e nostratibus non Hegelio tantum, sed ipsi Schillero accidit. Cf. infra c. 7, §. 3.

§. 8. ὅτι δὲ καί) καί om. Par, Paraphrastes, Coraes, Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis excepto L^b. — αὗται αἱ) τοιαῦται L^b, Coraes. — δοκοῦσι δὲ καί) καί omitti vult Fritzschius secundum K^b, O^b. — εἶναι καὶ μόνιμον) καὶ μόνιμον εἶναι Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto M^b qui vulgatam habet.

CAP. VII. §. 2. καὶ ἀλλήλων) καί om. Par, L^b, M^b, O^b.

§. 4. ὃ δὴ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ) Haec non agnoscunt El, L^b.

(Cap. IX.) §. 6. δῆλον) Ratio redditur, cur quantitas primas partes obtineat in amicitia: nempe quia nimia distantia amicitiam solvit.

§. 7. ἔτι μένει) sc. φίλος, mutato numero. Eandem vocem

supple infra ad οὐκ ἔτι, et verte: *Non manet amicus ejus, a quo longa distantia separatus sit.* — χωρισθέντος) Vulgata χωρισθέντες (quam exhibent M[b], N[b], et Wilkinsonus Zellius Cardwellus varietatem codicum suorum non notantes) vel redit ad eundem numerum, ita ut ad οὐκ ἔτι supplendum sit μένουσιν: vel numerum plane non mutavit, si ad ἔτι μένει suppleas cum nonnullis ἡ φιλία.

§. 8. οἱ γὰρ φίλοι τἀγαθά) Cum amici sint bona amicis, si maxima bona amicis cuperent, ita ut propter nimiam distantiam amici amplius manere non possent, ne bona quidem amicis cuperent, cum amicitia dissolvi deberet. Sic Paraphrastes et Aspasius. Qua in explicatione Zellius cum offenderet in articulo vocabuli τἀγαθά, Bekkerus Cardwellum secutus ex H[a], K[b], N[b] dedit ἀγαθά. Semper ad hoc sive ἀγαθά sive τἀγαθά supplendum est εἰσι: non, ut Zwingerus vult, ad utrumque βούλονται, etiamsi ferre volueris ejus conjecturam ἢ γὰρ φίλοι pro οἱ γὰρ φίλοι, quod tamen glossema interpretationem Aspasii sapit: ὁ γὰρ φίλος ἀγαθὸς εἴη, εἰ γοῦν φίλος.

§. 9. ἐκείνου) Coraes: τό τε ἐκείνου καὶ τὸ ἐκεῖνος εἰς ἕνα μόνον ἀναφέρεται τῶν φίλων, τὸν περὶ οὗ ἡ εὐχή, οὐ τὸν εὐχόμενον. Tum μένειν, quod sequitur, ad eum, qui cupit, referendum est: sin ad ἐκείνου, cupiens est ἐκεῖνος. Prior ratio γραμματικωτέρα videtur, cum subjectum omissum verbi μένειν idem esse oporteat, quam totius orationis, nempe ὁ φίλος: Amicus, qui cupit, debet manere id, quod est, cui cupit. Sed posteriorem rectius amplexus est Paraphrastes: εἰ ὁ ἐκείνου ἕνεκα, δεῖ τὸν φίλον μένειν καὶ αὐτῷ συμβῆναι τὰ ἀγαθά· μένοι δ' ἄν, εἰ ἄνθρωπος εἴη καὶ μὴ θεὸς γένοιτο ἐξ ἀνθρώπου. — εἶναι ἀγαθά) Omittunt εἶναι H[a], K[b], N[b], Bekkerus: ἀγαθὰ εἶναι legunt L[b], O[b]. — ἴσως δέ) Aspasius: οὐ περὶ τῶν τὴν πρώτην φιλίαν ἐχόντων εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῶν ὁμωνύμως λεγομένων φίλων.

CAP. VIII. §. 1. τοιοῦτος εἶναι) εἶναι om. NC, CCC, Par, K[b], L[b], M[b], O[b], Ald, Ven. Tunc sensus est: *Adulator enim est inferior amicus, i. e. fingit talis se magis amare quam amari.* Hoc enim faciet amicus inferior. Sed ἢ est corrigentis. Nostram igitur lectionem verte: *Adulator aut est inferior*

amicus, aut potius se talem esse fingit, et magis amare quam amari.

§. 2. δι' αὐτό) δι' αὑτό Bekkerus: δι' ἑαυτό Paraphrastes. — περὶ αὐτῶν ἐφίενται) ἐφίενται περὶ αὐτῶν H^a, K^b, N^b, O^b, Cardwellus, Bekkerus. — χαίρουσι) καί ante χαίρουσι addunt El, L^b.

§. 3. μὴ δύνωνται τῇ μητέρι ἃ προσήκει ἀπονέμειν) μηδὲν ὧν μητρὶ προσήκει ἀπονέμωσι Cardwellus et Bekkerus ex H^a, K^b, N^b, O^b; ita ut L^b cum M^b conjunctus vulgatam referat. Elegantior sane est altera lectio.

§. 4. (Cap. X.) ἡ τῶν τοιούτων φιλία) Pro τῶν τοιούτων legunt τούτων Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices, exceptis denuo L^b et M^b.

§. 5. ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν) ὑπηρετεῖν om. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos (exceptis L^b et M^b, quorum prior ὑπηρετεῖ): tum subaudi ἁμαρτάνειν, faciliore et meliore sensu. Et ferri vix potest vulgata: *neque amicis permittere, ut peccatorum ac flagitiorum sint administri,* ut vertit Lambinus. Ortum est ὑπηρετεῖν, jam Corai suspectum, forsitan e Paraphraste et superiore ὑπηρετοῦσι. Respondent μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν verbis οὔτε δέονται φαύλων, et μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν verbis οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα: id, quod addita voce ὑπηρετεῖν fieri nequit.

§. 6. ἢ ὠφελείας) Vulgatam, καί pro ἤ, quam usque ad Zellium et Coraem omnes fere praebent, tuentur soli Vrat, O^b (qui legit καὶ ὠφελῶσιν), et Ven. Paraphrastes ἤ in tot codices potuit introducere.

§. 7. ἀξιωτέον) sc. φιλεῖσθαι. Paraphrastes: εἰ μὲν γὰρ ὁμοίως εἰσὶ φιλητοί, τὰ εἰκότα ἀξιοῦσι, καὶ δίκαιοί εἰσιν ὁμοίως φιλεῖσθαι.

§. 8. οἷον τῷ ξηρῷ) Respicit auctor versus Euripideos, supra (c. 1, §. 6) laudatos; et quatenus ejusmodi opinio sit vera, dijudicat paucis tantum, cum ab instituto ejus sit alienior.

CAP. IX. §. 1. (Cap. XI.) ἐν ἀρχῇ εἴρηται) Cf. supra c. 1, §. 4. Ex hoc loco et reliquis (infra c. 13, §. 1; IX, c. 3, §. 1), in quibus etiam ἐν ἀρχῇ pro initio tractatus de amicitia accipi debet (VIII, c. 3, §. 1; et §. 3), probare vo-

uit Panschius (de Eth. Nic. genuino Arist. libro, p. 34-37), tunc tractatum ad Ethica Nicomachea primitus non pertinuisse; postea autem cum hi libri (VIII et IX) Nicomachi opera unum in corpus cum reliquis libris coaluerint, tum demum interpolatos fuisse eos locos, in quibus ἐν ἀρχῇ de initio totius operis intelligendum sit, exempli gratia IX, c. 9, §. 6 (I, c. 7, §. 14) et §. 7 (I, c. 8, §. 10). Sed si hic tractatus de amicitia, ut equidem arbitror, jam eo fine conscriptus fuit, ut in unum corpus cum reliquis de moribus tractationibus coalesceret, non video, cur ἐν ἀρχῇ ab ipso auctore ubique profectum non utrumque sensum habere possit; cf. supra ad VII, c. 6, §. 6. Nec contradicit hoc, ut vult Stahrius (l. l. p. 388), iis, quae supra ad c. 6, §. 1. notavi; schedulae enim ejus praelectionum partis, quae amicitiam tractabat, rogatu cujusdam discipuli in lucem ut tractatus singularis editae fuerunt. — καὶ γὰρ καὶ τὸ δίκαιον) Alterum καί om. Bekkerus, Ven.

§. 3. τὰ ἄδικα) τὰ δίκαια L^b: τὰ ἄδικα καὶ τὰ δίκαια M^b: τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα CCC (ad oram vero nostra est lectio), Ald, Ven. -- τῷ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι) Intellige, quasi sit πρὸς μᾶλλον φίλους. Sic Aspasius, Paraphrastes, Coraes, Argyropylus etc. Exempla quidem, quae sequuntur, non impedirent, quominus vertamus: *ex eo sumunt incrementum, quod injustiora sunt erga amicos*, dummodo ne αὔξησιν λαμβάνειν et μᾶλλον εἶναι tum per pleonasmum essent dicta. — ὁντιναοῦν) ὁντινοῦν Bekkerus.

§. 4. κοινωνίαι πᾶσι) Pro πᾶσι legunt πᾶσαι Paraphrastes, Argyropylus, Ald, Ven, Zellius cum Par, Coraes, Cardwellus et Bekkerus ex suis codicibus (cf. infra §. 6); et miscent saepe ι et αι librarii. Aspasius: μόρια δὲ τῆς πολιτικῆς αἱ κοινωνίαι τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν λοιπῶν. Legit igitur interpres ipse πᾶσαι, nec aliter scribere potuit Aristoteles; sunt enim reliquae societates partes minores civitati *subordinatae*, ut ita loquar, non omni ex parte civitati similes (cf. infra §. 5). — δοκεῖ) Non enim veram hanc civitatis naturam esse putat Aristoteles, sed historicam modo sive temporalem, ut ita dicam, originem, sicut exposuit locis jam supra (ad I, c. 13, §. 2) laudatis; vituperatque in altero loco Platonem, de Republica II, p. 369

(p. 79), quod hoc discrimen non fecerit: *ὡς τῶν ἀναγκαίων γε χάριν πᾶσαν πόλιν συνεστηκυῖαν, ἀλλ' οὐ τοῦ καλοῦ μᾶλλον.* Cf. dissertationem meam *de Doli et culpae* etc. p. 8-9. — *εἶναι φασι*) *φασιν εἶναι* Paraphrastes, Par, Bekkerus.

§. 5. Nullus editor hujus §. structuram percepit, cum voces *θυσίας τε ποιοῦντες* in vulgata interpunctione non habeant, ad quod referantur. Omnis difficultas evanescit distinguentibus, ut nos: *ὁμοίως δέ* est continuatio exemplorum, quae inde ab *οἷον πλωτῆρες* afferuntur; refer *ποιοῦντες* ad *φυλέται καὶ δημόται*: parenthesinque eo fine interjectam putes, ut societates jucundi causa conciliatas, ad quarum exempla transit, aeque ac societates utiles ad civilem societatem referendas esse auctor contendat, quippe quae non utilitatem modo spectet, sed omnia quae ad vitam pertinent degendam. — *πρὸς ἐργασίαν ἢ χρημάτων*) *ἢ πρὸς ἐργασίαν χρημάτων* NC, Vrat, vulgo: *ἢ* om. Coraes, Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices, excepto L^b, qui cum El, CCC, Par, Ven et omnibus Victorii codicibus exhibet nostram lectionem. Strue verba: *πρὸς ἢ ἐργασίαν χρημάτων, ἤ τι τοιοῦτον.* — *συστρατιῶται*) Sic A (L^b), B, C, El, CCC, Par, H^a, K^b, M^b, N^b; ita ut satis magna fisi auctoritate vulgatam *στρατιῶται* expellendam duxerimus Coraes, Cardwellus, Bekkerus, ego. — *θυσίας τε ποιοῦντες*) Coraes pro *ποιοῦντες* conjecit *ποιοῦνται*, et *διό* ante *θυσίας* excidisse putat. Reliqui fere omnes masculinum *ποιοῦντες* ad *κοινωνίαι* referri posse arbitrantur, non videntes *θιασώτας καὶ ἐρανίστας* tum bis dici *θύειν*. Notissimum autem est, Atheniensium *φύλας* et *φρατρίας* et *δήμους* suo quosque cultu Deorum peculiari usos fuisse (cf. Nitschii: *Beschreibung des Zustandes der Griechen*, T. I, p. 392-395); ita ut nihil impediat, quominus *ποιοῦντες* ad *φυλέται καὶ δημόται* referamus. Cardwello assentiri non possum, qui *ποιοῦντες* mutato genere et numero ad *ἡ πολιτική* referri vult, pro testimonio citans duos locos: e Thucydide (III, c. 79) et Herodoto (I, c. 151), ubi *ὄντας* ad *πόλιν* et *ἐόντας* ad *'Αρίσβαν* referre cogeris. Sed notet vir doctus, haec vocabula esse collectiva, *ἡ πολιτική* vero substantivum abstractum. — *συνόδους*)

τὰς συνόδους Fritzschius e K^b, L. Sed et θυσίας, quocum a ποιοῦντες pendet, sine articulo est: ταύτας vero ad θυσίας referas. — τιμάς τε) Bekkerus τε omisit. Respondet τιμάς voci θυσίας, vox ἀναπαύσεις autem vocabulo συνόδους. Omisso τε, jungendum esset περὶ ταύτας συνόδους, nempe θυσίας.

CAP. X. (Cap. XII). Quae hoc capite auctor leviter tangit, ea fusius disputata occurrunt in tertio et quarto Politicorum libro, quos vide.

§. 2. τις εἴη ἢ βασιλεύς) Sic, Par, Vrat, K^b et L^b secundum Bekkerum, M^b, Ven: ἢ omittunt Wilkinsonus sine varietate codicum suorum, H^a, N^b, O^b, Coraes, Cardwellus, Bekkerus, vulgo: nec non *A, B, C; in codice B secunda manus τις superscripsit. Cum et Cardwellus de K^b et Millerus de L^b (A) a Bekkero dissentiant, hunc sigla codicum permutasse puto. Legentibus ἢ supplendum est μᾶλλον, et sic plane legit Paraphrastes, a quo si ἢ in textum irrepsisset, et vestigium vocis μᾶλλον in codicibus exstare oporteret; nullus enim librarius obscuriorem et inusitatiorem lectionem pro clara et liquida recepisset, „et“ (ut recte dicit Zellius) librario „ignoratus usus omissi μᾶλλον committendi periculum afferre poterat.“ Citat Muretus Homericum:

βούλομ' ἐγὼ λαὸν ζαὸν ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Defendi minus bene potest vulgata, cum Aristoteles, Pol. III, 14-15 (10-11, ed. Heins.) inter quatuor vel quinque regni species unam quidem eamque tertiam afferat, quam tyrannidem suffragio delatam (αἱρετήν) vocat (et ejusmodi reges αἰσυμνήτας apud Graecos nominatos fuisse dicit), sed nullum regem agnoscat sorte ductum, nisi velis cum Corae de secundo novem archontum, βασιλεύς vocato cogitare. Sensus sane in utraque lectione idem est: Qui sorte ducitur magistratus vel rex, non propter virtutem et excellentiam aut hereditate ad hunc dignitatis gradum ascendit.

§. 3. κάκιστον δέ) Vulgatam γάρ, quae usque ad Zellium et Coraem viguit, perpauci tuentur codices, cum El, NC, Par, Bekkeriani (ut videtur) codices, et Ven legant δέ. Nec „particulam causalem sententia requirit“, ut contendit Zellius,

neve δέ hoc loco cum Lambino pro γάρ accipias. Nam cum Philosophus dixisset, ex ipsa tyrannide (ἐπὶ ταύτης) perspicuum esse, eam esse deterrimam, addit: Sed idem ex eo etiam perspici potest, quod pessimum est optimo contrarium. Fluxit γάρ e Paraphraste, restitui δέ adstipulante Bekkero.

§. 4. ἀεί) Expressis verbis notat hoc loco Zellius, codicem suum Parisiensem αἰεί legere; cf. supra ad I, c. 7, §. 4.

§. 5. γὰρ παρεκβαίνει) Olim καί interponebat vulgata, non obvium in Par, El, CCC, Bekkeri codicibus, Ven. — ῥᾷστα μεταβαίνουσιν) sc. ut explicat Paraphrastes: ἑκάστη εἰς τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ. Reipublicae inter se magis diversae difficilius altera in alteram mutantur.

§. 6. ἡ δεσπότου) Zellius cum Paraphraste, Argyropylo et aliis supplet proximum ἀρχή: possis et superius κοινωνία propter praepositionem πρὸς δούλους, ut supra πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία legitur. Etenim πρός in Paraphraste non occurrit: τυραννὶς δὲ ἡ τῶν δούλων ἀρχή. El, NC legunt ἡ δεσποτεία.

§. 7. ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικός) Hic quidem omnes κοινωνία supplent. — ἐπίκληροι) De filiabus, quae a testatore filium non habente simul cum hereditate proximo cognato heredi instituto et adoptato in matrimonium collocantur. — διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν) Hoc ad viri, illud ad mulieris referas oligarchiam. Pro διά legit Fritzschius κατά e K^b.

§. 8. ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου) Parenthesi haec Bekkerus recte cum Lambino includit, ut sequentia cum praecedentibus possint conjungi.

CAP. XI. (Cap. XIII.) §. 1. εἶπε) Deest haec vox in K^b, et a Fritzschio pro spuria habetur.

§. 2. ἡ πατρική) Iterum Zellius (cf. supra ad c. 10, §. 6) ἀρχή subaudit, cum hoc quidem loco, ut Aspasius et Paraphrastes, φιλία rectius suppleveris. — διαφέρει) sc. τῆς βασιλικῆς, additque Paraphrastes: μείζω γὰρ ὁ πατὴρ εὐεργετεῖ. — εἶναι. δοκοῦντος μεγίστου εἶναι) Posterius εἶναι omittunt H^a, K^b, N^b, Ald, Cardwellus, Bekkerus: prius L^b, O^b, Ven. — ταῦτα ἀπονέμεται) Argyropylus, Coraes ταὐτά pro ταῦτα. Pro ἀπονέμεται legunt προσνέμεται El, K^b (secundum Bekkerum), L^b, O^b, Fritzschius. Aspasius duplicem statuit inter-

pretandi rationem: *ἤτοι συγκεχώρηται παρ' ἡμῶν τὸ ἀγαγεῖν εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς καὶ τὰ λοιπὰ, εἰ καὶ μὴ ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ μέσων τῶν πατέρων. ἢ καὶ τοῖς προγόνοις ταῦτα ἀπονέμεται παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, τὸ ἀγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸ εἶναι.* Posterior interpretatio insulsa videtur, prior placet confirmaturque vocibus *καὶ πρόγονοι ἐκγόνων.* — *φύσει τε γάρ*) *γάρ* om. Bekkerus secundum suos codices, exceptis L^b et M^b.

§. 3. *καὶ αἱ φιλίαι*) *καί* om. Paraphrastes, Par, Bekkerus.

§. 4. *καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ*) Olim ante *καί* legebatur pronomen *ἥ* jam Casaubono suspectum, quod commode omiserunt NC, Par, Bekkeriani codices excepto L^b, cum notissimum sit, Zellio monente, *καί* post *ὁ αὐτός* significare *quam* vel *ac*.

§. 5. *τῇ ἑταιρικῇ*) Aspasius: *διὰ τὸ ὁμοίους εἶναι, εἰ καὶ μικρὸν ἡ ἑταιρικὴ κρείττων* (cf. supr. ad c. 5, §. 3). — *ὁμομαθεῖς καὶ ὁμοήθεις*) Sic Paraphrastes, vulgo: *ὁμοήθεις καὶ ὁμομαθεῖς* L^b, M^b, N^b: *ὁμοπαθεῖς καὶ ὁμοήθεις* Vrat, H^a, K^b, Cardwellus, Bekkerus: *ὁμοήθεις καὶ ὁμοιοπαθεῖς* Ven.

§. 6. *ὠφελεῖται μὲν γὰρ ταῦτα*) Ante *ταῦτα* inserunt *καί* Par, M^b: *πάντα* H^a, K^b, N^b, O^b, Argyropylus, Cardwellus, Bekkerus.

§. 8. *καὶ φιλίας δή*) Cum esse deberet *φιλία*, relatum tanquam subjectum ad *δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον*, propter *κοινωνῆσαι* mutatur casus. Unde Fritzschius: „Scriptoris mens haec est, *καὶ φιλίας δὴ κοινωνῆσαι ὁ δοῦλος δύναται.* Quid si *τι* ante *φιλίας* ex *τι δίκαιον*, quod praecessit, suppleamus? Paraphrastes: *ἡ δὲ κατὰ τὸ δίκαιον κοινωνία καὶ τὴν φιλίαν εἰσάγει.*

§. 9. *αἱ δὲ ἐν ταῖς*) *ἐν δὲ ταῖς* Paraphrastes, Vrat, Bekkerus.

CAP. XII. (Cap. XIV.) §. 1. *ἀφορίσειε*) Sejunguntur duae species a genere (*κοινωνική*), quae ita fit tertia species. Cf. Eudem. VII, 10: *λέγονται δὲ φιλίαι· συγγενική, ἑταιρική, κοινωνικὴ ἡ λεγομένη πολιτική.*

§. 2. *ἐξ αὐτῶν*) *ἐξ αὑτῶν* Bekkerus. — *τὸ γεννώμενον*) *τὸ γινόμενον* L^b: *τὸ γενόμενον* Par, Coraes, Bekkerus secundum reliquos suos codices (de K^b tamen Cardwellus dissentit). — *ὀδοὺς ἢ θρὶξ ἢ ὁτιοῦν*) *ὀδοὺς ἢ θρίξ, ὁτιοῦν* Ald, Ven: *ὀδοῦς, θρίξ, ὁτιοῦν* El, CCC, K^b, Cardwellus, Fritzschius similia citans

ἀσύνδετα (supra VII, c. 4, §. 2; V, c. 2, §. 13): *θρὶξ, ὀδοὺς, ὁτιοῦν* L^b, O^b. — *τῷ ἔχοντι*) Fritzschio haec suspecta sunt, cum non legantur in K^b. — *ἐκείνων δ'οὐδενί*) sc. *τριχὶ, ὀδόντι* etc. Vulgatam correxit Cardwellus, adstipulante Bekkero, legens *ἐκείνῳ δ'οὐδέν*: sic Par, H^a, K^b, L^b, M^b, N^b; et quidem melius. Vocem *ἐκείνῳ* ad *τὸ ἐξ αὐτοῦ* refer, *οὐδέν* autem requiritur, ut vox *ἢ ἧττον* habeat cui possit opponi; quamobrem Vrat, qui vulgatam quidem exhibet, omisit tamen *ἢ ἧττον*. Paraphrastes vulgatam tuetur: *τριχὶ δὲ καὶ ὀδόντι οὐκ ἔστιν οἰκεῖον ὁ ἔχων.* — *τὸ ἀφ'οὗ*) Vrat et Ven *τό* omittunt. Sic legisse videtur Aspasius sensum turbans: *καὶ μᾶλλον ὁ πατὴρ οἰκεῖος τῷ τέκνῳ, ἢ τὸ τέκνον τῷ πατρί. τῶν δὲ παίδων οὐδὲν τῷ πατρὶ οἰκεῖον.* — *καὶ τῷ πλήθει δὲ τοῦ χρόνου*) sc. *συνῳκείωνται μᾶλλον οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.* — *προελθόντα τοῖς χρόνοις*) *προελθόντος χρόνου* El et K^b.

§. 3. *ταὐτὸν αἷμα*) Coraes: *ὡς ἐν τῇ Ἰλιάδι* (ζ, 211):

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ (π, 300):

Εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι, καὶ αἵματος ἡμετέροιο.

— *ῥίζαν*) Idem: *ἡ δὲ μεταφορὰ παρὰ τοῖς τραγικοῖς*, citatque Euripidis Ion., v. 1576:

Παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ῥίζης μιᾶς.

§. 4. *ἧλιξ γὰρ ἥλικα*) Coraes: *ἐν ἄλλοις* (*Ἠθικ. Εὐδημ.* Z, β): „*Ὅθεν λέγεται, ἧλιξ ἥλικα τέρπει, καὶ Κακὸς κακῷ συντέτηκεν ἡδονῇ· ὧν τὸ τελευταῖον ἰαμβεῖον ἔσται, εἰ γράφοις·*

Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ.

§. 6. *ἔχει δὲ τὸ ἡδύ*) *καί* post *δέ* addunt Par, Coraes, et Cardwellus Bekkerusque secundum suos codices excepto M^b. — *ὑπάρχοντες στέργουσι*) Refer *ὑπάρχοντες* ad *οἰκειότεροι*, interpunctione post hanc vocem sublata, hoc sensu: *quanto majore familiaritate etiam inde ab ortu conjuncti, mutuo se diligunt.* Cardwellus et Bekkerus sensu integro legunt *ὑπάρχουσι στέργοντες* secundum suos codices excepto M^b, sicut est infra X, c. 9, §. 11: sed tum *εἰσί* post *οἰκειότεροι* supplendum est; vel strue: *ὑπάρχουσιν οἰκειότεροι καὶ στέργοντες.* El habet *ὑπάρχουσι τοῖς ζώοις στέργοντες.*

§. 7. *καὶ ὅσῳ*) *καί* om. Vrat, Cardwellus et Bekkerus

ex H^a, K^b, N^b, Paraphrastes, Aspasius, Argyropylus. Duas rationes auctor affert, cur homo ad conjugium natura aptior sit, quam ad societatem civilem: alteram καὶ ὅσῳ, alteram καὶ τεκνοποιΐα. Cum autem abhorreat a sensu Aristotelis, singulos et familias natura sive dignitate (τῇ ἀξίᾳ) esse priores civitate, quia plane contrarium statuit ipse in Politicis (cf. supra ad I, c. 2, §. 8): τῇ φύσει hoc loco non de natura rationali, sed sensibili hominis intelligendum est (rationalem enim hominis naturam spectanti Philosopho homo vocatur φύσει πολιτικὸν ζῶον, Pol. I, 1); ad πρότερον vero subaudias τῷ χρόνῳ, et ἀναγκαιότερον ita ut supra (ad c. 9, §. 4) accipias τῷ καλῷ oppositum. Id quod innuit etiam subsequens argumentum, καὶ τεκνοποιΐα κοινότερον (τοῖς Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, L^b, N^b) ζώοις: quod enim hominibus cum belluis commune est, id jam non dignitate prius esse potest; sed accedit κοινότερον ad sensum *vulgaris, vilis,* quem supra (ad II, c. 7, §. 1) docuimus. Illustrat Fritzschius nostrum locum verbis Aristoteleis e Pol. I, 2. sumtis: ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄῤῥεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ὥςπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον.

§. 10. ταὐτό) ταὐτόν El, Bekkerus tacite (de K^b Cardwello dissentiente). — οὐδὲ πρὸς τὸν ὀθνεῖον) Loco οὐδὲ πρός legunt καί El, Par, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus, pro *quam* propter ταὐτό (cf. supra ad c. 11, §. 4).

CAP. XIII. (Cap. XV.) §. 1. τριττῶν δή) δέ pro δη Bekkerus. — ἐν ἀρχῇ) cf. supra VIII, c. 3, §. 1. — γίνονται φίλοι) φίλοι γίνονται Bekkerus secundum suos codices, excepto M^b.

§. 2. . ἀμείβεται) ἀμύνεται CCC, Par, Vrat, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus excepto N^b. Jam codicum consensus cogit, ut ita legamus. Vulgata, quam Paraphrastes et Aspasius referunt, prorsus non offendit: *Si est politus, elegans* (vide de sensu vocis χαρίεις supra ad I, c. 3, §. 4), *refert gratiam;* sed cum verba pugnae, ἁμιλλωμένων et μάχαι, praecessissent, elegantius et exquisitius continuata metaphora dictum

est ἀμύνεται eodem sensu quo ἀμείβεται. — ἀγαθοῦ ἐφίεται) Pro ἐφίεται exhibent ὀρέγεται El, Par, Vrat, K^b, L^b, O^b, Cardwellus, antiquus Victorii codex (forsitan L^b).

§. 3. ἐξὸν μὴ συνδιημερεύειν) Pro μή legit μέν N^b: μή omittunt Par, Vrat, M^b, Paraphrastes: non „aperte mendose," ut vult Zellius, sed sensu eodem; cujus enim in arbitrio positum est alterutrum, ei utrumvis permittitur. Pro συνδιημερεύειν habent συνημερεύειν El, CCC, K^b, M^b, Ald, Ven, Cardwellus.

§. 5. τὸ δίκαιόν ἐστι διττόν) Auctor nos non, ut potuit, si Ethica Nicomachea initio unum opus formaverunt, rejicit ad ea loca, quibus id jam dictum erat, scilicet V, c. 7, §. 1, et I, c. 3, §. 2 (vide quae ad hunc locum adnotavimus): ἄγραφον autem et φυσικόν idem est. — τὸ μὲν γὰρ ἄγραφον) γάρ om. Bekkerus tacite. — φιλίας) ὠφελείας El, Vrat, L^b, M^b, O^b, Ald, Ven. — κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι) sc. φιλίαν. Coraes: ἴσως γράφε· συναλλάττωσιν. Ὁ νοῦς· ὅταν συναλλάττωσι μὲν κατὰ τὴν ἠθικὴν φιλίαν, διαλύωνται δὲ κατὰ τὴν νομικήν. Ἢ ὡς ἀλλαχοῦ (Ἠθικ. Εὐδ. Ζ, ι) εἴρηκεν· „οἱ δ᾽ ἔρχονται (γρ. ἄρχονται) μὲν ὡς ἠθικοὶ φίλοι καὶ δι᾽ ἀρετὴν ὄντες· ὅταν δ᾽ ἄντικρυς ᾖ τι (γρ· ἀντικρούσῃ τι) τῶν ἰδίων, δῆλοι γίγνονται ὅτι ἕτεροι ἦσαν." Et συναλλάττειν καὶ διαλύεσθαι Camerarius recte forensi sermone dicta esse putat de contrahendis negotiis et persolvendis debitis. Sic jam Aspasius: ὅταν μὴ διαλυθῶσιν ὡς καὶ συνήλλαξαν· εἰ γάρ τις ὡς φίλῳ δῷη τινὶ πεντήκοντα νομίσματα, μηδὲν περὶ τόκου εἰπών, ἀλλ᾽ ἀγράφως συναλλάξας, εἶτ᾽ ὕστερον ἀπαιτεῖ τόκον, ἄλλως μὲν συνήλλαξεν, ἄλλως δὲ σπεύδει διαλυθῆναι.

§. 6. ἔστι δ᾽ ἡ νομική) Pro δ᾽ ἡ Bekkerus δή e tribus codicibus H^a, K^b (dissentiente Cardwello), N^b: δέ L^b. Etsi supervacaneum duxi, ubique variam lectionem in δέ et δή enarrare, hoc tamen loco δή alienius videtur, quam ut taciturnitate mea talis viri auctoritatem possim comprobare. Necessarium est δέ, quia non explicat Philosophus, quae dixerat, sed novam plane sententiam et partitionem affert. — ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα) Coraes: Τοῦτο οἱ Γάλλοι ἐκφράζουσιν, argent comptant, καὶ μᾶλλον κατὰ λέξιν καὶ χυδαιέστερον argent à la main. Καὶ τῶν οὕτω δὲ συναλλαττόντων ἡ φιλία οὐκ ἀκόμ-

ψως „ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα φιλία“ ὠνόμασται (Ἠθικ. Εὐδ. Ζ, ι). — ἀμφίλογον) ἀμφίβολον El, M^b, optimus Victorii codex. — φιλικήν) φιλικόν (sc. ἐν ταύτῃ) Bekkerus ex H^a, K^b (non secundum Cardwellum), N^b. — διὸ παρ' ἐνίοις) διόπερ ἐνίοις El (ad oram nostra est lectio), K^b (teste Bekkero), Ven. — τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι) οὐκ εἰσὶ τούτων δίκαι Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, excepto M^b. Coraes: Αἰνίττεται ἴσως Πλάτωνα· οὗτος γὰρ ἐν τοῖς Νόμοις (ιά, σελ. 915) μετὰ τὸ ἀπαγορεῦσαι τὰς ἐπ' ἀναβολῇ ὠνὰς καὶ πράσεις προστίθησι λέγων· „ἐὰν δὲ . . . διαμείβηται ἕτερος ἄλλῳ, πιστεύων πρὸς ὃν ἂν ἀλλάττηται, ποιείτω ταῦτα, ὡς οὐκ οὐσῶν δικῶν κατὰ νόμον περὶ τῶν μὴ πραθέντων κατὰ τὰ νῦν λεγόμενα.“ — στέργειν) i. e. acquiescere et contentos esse eo, quod alter, quocum ex bono et aequo contraxerint, praestare velit. — πίστιν) Romanorum fides, Gallorum *crédit.*

§. 7. ἢ ὅ, τι δή ποτε ἄλλῳ) i. e. *aut quidquid aliud alii facit*, nec est ἄλλος hoc loco diversus ab amico; sic invito Zellio „commodus sensus effici“ potest e vulgata. Facilius forsitan quam verius Zellius, Cardwellus et Bekkerus ἢ ὅ, τι δήποτε ἄλλο cum Vrat, H^b, K^b, L^b, N^b: ᾧτινι δήποτε ἄλλῳ male M^b, cum ἄλλος tunc jam non possit esse amicus. Illa autem verba addita sunt, ut se ipsum quodammodo corrigat auctor cum dixisset δωρεῖται: qui enim repetit, non donat, sed commodat, ut subjicit mox ipse. Coraes: ἢ ἄλλο τι ὑπηρετεῖ ἢ παρέχει. Et ad hanc correctionem etiam spectare Lambinus putat vocem ἄλλῳ, non male: quasi ejusmodi vir, qui utilitatis causa repetendique consilio dedit, vere amicus nominari non possit.

§. 8. οὐχ ὁμοίως δὲ καί) καί om. Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices, excepto M^b. Coraes: διότι οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ὃν συνήλλαξε καὶ διαλύεται, διὰ τοῦτο ἐγκαλέσει· συναλλάξας μὲν γὰρ οὐ διωρίσατο, εἴτε ὡς δωρούμενος, εἴθ' ὡς δανείζων, ἐδίδου τῷ φίλῳ, οἰομένῳ δώρημα λαμβάνειν, οὐ δανείζεσθαι· διαλυομένων δὲ, ὁ μὲν ἀπαιτεῖ ὡς δανείσας, ὁ δ' οὐκ ἀποδίδωσιν, ὡς μὴ δανεισάμενος. Aspasius: διδόασι μὲν οὖν πρῶτον μηδὲν ἐπερωτήσαντες, ἵν' ἀγαθοὶ δόξωσιν· ὕστερον δὲ ὠφελεῖσθαι βούλονται, καὶ διὰ τοῦτο ἐγκαλοῦσιν.

§. 9. Praecepta ad vitandas querimonias: *Qui accepit, si potest, tantundem reddere debet, et quidem sponte; nam* si cesset et operiatur, dum qui contulit efflagitet, cogit eum, ut sit amicus, cum velit esse foenerator et utilitatem ex beneficio percipere. Quamobrem non reddendo *invitum eum vere amicum facere non debet*, sed simulac occasio offertur, aequum reddere, *tanquam qui jam initio erraverit, beneficiumque ab eo, a quo minime decebat, acceperit; neque enim ab amico accepit, nec ab eo qui sola amicitia ductus fecit. Itaque perinde quasi beneficium acceperit certa lege dicta, sic debet dissolvere. Fassus esset etiam* tum, cum alter dedit, *sese, quamprimum potuerit, parem gratiam relaturum; sin autem non possit, neque is, qui dedit, dandum censuisset. Quare si facultatem habet, referendum beneficium est; in principio tamen videndum est, a quonam beneficium et qua conditione accipiat, ut, conditionibus illis patefactis, patiatur se beneficio affici sive recuset.* Multifariam ab hac interpretandi ratione viri docti aberraverunt. Primo Zellius: „ἄκοντα et φίλον pro dativo positum accipio, quod nonnunquam in adjectivis verbalibus fieri constat. Eamque constructionem accusativi διαμαρτόντα, παθόντα sequuntur, et ad ποιητέον supplendum est pronomen τοῦτο, i. e. τὸ ἀνταποδιδόναι. Qua explicatione admissa hic exoritur sensus: *Invite hoc amicus ne faciat; quippe, qui* ita ageret, *jam principio peccasset, cum ab eo beneficiis se affici sivisset, quem indignum mutuo officiorum commercio judicaret et a quo beneficia accipere non debebat.*" Sed διαμαρτόντα est accusativus absolutus post ὡς (vide supr. ad III, c. 2, §. 16), nisi hunc quidem accusativum cum Zellio pro dativo Atticorum more tanquam subjectum τοῦ ποιητέον accipi velis: verba autem ἄκοντα φίλον voci ποιητέον tanquam suum objectum non abripienda sunt, praesertim cum de subjecto actionis dicta contradictionem in adjecto constituerent. Tum ἑκόντι et ἄκοντα οὐ esset tautologia intolerabilis. Postremo sensum si spectes, haec, ut gloriatur Zellius, „ab interpretibus adhuc ignorata" explicatio facit, ut accipientem ex verae amicitiae ab hoc loco plane alienae officiis et praeceptis agere fingamus, cum in illa quidem amicitia ejusmodi querelae, qua-

rum vitandarum regulae hac §. proponuntur, prorsus locum non habeant, ideoque textus noster id contra praecipiat ut caveat amicus utilis verae amicitiae officia ab altero ne efflagitet. Nobiscum faciunt Thomas Aquinas, Lambinus, aliique e Paraphraste: οὐ γὰρ ἕλκειν δεῖ βίᾳ πρὸς τὴν ἀληθῆ φιλίαν μὴ βουλομένους, ἀλλὰ δυςχεραίνειν, ὅτι ἔλαθον, εὖ παθόντες ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει. Nec aliter Aspasius: ἄκοντα γὰρ οὐ ποιητέον τὸν φίλον τὸν δέοντα (lege δόντα)· ὡς δὲ ἁμαρτόντα σὲ τὸν λαβόντα ἐν τῇ ἀρχῇ διὰ τὸ παθεῖν εὖ, ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει. Deinde Paraphrastes, Victorio et Zellio adstipulantibus, a καὶ ὁμολογῆσαι secundum praeceptum incipit, ita ut sint tria: 1) ἀποτρίψονται δὲ (sc. τὰς αἰσχρὰς εὐεργεσίας), εἰ μὲν δύνανται, καὶ αὐτοὶ ἀποδόντες, καὶ καθάπερ ἐπὶ ῥητοῖς εὐθὺς διαλυθέντες. 2) εἰ δὲ μὴ δύνανται τηνικαῦτα, ὁμολογήσαντες, δυνηθέντες ἦ μὴν εὐθὺς ἀποδώσειν. 3) εἰ δὲ πάντως ἀδυνάτως ἔχουσιν ἀμείψασθαι, οὐδὲ οἱ δόντες ἀπαιτήσουσιν οὐδὲν παρ' αὐτῶν. Sed 2) et 3) sunt rationes duae, cur praeceptum, in 1) propositum, locum habere debeat, quod indicant sequentia: ὥςτε, εἰ δυνατὸς, ἀποδοτέον. Sic Aspasius: ἐπεὶ οὖν μετὰ κακοῦ συναλλάξας, ἀπόδος ὡς ἐπὶ ῥητῆς συμφωνίας, εἰ καὶ μὴ συνεφωνήσας, μὴ εὐποροῦντος δὲ δοῦναι, οὐδὲ ὁ δοὺς λαβεῖν ἠξίωσεν. Quod Paraphrasten, Victorium et Zellium in errorem induxit, est lectio ὁμολογῆσαι δ' ἄν, quam El, CCC (qui et δυνάμενον), Vrat, Ven, Fritzschius exhibent; infinitivus enim, quem Zellius ita illustrat, ut subaudiat δεῖ ex διαλυτέον, ipsi „praestare videtur, quia non tam hoc loco optatio, quam praeceptum proponitur.“ Optativum habent Par, Bekkerus tacite (M^{b} δυνάμενον). Cardwellus tamen vulgatam ὡμολόγησε δ' ἄν sine varietate codicis; item Coraes, Zellius et Wilkinsonus, cujus si tertius codex (NC), de quo silet, ita legit, haec Mureti, quae obtinuit, conjectura duorum jam nunc ad summum codicum auctoritate firmatur. Ceterum Mureti plenior lectio (καὶ γὰρ ὡμολόγησε μὲν ἄν) eundem sensum praebet ac nostra, et γάρ sensum etiam liquidiorem reddit. Postremo jam apparet, Paraphrasten οὐδὲ ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν male intellexisse; sequunturque Victorius, Lambinus. Quod enim Zellius supra, hoc hi hoc loco peccaverunt, vera amicitiae officia huc intrudentes. Paraphrastae verba jam vi-

dimus: οὐδὲ οἱ δόντες ἀπαιτήσουσιν οὐδὲν παρ' αὐτῶν. Victorius: *Ne ille quidem, qui tibi tunc opitulatus est, molestus esse debebit·* Lambinus: *Ne is quidem, qui dedit, sibi reddi aequum esse duxerit.* Cur amicus utilis, altero ad paupertatem redacto, statim verus amicus fiat, nemo expedire potest, cum haec potius sit causa, cur plane ab eo recedat et ne utilem quidem sinat remanere amicitiam, quippe quae sibi jam non sit amplius utilis. Optime Argyropylus: *Nec dignum is, qui dedit, ipsum suo munere censuerit.*

§. 10. καταςμικρίζοντες) καταςμικρύνοντες Coraes. — παρ' αὐτοῖς) παρ' αὑτοῖς Bekkerus.

§. 11. ἐπαρκεῖ) Mutato subjecto, subaudi ὁ ἕτερος. — ὠφελεῖται) ὠφέληται H^a, K^b, N^b, Coraes, Bekkerus. — ἐφεύρατο) ἐφεύρετο K^b (superscripto α secundum Cardwellum; id quod Bekkerus non notavit): ἐπηύρατο H^a, N^b, O^b, Coraes, Bekkerus: ἀπηύρατο El, Par, L^b, M^b: ἀπήρατος Vrat.

CAP. XIV. (Cap. XVI.) §. 1. διαφέρονται) Aspasius: διαφορὰ γίνεται. Sic omnes. — αὐτῷ) αὑτῷ Bekkerus. — λειτουργίαν) Quia sine ulla remuneratione ad utilitatem publicam operabantur divites, quibus chorus scenicus aut publicae epulae aut navis exstruenda imperabatur: λεῖτος enim sive λάϊτος a λαός pro δημόσιος dictum est (Boeckh. *Staatshaushalt der Athener;* Vol. I, p. 481).

§. 3. οὕτω δ' ἔχειν) Sic et in civitate λειτουργία quodammodo φιλία est, cum pro impensis λειτοῦργος honore remuneretur.

§. 4. δωροδόκῳ) ἀδωροδόκῳ El, Vrat, codex Acciajoli, Ald, Ven. Ita legendum censet Muretus, ad praecedentia relatum, et deleta voce χρήματα: sed desideraretur alterum membrum, et retenta vox χρήματα (nisi forte pro accusativo restrictionis accipis) contra sententiam esset, cum, cui honores tribuuntur, ei non etiam pecunia detur; praesertim cum, quomodo pecunia ei detur, qui accipere nolit, non explicaveris. — καθάπερ εἴρηται) Cf. supra c. 4, §. 1; c. 7, §. 4.

§. 5. καὶ γονεῖς) καὶ τοὺς γονεῖς Cardwellus et Bekkerus

ex suis codicibus, excepto M^b. — τὴν ἀξίαν ποτ' αν) ἄν ποτε τὴν ἀξίαν Bekkerus secundum codices suos, exceptis K^b et M^b.

§. 6. ὀφείλοντα) Hic jam locum habet Atticorum consuetudo pro dativo accusativum ponendi, de qua supra (ad c. 13, §. 9) Zellius; nec opus est, cum L^b, O^b legere ὀφείλοντι. Ceterum supple υἱόν, quod antiquarum nonnullae editionum (inter quas Ald et Ven) addunt. — οὐδὲν δὲ ποιήσας) Strue: ποιήσας δὲ (sc. υἱὸς), δέδρακεν οὐδὲν ἄξιον τῶν ὑπηργμένων: ultima autem vox designat beneficia patris, in filium jam collata (ὑπάρχω). Sic Demostenes Olynth. I, §. 10: τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένων. — φιλίας) ὠφελείας El, K^b. — τῷ ἐπιφευκτόν) τῷ φευκτόν Bekkerus ex H^a, K^b, L^b, O^b: Coraes τῷ δ' ἐστὶ φευκτόν. Aspasius: τῷ δὲ υἱῷ ἐπιφευκτὸν τὸ ἐπαρκεῖν ἢ οὐ σπουδαστόν. Paraphrastes: τῷ δὲ υἱῷ μοχθηρῷ ὄντι μισητὸν, ἢ οὐ λίαν σπουδάζεται τῷ πατρὶ ἐπαρκεῖν. — σπουδαστόν) L^b male σπουδαστέον, necessitatis sensum introducens.

LIBER IX.

CAP. I. Wilkinsonus dicit, Aristotelem hoc libro instituere „quaestiones varias, quae e supra dictis oriri poterant“ (quasque adeo paucis verbis jam tetigit), „vel quae tunc temporis agitabantur:“ id quod saepius Aristoteli usu venit, ex. gr. disserenti de justitia (V, c. 6-11), de continentia (VII, c. 1-2). Adde ea quae contra Platonis Philebum disputavit (VII, c. 11-14); ita ut et hic liber per occasionem et a moralia carptim tractante scriptus esse videatur. Singula fere capita singulas dubitationes aut difficultates eximunt, quae in multis capitibus initio expressis verbis moventur. Est igitur illud posterius de amicitia volumen inscriptum apud Diogenem (V, §. 24) θέσεις φιλικαί, cum prius περὶ φιλίας (ibid. §. 22) nominetur. Ceterum duo integri libri in solam amicitiam exponendam absumti longiores sunt, quam ut primitus videantur partes fuisse operis totam ethicen complectentis. Si hic ite-

rum Stahrius (l. l. p. 388) haec manifesto cum iis pugnare contendit, quae supra ad VIII, c. 9, §. 1. p. 260. dixi: *Sed si hic tractatus de amicitia* etc., moneo, etsi duo libri longiores sint, ut *primitus* Ethicorum partes fuerint, de uno libro id non sequi necessarie; et modo jam attuli rationem, cur alter hic de amicitia tractatus, quippe qui θέσεις contineat, non eo fine ab Aristotele, fuerit conscriptus, ut in corpus Ethicorum reciperetur, etsi haud absurde hoc fecerit, qui totum opus in ordinem redegerit.

§. 1. καθάπερ εἴρηται) Vide supr. VIII, c. 14, §. 4; unde etiam profecta est quaestio, quam hoc capite auctor fusius solvit. Est autem nostrum caput amplificatio tertii decimi capitis libri praecedentis et eorum, quae in aliis quoque capitibus illius libri proposuerat, ut pluribus §§. comparatis apparet: §. 2-3. nostri capitis (VIII, c. 8, §. 7); §. 6-10 (VIII, c. 13, §. 10-11); §. 11 (VIII, c. 13, §. 6) etc. — οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ) Non rejicit auctor lectorem ad V, c. 5, ubi tamen haec uberrime tractata vidimus, quia theses hae separatim divulgatae fuerant.

§. 2. ἐπαγγελλόμενος) sc. ὁ ἐραστής.

§. 3. φιλῇ τὸν ἐρώμενον) τὸν ἐρώμενον φιλῇ Bekkerus. — αὑτούς) αὐτούς Coraes, Bekkerus, cum vulgatam et Ven et Eustratius tueantur, quam vertas: *alter alterum*, cum αὑτούς sit *se ipsos*. Paraphrastes: οὐ γὰρ ἀλλήλους ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων. — τῶν ἠθῶν) Sic mei (in C tamen liber IX. deest maximam partem), NC, Par, Bekkerus tacite: τῶν ἠθικῶν soli El, CCC, Vrat, Ven, Eustratius. — καθάπερ εἴρηται) cf. VIII, c. 3, §. 6-7.

§. 4. τῷ κιθαρῳδῷ) Wilkinsonus e Mureto: „Plutarchus" (De fortun. Alexandri, c. 1. T. IX, p. 50. ed Hutten) „factum hoc Dionysio tyranno Syracusano tribuit. Sic Augustus cuidam Graeculo, ut Macrobius" (Sat. II, 4, p. 345. ed. Bip.) „narrat, versus pro versibus reddidit:

Verba dedi Xysto, decet haec dare dona poëtam."

Plutarchi autem narratio est haec: Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος, ὥς φασι κιθαρῳδοῦ τινὸς εὐδοκιμοῦντος ἀκούων ἐπηγγείλατο δωρεὰν αὐτῷ τάλαντον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτοῦντος, χθὲς εἶπεν εὐφραινόμενος ὑπὸ σοῦ παρ' ὃν ᾖδες χρόνον

εὔφρανα κἀγώ σε ταῖς ἐλπισιν, ὥςτε τὸν μισθὸν ὧν ἔτερπες ἀπελάμβανες εὐθὺς ἀντιτερπόμενος. Eustratius similia amplificatus, ad quem referenda sint in medio relinquit; dicensque, nonnullos haec Alexandro regi tribuisse, pergit: τινὲς δὲ οὐ τὸν Ἀλέξανδρον, ἀφορῶντες εἰς τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλοπρέπειαν καὶ τὴν περὶ τὰς εὐεργεσίας ἐκείνου ἑτοιμότητα. De Persarum rege Eudemus cogitasse videtur, quippe qui (VII, c. 10) eandem rem ita referre incipit: ὡς ὁ κιθαρῳδὸς καὶ ὁ βασιλεύς, ceterum jam Aristotele explicitius et ipse narrans. — καὶ ὅσῳ) καί asteriscis notavit Coraes, dicens: κακῶς ἐπλεόνασεν ὁ συμπλεκτικός. Verte: *eo plura se daturum, quo et melius ille cecinerit.*

§. 5. ταὐτὰ δώσει) Illorum gratia, quae non habet (κἀκείνου γε χάριν), eorum, quae habet, tantum dabit, ut ejusdem pretii fiat cum iis, quae accepit. Wilkinsonus et Zellius vulgatam ταῦτα δώσει praebent, varietate codicum non notata: item Ven, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, excepto O[b], qui legit τὰ αὐτά. Sic et Aldina minor, nec non Eustratius, cui utraque lectio nota erat; postquam enim ταῦτα δώσει interpretatus est δίδωσιν ὃ ἔχει, addit: ἐν τῇ λέξει δὲ τῇ· τὰ αὐτὰ δίδωσι, τὸ τὰ αὐτὰ ταὐτόν ἐστι τῷ ἃ ἔχει δίδωσιν. Eodem modo Paraphrastes lectionem explicat, nescio utram: δίδωσιν ἃ τυγχάνει κεκτημένος αὐτός. Accedit Argyropylus. Videntur hi interpretes eundem sensum, quem nos exhibuimus, alio tamen modo elicuisse, nempe tanquam τὰ αὐτά pro τὰ αὑτοῦ positum sit, ut legit Coraes, nescio unde, nisi quod jam Muretus conjiciendum decreverit τὰ αὑτοῦ. Vulgatam ταῦτα, tot codicibus defensam, non rejecissem, si, ad quid referrem ταῦτα, habuissem; nisi volueris κἀκείνου ad τέρψιν, et ταῦτα ad κέρδος referre, quibus sequuntur verba ὁ μὲν ἔχει, ὁ δὲ μή. Hanc rationem secutus est jam nunc Fritzschius, supplens: ἃ ἔχει.

§. 6. προλαβόντος) Zellius pro simplici dictum esse arbitratur, praepositione abundante; sed praepositioni suus sensus est praeclarus, cum, qui dedit prior (προϊέμενος), posterior accepturus sit: qui redditurus est, prior acceperit. Eustratius post alterum signum interrogationis sensum deficere dicit, et ad ἢ τοῦ προλαβόντος supplendum censet ἔστι τὸ τάττειν. Sed et his

vocibus omissis, alterum quaestionis membrum affirmationis vim habere (cf. supra ad I, c. 2, §. 2) apparet, praesertim cum sequatur *γάρ*. — *Πρωταγόραν*) Cf. Platonis Protagoram, p. 328 (p. 184): *ἐπειδὰν γάρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀποδέδωκεν ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μή, ἐλθὼν εἰς ἱερὸν, ὀμόσας, ὅσου ἂν φῇ ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκεν.*

§. 7. *ἐνίοις ἀρκεῖ τό*) Pro *ἀρκεῖ* legunt *ἀρέσκει* Eustratius, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus (K^b *τε ὁ* pro *τό*), excepto M^b, qui exhibet *ἀρκεῖ ἐνίοις τό*. Mutatio Cardwelli non est necessaria, cum *ἀρκεῖ* ad eundem fere sensum, quem habet *ἀρέσκει*, possit trahi; id quod facit Paraphrastes: *ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ κοινωνίαις ἔνιοι ταῖς ἀναλόγοις ἀμοιβαῖς ἀρκοῦνται καὶ ἀγαπῶσι τοῖς Ἡσιόδου*. Estque *ἀρκεῖ* ex Hesiodo assumtum, si non jam ab Aristotele, certe a librariis. Integer autem versus est (Op. et Dier. v. 368):

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

Eudemus (VII, c. 10) jam addidit *φίλῳ*: L^b, M^b post *ἀνδρί* exhibent *ἄρκιος ἔστω*: Paraphrastes *ἄρκιος εἴη*. Sensum hujus versus Giphanius recte perspexit, Mureto et aliis a vero aberrantibus. Interpretatur ille ita, ut ii significari putentur, qui contenti sint mercede ea, quam is, quocum res est, amicus vel discipulus constituerit (*εἰρημένος*), cum alii mercedem ipsi definiant, Protagoras autem scientiam argento aestimari posse arbitretur (cf. infra §. 9). *Ἐν τοῖς τοιούτοις* sunt igitur ejusmodi beneficia aut praestationes, de quibus auctor locutus est: *ἐνίοις* autem Eustratio Aristoteles adjecisse videtur *εἰς τὴν τῶν ἀγοραίων ἀπιδὼν ἀπληστίαν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι πολλαπλασίως ἐπιζητοῦσιν εὐπαθεῖν, ὧν ἐποίησαν, ἀλλ' οὐ τὸ ἴσον.* Muretus contra explicavit: „Etiam si cum amico aliquid negotii contrahas, fac ut tibi prius conveniat cum eo, et dicat, quam mercedem sibi satis futuram putet;" quam sententiam etiam sequentibus versibus confirmari ait:

Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Sed primo per jocum modo fratri diffidendum monet poëta, diffidentiamque aeque vituperat. Deinde noster versus cum

sequentibus prorsus non cohaeret. Postremo Graeca Mureti sententiam plane non admittunt.

§. 8. *γίγνηται*) Vulgatam *γίγνεται* Cardwellus et Bekkerus ex Hª, Kᵇ, Mᵇ, Nᵇ, Wilkinsonus sine nota critica, Zellius contra suos codices. Nobiscum faciunt praeter quatuor codices Ald et Ven. — *δι' αὐτούς*) Paraphrastes: *οἱ μὲν ὠφελοῦντες φίλους δι' αὐτούς*. — *ἀνέγκλητοί εἰσιν*) om. *εἰσι* Paraphrastes, Par, Bekkerus.

§. 9. *οὕτω δ' ἔοικε*) Intellige cum Argyropylo e praecedentibus *ποιητέον*. — *τὸ ἐνδεχόμενον*) Coraes: *τὸ κατὰ δύναμιν* (cf. supr. VIII, c. 14, §. 5).

§. 10. *ἀμφοῖν δοκοῦσαν*) Par, Cardwellus et Bekkerus *δοκοῦσαν ἀμφοῖν* secundum suos codices, excepto Mᵇ, qui *δοκοῦσαν* omittit. — *ἀναγκαῖον εἶναι*) *εἶναι* om. Bekkerus. — *τὸν προέχοντα*) Est, qui prior accepit, supra (§. 6) *ὁ προλαβών* vocatus: et, mutato subjecto (vide supr. ad VIII, c. 13, §. 11), *ἀντιλαβών* est, qui prior dedit; desideraturque a Zellio et Corae articulus saepe Aristoteli neglectus. Sic Eustratius: *ἂν γὰρ ὅσα οὗτος, φησὶν, ὁ προλαβὼν ὠφέληται, τοσαῦτα ἀναλόγως λάβῃ ὁ προδεδωκὼς, ἕξει τὴν ἀντίδοσιν ἀξίαν*. Nec aliter locus accipi potest, quidquid affert Eustratius, qui *προέχοντα* et de eo, qui dedit, intelligi posse contendit: *τὸν προϊέμενον διὰ τὸ πρὸ τοῦ δοῦναι ἔχειν ὃ δέδωκεν*. Legentibus *τὸν παρέχοντα*, ut Ven, sane haec altera interpretatio, quae in voce *οὗτος* mutat subjectum et in voce *ἀντιλαβών* ad prius subjectum redit, probanda est. Sed quomodo *οὗτος* aliud esse possit subjectum quam *τὸν παρέχοντα*, non video: et si est idem, quomodo, quod sequitur *ὅσον γὰρ οὗτος ὠφελήθη*, aliter intelligi possit quam de eo qui prior accepit. Denique aliis locis similiter prior accipiens pretium constituere debere dicitur (cf. supr. §. 6, et infr. §. 11; et VIII, c. 13, §. 11). — *ἐν τοῖς ὠνίοις*) Eustratius: *ὁ γὰρ ὠνούμενος καὶ ἐν τούτοις, ἀλλ' οὐχ ὁ πωλῶν τάττει τὴν τοῦ ὠνίου τιμήν· ὁ γὰρ πιπράσκων πλέον ἀεὶ ἐπιζητεῖ τῆς ἀξίας, ὁ δ' ὠνούμενος τοσοῦτον δίδωσιν, ὅσον ἂν οἴεται γενέσθαι τὴν ἀπὸ τοῦ ὠνίου ὠφέλειαν*. Sic et Paraphrastes. Inde fit, ut pretium rerum venalium fluctuet semper, prout major aut minor indigentia ementium est; nam indigentia est mensura omnium

mercium (cf. supra V, c. 5, §. 11. et 13), qui autem prior accepit, fuit indigens.

§. 11. ἐνιαχοῦ) Stahrius (l. l. p. 393) ex hoc loco colligere posse contendit, Aristotelem jam πολιτείας suas conscripsisse, ἐνιαχοῦ tamen non vult ad graecas civitates referri, sed fragmentum citat Nicolai Damasceni περὶ ἐθῶν disserentis: παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις. — ἑκουσίων συμβολαίων) Vocantur supra (V, c. 2, §. 13) συναλλάγματα ἑκούσια, οἷον πρᾶσις, ὠνή, δανεισμὸς, ἐγγύη κ. τ. λ. — οἴεται) Pro οἴονται, (quod Coraes in textum recepit), subaudiendo τις, ut saepius jam notavimus, aut lectori notandum reliquimus, ex. gr. paulo ante ad ἐπίστευσεν. Eustratius: τὸ οἴεται περὶ τοῦ νόμου εἴρηται, οἴεται γὰρ ὁ νόμος ἢ ὁ νομοθέτης. — ἑκάστοις) Commate post hanc vocem expuncto, eam potius ad φαίνεται referas. — πρὶν ἔχειν ἐτίμα) Nam quae possident, usu trita et vilia fiunt hominum animis, nec verum rerum pretium norunt, nisi inopia et indigentia didicerint, quantum valeant. Nec contradicunt, quae modo proposita fuerant, sua unumquemque pluris aestimare quam valent; non enim simpliciter hoc accidere vult Aristoteles nec ipsum rerum pretium statuere volentibus, sed tum demum cum sua aliis tradituri pretio nimis extollendo plura referre cupiunt.

CAP. II. Habes hoc capite initia ethices casuisticae (sit venia verbo), quam Stoici et Christianae religionis temporibus Patres Societatis Jesu, e nostris vero novissimi aevi philosophis Kantius et Fichtius maxime amplexi sunt; cf. meum opus *System d. philos. Moral*, Libr. III, 2, c. 2: *Die Kasuistik*, p. 294-307.

§. 4. ἀπαιτοῦντι) Coraes ex Eustratio: τὰ λύτρα. — δόξειε γάρ) Particula γάρ iterum (ut supra c. 1, §. 6) alteri quaestionis membro affirmativae responsionis vim impingit. — τὸν πατέρα) Coraes ex Eustratio: ἑαυτοῦ. — ἑαυτοῦ) *Se ipso.* Eustratius: δεῖ γὰρ καὶ ἑαυτοῦ τὸν πατέρα προτιμῶσαι, μήτοι δὴ τὸν λυτρωσάμενον.

§. 5. τὴν ἑτέρου προϋπαρχήν) ἑτέρου om. Par, Cardwellus et Bekkerus e suis codicibus excepto M^b: pro ἑτέρου legunt ἑταίρου Vrat,

Ald, Ven. — *τῷδε*) Idem est, qui *ὁ μέν*: subjectum autem *τοῦ οἴεται* ex objecto *τοῦ εἰδὼς* et *εὖ ποιήσῃ*, quod est *σπουδαῖον*, assumendum.

§. 6. *οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα*) Cum boni et mali dignitas non sit eadem, non oportet, bonus malo parem gratiam referat; injustum enim esset, si malus eadem, quae bonus, vellet auferre. — *δέξαιεν*) Sic Par, Cardwellus et Bekkerus secundum H', K^b, L^b, N^b, plures Victorii codices. Vulgata *δόξειεν*, quam exhibent Wilkinsonus sine nota critica, Vrat, M^b, O^b, violentius numerum mutat quam ut hoc quidem loco ex ipsius Aristotelici sermonis usu ferri posse videatur.

§. 7. *πολλάκις εἴρηται*) Vide supr. ad I, c. 2, §. 3, et c. 3, §. 1, et loca, quae priore loco citavimus. — *τῷ Διὶ θύεται*) Supple, quod addunt jam Eudemus (VII, c. 11), Paraphrastes, Eustratius, *πάντα*: cf. supr. ad V, c, 7, §. 1, in quem locum e nostro conjectura Mureti irrepsit: *αἶγα Διὶ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα* pro *αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα*. Eustratius et canes et serpentes et alia similia Jovi non immolanda esse apud Graecos, notat.

§. 8. *εἰς τὰ κήδη*) Sunt exsequiae, ut omnes fere accipiunt. Eustratius tamen, adstipulante Argyropylo, de sponsalibus: *κήδη δ' εἰσὶ τὰ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάγματα*. Sed cur tum post nuptias de iis loquitur? Cur, quae ad eandem rem pertinent, verbis ita disjunctis commemorat? Paraphrastes quid senserit, perspici non potest, cum ad verbum Aristotelis orationem sequatur; id quod toties eum fecisse observavi, quoties aut noluit aut non potuit obscuritatem quandam enucleare. Etiam vox *ἀπαντᾷν* cum Eustratii explicatione pugnare videtur. Cur enim consanguinei, ad nuptias si vocantur, non etiam sponsalibus ut adsint invitentur, sed ipsi debeant accedere (*δεῖν ἀπαντᾷν*), non video. Ad funera vero et parentalia etiam non vocati cur debeant accedere, ratio patet. Nam, ut dicit Noster (infra c. 11, §. 5-6), „amici ad res secundas cupide studioseque vocandi; contra autem ad eos, quos adversa et iniqua fortuna premit, cupide et ultro eundum est, nec exspectandum dum voceris."

§. 9. *κάλλιον*) Addit *ὂν* Bekkerus ex H^a, N^b, sed ortum

est ex ultimis literis vocis praecedentis: ὄντως ὄν L^b. — εἰς ταῦτ') Praepositionem expungendam censet Coraes. — καθάπερ θεοῖς) καί ante θεοῖς addunt L^b, O^b. — γονεῦσιν) Hanc vocem jam post τιμὴν δέ ponunt Cardwellus et Bekkerus ex H^a, K^b, N^b: utroque loco Par, M^b, O^b, Ven. — μητρικήν) τὴν μητρικήν Bekkerus ex H^a, L^b, M^b, N^b.

CAP. III. §. 1. ἐν ἀρχῇ) Initium jam non est totius de amicitia tractatus, neque adeo Ethicorum Nicomacheorum, sed hujus ipsius libri (c. 1, §. 4), ita ut theses has separatim editas esse, dubitari jam non possit.

§. 3. μοχθηρὸς ᾖ καὶ δοκῇ) ᾖ om. El, CCC, Vrat, Bekkerus suis e codicibus, Eustratius, qui καί pro ᾖ positum esse contendit; id quod tamen difficilius videtur, quam ᾖ pro καί ponere (cf. supr. ad VII, c. 7, §. 2). Pro δοκῇ legunt δοκεῖ El, CCC, Vrat, K^b, Eustratius. Hujus igitur duriore interpretatione rejecta, γένηται δὲ μοχθηρὸς καὶ δοκεῖ ita dilucidandum est: *si factus sit pravus, atque id etiam videtur.* Cumque, propter indicativum δοκεῖ, *videri* pro certiore proponatur, quam *esse*, statuitur quaedam disjunctio; et Eustratiana explicatio hactenus admitti possit, quatenus propter mutatum modum καί abit in sensum particulae disjunctivae. Sed ne haec quidem interpretatio ferri potest: nam γένηται et δοκῇ non gradu tantum certitudinis distinguuntur, sed opponuntur tanquam duo casus, in quorum utroque tamen idem faciendum est, ut supra c. 2, §. 6. Verte: *Si quis malus evaserit, aut etiam* (καί) *si saltem malus videatur.* Nec opus est, ut cum Corae καί pro spurio habeamus. — οὔτε δεῖ) om. El, CCC, Eustratius, Paraphrastes, Coraes; Cardwellus pleonasmum et ipse vitaturus, insulsam reddit sententiam, legens e K^b οὔτε δὴ φιλητέον· πονηρὸν γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, omissis οὔτε δεῖ φιλοπόνηρον. — εἴρηται) Cf. supra VIII, c. 1, §. 6. — τούτῳ ᾖ τοιούτῳ) τούτῳ ἢ τοιοῦτος Par: τῷ τοιούτῳ Vrat, Bekkerus cum H^a, L^b, N^b, O^b. Paraphrastes: οὐ γὰρ τῷ μοχθηρῷ φίλος ἦν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ. Coraes omnem vulgatae difficultatem solvit, ᾗ pro ᾖ scribens. Vulgatam tuetur Argyropylus: *huic aut tali*, fere ut supra VIII, c. 3, §. 6. legimus: οἰκεῖαι καὶ τοιαῦται, vel τοιαῦται ἢ ὅμοιαι. —

ἀλλοιωθέντα γοῦν) Pro *γοῦν* legunt *οὖν* Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, exceptis L^b et O^b qui exhibent *δέ*.

§. 4. *ἐκ παιδιᾶς*) Sic Zellius de Par tacens, Ald, Ven: *παιδικαῖς* Vrat, Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis excepto N^b, qui nobiscum facit. Vulgatam *ἐκ παιδίας* dedit Wilkinsonus sine varietate codicum. Sic legisse videtur Eustratius, cum dicat: *φίλους εἶναι ἀπὸ τῆς τῶν παίδων φιλίας*. Forsitan *παιδιᾶς* e Paraphraste fluxit: *εἰ γὰρ δύο παίδων φίλων ὄντων διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ διατριβῶν καὶ παιδιᾶς κοινωνεῖν κ. τ. λ.* Coraes vulgatam servans notat: *Σημαίνει δ' οὖν, ὁποτέρως ἂν τονίσῃς, τὴν παιδικὴν ἡλικίαν.* — *ταῦθ' ὑπάρξει*) sc. *τὸ ἀρέσκεσθαι τοῖς αὐτοῖς, τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι.* — *εἴρηται*) Cf. supra VIII, c. 7, §. 6-7; et spectat totum nostrum caput ad hoc caput septimum libri praecedentis.

§. 5. *προγενομένην*) *προγεγενημένην* Bekkerus ex H^a, L^b, N^b, O^b: *προςγενομένην* Vrat, Ald, Ven. — *ἡ διάλυσις*) Bekkerianorum codicum solus N^b articulum, quem Cardwellus omisit, retinet.

CAP. IV. §. 1. *τὰ φιλικὰ δὲ πρὸς τοὺς φίλους*) *τά* post *δέ* addunt Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, excepto L^b, qui pro *τά* habet *καί*. Post *φίλους* addunt *πέλας* El, K^b. Coraes *πρὸς τοὺς φίλους* delendum censet. — *τὸν βουλόμενον καὶ πράττοντα*) sc. *τῷ φίλῳ*, quod jam Paraphrastes addidit. Quae hic exponuntur in universum amicitiae officia, suum singula nanciscuntur caput in hoc secundo libri IX tractatu: Benevolentia (c. 5), beneficentia (c. 7), concordia (c. 6). — *ὅπερ αἱ μητέρες*) Cum etiam matres, etsi non magnopere laborent ut a liberis redamentur, si fieri non possit (cf. supra VIII, c. 8, §. 3), et amici, inter quos amicitia maneat quamvis offensiuncula oborta sit, tamen nihilominus ei quem amant bona cupiant illius causa, etiamsi nullam inde sperent utilitatem: multo magis hic animus inter eos amicos existere debet, qui non ut illi mutuo convictu privantur, sed simul versantur. Garvius ita parenthesin interpretatus est, quasi haec verba argumento sint, hanc amicitiae definitionem non sufficientem Aristoteli visam fuisse; et sane quae sequuntur demum eam absolvunt, cum perspicuum sit, Philosophum omnes tres vel

quatuor in §. propositas opiniones velle conjungi, ut absoluta amicitiae definitio conficiatur, ut et verba τούτων ἕκαστον (§. 2) indicare videntur. Legunt μὴ προςκεκρουκότες (cum Vrat, L^b, CCC ad oram), qui explicationem supra propositam non intellexerunt.

§. 2. καθάπερ εἴρηται) Vide supra III, c. 4, §. 4-5; I, c. 8, §. 13; cf. etiam VIII, c. 5, §. 4.

§. 3. ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ) Praeclarissima haec sententia profertur etiam infr. §. 4; c. 8, §. 6; X, c. 7, §. 9-10.

§. 4. οὐδεὶς αἱρεῖται πάντ') Sic CCC, Par, Vrat, Cardwellus et Bekkerus secundum omnes codices suos (nisi quod Cardwellus e K^b οὐδείς post αἱρεῖται posuit). Nihil difficultatis est, dummodo πάντα pro objecto verbi ἔχειν, et ἐκεῖνο τὸ γενόμενον (i. e. *id, in quod mutatus sit*) pro subjecto accipias. Et cum hoc primo argumento auctor probarit, unumquemque bonum sibi bona cupere, si bonus maneat, eadem deinde Dei exemplo comprobat, qui item non est bonum ipsum nisi idem maneat. Pro αἱρεῖται vulgata exhibet αἱροῖτ' ἄν, quod soli El, CN legunt, siquidem CCC tantum Wilkinsonus αἱρεῖται legere contendit. Coraes: οὐδεὶς αἱροῖτ' ἂν ταῦτ'. — ἀλλ' ὢν ὅ τί ποτ' ἐστί) Pro ἀλλ' ὢν legunt ἄλλο ὢν Ven, ἄλλο ὂν El et CCC; male. K^b exhibet ἀλλ' οἷον ὁ πότ' (teste Bekkero ὁπότ'), CCC ad oram ἀλλ' οἷον ὅ ποτ'. Verte: *Sed tum demum cum est, quidquid est.* Sic Eustratius: ἀλλ' ὢν ὅ τί ποτ' ἐστίν, ἤτοι· ὁ θεὸς ὤν. εἰ δ' ἄλλο τι γένοιτο ἐκ τῆς φύσεως ἣν ἔχει, οὐθ' ἕξει ὅπερ νῦν ἔχει ἀγαθόν, ἢ εἰ καὶ δοίη τις ἕξειν, οὐχ ὡς ἀγαθὸν αὐτῷ παρέσται. Idem argumentum Coraes alio modo expressum esse putat, nempe e Dei immutabilitate. Quamobrem pro ἀλλ' legi vult ἄλλ', eo sensu: καὶ νῦν ἔχει ἀγαθὸν ὁ θεός, ὥςπερ καὶ εἶχεν, ὢν ὅςτις ποτ' ἐστὶν, ἕτερος τοῦ ἀνθρώπου. Aut conjecturas proponit: ἀλλ' αἰεὶ ὤν, ὅ τι ποτ' ἐστί, vel: οὐκ ἄλλο ὄν, ὅ τί ποτ' ἐστίν, sine ulla necessitate. — ᾗ μάλιστα) ᾗ om. K^b, M^b.

§. 5. αὐτό) sc. τὸ συνδιάγειν ἑαυτῷ. Intellige sequentia: Ideo secum vivere amat, quia quae egerit et acturus sit perpendens, cum sint bona, voluptate afficitur.

§. 6. πάντῃ) πάντοτε Par, Vrat, Cardwellus et Bekkerus

secundum codices suos excepto O[b]. Hic perspicue videmus, quomodo lectio ex interpretibus in textum irrepere potuerit; explicat enim πάντῃ γάρ ἐστιν Eustratius: τουτέστιν ἀεὶ γὰρ καὶ πάντοτέ ἐστιν. — ἀμεταμέλητος) ἀμετάβλητος M[b].

§. 7. τῷ δὴ πρὸς αὑτόν) Addit μέν Bekkerus e solo M[b]. — ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν) αὑτόν pro ἑαυτόν K[b] (secundum Bekkerum) et M[b]. — τούτων) Sunt ea quae §. 3-6. viro bono attribuit auctor. Paraphrastes: φανερὸν, ὅτι, ἅπερ ὁ ἐπιεικὴς ἑαυτῷ βούλεται καὶ ἀπονέμει, ταῦτά εἰσι τὰ φιλικὰ καὶ ἐν τούτοις ἡ φιλία συνίσταται.

§. 8. ἀφείσθω) Infra hanc dubitationem tollendam Noster propositurus est (c. 8). — εἶναι ἡ φιλία) ἡ om. Cardwellus et Bekkerus ex H[a], K[b], M[b], N[b], recte, ut sequentia ostendent; aliter enim non de amicitia in se ipsum intelligi possit. — ᾗ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων) Est prior ratio, cur cuique erga se ipsum amicitia esse videatur: altera incipit: καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολή. Nam quamquam plura auctor infra docturus est, tamen etiam hic nonnulla tangit. Posterior ratio patet. Priorem Argyropylus, Acciajolus, Victorius, Camerarius, Zwingerus, Giphanius sic exponunt: *Amicitia hominis erga se ipsum est, quatenus duae vel plures earum definitionum ibi reperiuntur, quae initio hujus capitis propositae sunt.* Qui nodum in scirpo quaesiverunt, plane aliam interpretandi rationem inierunt: „Eatenus amicitia homini erga se ipsum esse potest, quatenus ipse e duabus“ (τό τε λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον) „vel pluribus partibus“ (λόγος, θυμὸς, ἐπιθυμία) „constat, ita comparatis, ut altera alteram aut aspernari possit,“ quod fit in improbis (cf. infra §. 10: καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς), „aut cum eadem conciliari,“ quod fit in bono; nam ut amare et amari existere possit, duo disjuncta sint oportet, quae concilientur. Hanc amplexi sunt interpretationem Lambinus, Garvius et Zellius e recentioribus, e veteribus Eustratius et Paraphrastes. Sed altioribus etiam haec opinio defixa est radicibus, cum jam ipsi Aristotelis discipuli, Eudemus ex. gr., magistri sententiam sic interpretati sint; cf. Eth. Eud. VII, 6. Auctor Magnorum Moralium (id quod memoratu dignissimum

est) utramque explicationem (II, c. 11, p. 1210, b, l. 32 — p. 1211, a, l. 6; et p. 1211, a, l. 15 — p. 1211, b, l. 3) claris verbis proponit, et eum in modum eas profert, ut sint diversae rationes, cur erga se ipsum amicitia esse possit. Condiscipuli igitur interpretationem agnoscit, sed magistri sententiam, quam et nos quidem veram arbitramur, priore loco proponit. Eudemus etiam in utramque partem disputat, sed suae explicationi priorem locum concedit, et reliqua non tanquam novum argumentum affert; sed paraphrasis potius eorum videntur, quae Aristoteles nostro in capite §. 1-6. docuit. Citat variam lectionem Eustratius nostris quidem in codicibus non obviam (nisi quod M[b] οὐκ inter ᾗ et ἐστίν inserat), sed e Peripateticorum jam schola haud dubie ortam: δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ οὐκέτι δύο τὰ αὐτά (Coraes: γρ. ᾗ οὐκ ἔστι δύο ταῦτα), i. e. *quatenus ambae animae partes jam non sunt duae, sed fiunt unum et idem.* Haec sane lectio aliter intelligi non potest; et occurrunt apud Eudemum jam hujus interpretationis vestigia: ᾗ δὲ εἷς καὶ ἀδιαίρετος, ὀρεκτὸς αὐτὸς αὑτῷ. Nostra autem lectio rursus illum sensum habere plane nequit. Nam primo ad ᾗ ἐστί subaudiri deberet ὁ ἄνθρωπος vel ἡ ψυχή, cum praecedat φιλία, ad quam vocem haec referenda sunt. Deinde voces ἐκ τῶν εἰρημένων referri deberent ad I, c. 13, §. 9. sqq., ubi animae partitionem auctor proposuerat, cum tamen mox (infra §. 9) τὰ εἰρημένα sint tres vel quatuor illae opiniones, ad quas quidem solas etiam illae voces referri possunt. Postremo si dicere voluisset Aristoteles, quae putat Eudemus, partium animae mentionem injecisset, quod fecit Eudemus; nam sub vocibus δύο ἢ πλείω nemini hae partes latere censendae sunt. Secundam quidem ex his nostris objectionibus vitat K[b] legens ᾗ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ἢ ἐκ τῶν εἰρημένων, ceteras vero integras relinquit: utramque autem explicationem conjungit, cum ᾗ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ad priorem, ἢ ἐκ τῶν εἰρημένων ad posteriorem referenda sint; ita ut tres, non duas statuat rationes, cur erga se ipsum amicitia esse videatur. Lectio vetustissimi hujus codicis et ipsa a quodam e Peripateticis profecta est magistrum et discipulos inter se conciliare cupiente. Ceterum Aristoteles ipse, ubi de

amore sui disserit (infr. c. 8), nullo verbo discipulorum sensum expressit; sed nostrae explicationi aperte opitulatur, etsi non infitias it, in vero sui amore cupidinem rationi obedire, unde suam sententiam forsitan illi Peripatetici hauserunt. — *ἑαυτόν*) *αὑτόν* Bekkerus.

§. 11. *οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν*) Sic B, NC, Par, M[b], plurimi Victorii codices, Cardwellus, Fritzschius, apodosi incipiente a *φεύγουσιν*: addunt *καί* ante *φεύγουσιν* El, CCC, Vrat, K[b], Ald, Ven, ita ut apodosis ordiri possit jam inde a *καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν*: utrobique *καί* omittit N[b], ita ut apodosin necessario constituas verbis *διὰ τὴν μοχθηρίαν*. Legunt *οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦσί τε καὶ φεύγουσι τὸ ζῆν* Coraes, et Bekkerus cum H[a], L[b] (A), O[b], nonnullisque Victorii codicibus; sed Bekkerus *διὰ τὴν μοχθηρίαν* ad praecedentia (quasi *δεινά* non sufficiat), Coraes certe rectius ad sequentia, ut jam Argyropylus, retulit. Vulgata illa, cum eam major codicum numerus tueatur, vel ideo melior videtur, apodosi tamen a vocabulo *φεύγουσιν* orsa, sive addas secundum *καί* sive non; illud praefero, cum *καί* et in altera lectione occurrat. Deinde in nostra lectione ratio affertur, cur mali fugiant vitam: scilicet, quia plerisque odio sunt propter improbitatem; quae ratio cum in altera lectione absit, nescias, cur oderint vitam mali sibique ipsis manus inferant. Porro verba *μισοῦσί τε καὶ φεύγουσι* Bekkerianae lectionis insulsa videntur tautologia, praesertim cum sequatur *καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς*. Postremo, cum *δεινά* per se significet *terribilia et nefanda*, ita ut *πολλὰ καὶ δεινά* sit *ἓν διὰ δυοῖν* pro *πολλὰ δεινά*, et, etiamsi *δεινός* per se hunc sensum non habeat, tamen *πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται διὰ τὴν μοχθηρίαν* significare non possit *multa prava fecerunt*, ne ipsam Argyropyli structuram comprobaverim, cum pravitas non sit causa cur vita odiosa sit, sed improbissimos saepe vitae cupidissimos esse videamus. Recte Paraphrastes: *ἔνιοι γὰρ τῷ πολλὰ καὶ δεινὰ πρᾶξαι μισηθέντες διὰ μοχθηρίας ὑπερβολὴν, φεύγουσι τὸ ζῆν κ. τ. λ.* Omissum est *καί* ante *φεύγουσι* Paraphrastae auctoritate. — *συνημερεύσουσι*) *συνδιημερεύ-*

σουσι Bekkerus secundum codices suos, excepto K^b. — ἀναμιμνήσκονται) Ob easdem causas mali se fugiunt, propter quas boni secum degere cupiunt (cf. supr. §. 5).

§. 12, l. 3-4. τὸ μὲν — τὸ δέ) τότε μὲν — τότε δέ CCC, Vrat, L^b, O^b, codex Victorii, Ald. Recte Eustratius et Paraphrastes alterum (τὸ δέ) de animae parte, quae est ratione praedita, intelligunt, alterum (τὸ μέν) de ea, quae caret ratione. — ἕλκει) Eustratius supplet τὸν ἄθλιον. — μεταμελείας) Cf. supra §. 6, ubi de bono contrarium praedicatur.

§. 13. ἑτέρων) ἑτέρῳ El, Coraes et Bekkerus ex suis codicibus; quod praeferendum, quia vera bonorum amicitia non ad plures extenditur, et vox ἕτερος melius de duobus amicis dicta est.

CAP. V. §. 1. πρότερον δὴ ταῦτ' εἴρηται) Pro δή Par, Vrat, Bekkerus δέ. Vide supra VIII, c. 2, §. 3-4; unde tota haec quaestio, quae nostro tractatur capite, tanquam quidam commentarius, orta est.

§. 2. γίνονται) Jam Paraphrastes οἱ θεώμενοι supplevit.

§. 3. οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ· ἀλλ') *Nihilo magis amat nisi*, de quo sensu vocis ἀλλά vide supra ad V, c. 4, §. 14: nec offendat modi mutatio in ἐπιθυμεῖ et ipsa jam obvia (cf. supra ad VI, c. 7, §. 8): ἐπιθυμῇ legunt CCC, H^a, L^b, M^b, N^b, Paraphrastes, Zellius, Coraes et Bekkerus vulgatam corrigentes. Qui autem specie delectatur nec jam amat, similis est benevolo, cui item nondum contentio et appetitio est (supra §. 1). — οὐδὲν ἄν) ἂν οὐδέν Par, Cardwellus et Bekkerus secundum H^a, K^b, M^b, N^b, O^b, ortum ex §. 2, ubi eadem verba sic posita occurrunt.

§. 4. ἀργὴν εἶναι φιλίαν) Sic codices, meis non exceptis, nisi quod B habet in ora, sed eadem manu: γρ. ἀρχὴν εἶναι φιλίας. Hanc alteram lectionem, quae fuit vulgata, exhibet Argyropylus et Eustratius; sed hoc jam dixit Aristoteles modo (§. 3), et multa nugatur interpres graecus, dum vocem μεταφέρων cum sua lectione, quae quidem omni caret metaphora, studet conciliare. Paraphrastae exemplar, quo usus sum, aperte ἀργὴν φιλίαν exhibet, cum Zellius in suo exemplari ἀρχὴν

φιλίαν se invenisse dicat, ita ut nesciat, utrum χ an ν mutandum sit. — ἡ εὔνοια) ἡ om. Cardwellus et Bekkerus ex auctoritate codicum suorum.

CAP. VI. §. 1. τοῦτο) i. e. τὸ τὰ αὐτὰ δοξάζειν (cf. supr. VIII, c. 6, §. 1), ut notat Fritzschius.

§. 2. καὶ ἐνδεχόμενα) τά post καί addit Bekkerus sola codicum L^b et O^b auctoritate confisus. — ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν) Diog. Laërt. I, §. 75: τότε δ' οὖν τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μιτυληναῖοι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρησαν αὐτῷ. ὁ δὲ δέκα ἔτη κατασχὼν καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα, κατέθετο τὴν ἀρχὴν καὶ δέκα ἐπεβίω ἄλλα. — τὸ ἐν τῷ αὐτῷ) i. e. τὸ αὐτὸ ἐν τῷ αὐτῷ. Scilicet Eteocles et Polynices in Euripidis ab Aristotele citata fabula volunt quidem idem, sed non in eodem; uterque enim non eundem, sed se quisque regnare vult, ita ut concordes dici non possint.

§. 3. ὥσπερ Εὔριπος) Cicero pro Murena, XVII: *Quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum.* Ceterum cur refluat Euripus explicat Aristoteles, citante Fritzschio, et locorum angustiis et flatu ventorum (Meteor. II, 8; de Audibilibus, p. 800, b, l. 29 (ed. Bekk.); Problem., XXVI, 4.

§. 4. τοῖς πόνοις) τοῖς δαπανηροῖς M^b. — αὐτούς) Cum spiritu leni Paraphrastes, Ven, Bekkerus.

CAP. VII. §. 2. ἐκ πονηροῦ θεωμένους) Paraphrastes ἐκ πονηροῦ θεώμενοι ipsissima putat verba esse Epicharmi, et non male Camerario pedes iambici esse videntur. Victorius Epicharmi sententiam hanc fuisse arbitratur, ut vituperaverit poëta eos, qui, spectata deteriore natura hominum, ad omnes transtulerint, quae de malis tantum dici possint. Sic jam veteres interpretes, Eustratius: ὡς τῆς κακίας τὸ θέλειν εὖ μᾶλλον πάσχειν ἢ εὖ ποιεῖν, et Paraphrastes: καὶ ταῦτα προήχθησαν νομίζειν πρὸς τοὺς ἀγνώμονας καὶ πονηροὺς ἀποβλέποντες ἀνθρώπων. Aliam Coraes ingreditur viam, metaphoram putans sumtam a scena: ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ μὴ καταλαβόντες χώραν ἐπιτήδειον, οὔτε τὸ δρᾶμα οὔτε τοὺς ὑποκρινομένους κρίνειν ὀρθῶς ἔχουσιν, ὡς ἐκ πονηροῦ τό-

που θεώμενοι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν τῇ τοῦ βίου σκηνῇ, εἴ τις ὑπὸ πονηρᾶς περὶ ἀνθρώπων δόξης προκατειλημένος κρίνειν ἐπιχειροῖ τὰς ἀνθρωπίνας πράξεις, οὐκ ἔσται κριτὴς ἀδέκαστος, ὡς ἐκ πονηροῦ θεώμενος. Cui interpretationi adstipulatur Fritzschius: *Sie betrachten die Sache aus einem falschen Gesichtspunkte, sehen Alles von der Schattenseite an.* Ceterum, ut Coraes, jam Victorius confitetur, se nullam ab alio vetere auctore mentionem ejus sententiae factam invenisse.

§. 3. φυσικώτερόν τε) τε omittunt Zellii et Bekkeri codices, Ven, Paraphrastes, Eustratius, Cardwellus et Bekkerus; Wilkinsonus vulgatam expressit sine nota critica, ita ut dubitaveris, num codices ad hunc locum introspexerit, et plane nescias, unde profecta sit ista lectio. — εὖ πεπονθότας) παθόντας pro πεπονθότας Par: εὖ omittunt H^a, K^b (secundum Bekkerum), M^b, Bekkerus: εὐεργετηθέντας L^b, O^b. — κἂν μηδὲν ὦσι) Mutationem modi, cum statim subsequatur optativus γένοιντ', optime explicat Cardwellus: „Variato actionis a praesenti ad futurum tempore, variatur idcirco a subjunctivo ad potentialem modus."

§. 5. ἐστί πως) Insulsissima sententia inquinaverunt chartas Stagiritae, quiqui ἔστι πως ediderunt, Zellius, Cardwellus, Bekkerus, Fritzschius. Profecta est haec interpretatio a Victorio, qui τὸ ἔργον tanquam accusativum ex ὁ ποιήσας pendere putat: *Actu igitur est aliquo modo ille, qui opus fecit.* Hoc nihil aliud significat, ac: *Qui in operatione est, operatur quodammodo.* Quasi hoc unquam dici opus fuit! Tum quid sibi velit illud πως, Victorius nunquam expediverit; qui enim operatur, minime *quodammodo* tantum actu est. Denique argumentum, cur opus nostrum amemus, tum tantum proferri potest, si opus sumus, non si actu; additque Philosophus: στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. Quamobrem τὸ ἔργον est nominativus, et sensus alius esse non potest, nisi quem expressit Argyropylus secutus Eustratium, Paraphrasten, Thomam Aquinatem: *Qui igitur fecit, est actu suum quodammodo opus;* quod et sequentia confirmant: ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. Eodem modo, ut Aristoteles, dixit Hege-

lius, *Rechtsphilosophie* §. 124: *Was das Subject ist, ist die Reihe seiner Handlungen.* Et convenit inter utrumque philosophum, operationem et actum demum esse veram rerum substantiam. Fritzschio exclamanti: *Nullo modo hoc loco audiendus Hegelius!* illud πως explicandum relinquo, quo auctor novam quandam et usque ad ipsum inauditam sententiam in medio proponit, quae Hegelio statim arrisit. Eustratii verba sunt: ἔστι δὲ, φέρε εἰπεῖν, τὸ τοῦ Σωκράτους ἔργον οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐνεργείᾳ αὐτὸς ὁ Σωκράτης, Paraphrastae vero: πᾶς ἐνεργῶν ἐνεργείᾳ ἐστὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, et mox: τὸ ἔργον δέ ἐστιν αὐτὸς ὁ πράττων ἐνεργείᾳ. Si Hegelium audire noluit Fritzschius, utinam audivisset saltem veteres Aristotelis interpretes graecos. Coraem, cum ἐστίν ediderit, eo magis miror notavisse: ἕτεροι δὲ (πιθανώτερον) ἑρμηνεύοντες, „Ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἐστὶ τρόπον τινὰ διὰ τὴν ἐνέργειαν. Hoc si differt ab ἐνεργείᾳ εἶναι, significat: *esse* per actum. Sed tum scribere debuit Coraes ἔστιν. Per actum autem non sunt, qui operantur, cum et sine actu jam δυνάμει sint, atque adeo aliquatenus ἐνεργείᾳ.

§. 7. ἀνάπαλιν) Pulchre facta, antequam acta sint, plus laboris habere quam jucunditatis videntur, externa autem bona sive utilia, quae speramus, majorem exspectationem movent, quam possunt explere, cum non sint vere bonum; unde patet, ante beneficium collatum eum, qui accepturus est, daturum majore amplecti amore, post autem contra. — τὸ δὲ φιλεῖσθαι) τὸ φιλεῖσθαι δέ Par, Cardwellus, Bekkerus e codicibus suis. -- καὶ ἡ μὲν φίλησις usque ad τὰ φιλικά) Eustratius: εἰ τὸ ὑπερέχειν μᾶλλον καὶ οἷον ἄρχειν φιλοῦμεν, ·ἢ τὸ ὑπερέχεσθαι καὶ ἄρχεσθαι. τὸ δὲ εὖ δρᾶν καὶ εὐεργετεῖν ὑπερέχειν ἐστὶν, ὑπερέχεσθαι δὲ τὸ εὖ πάσχειν. φυσικῶς ἄρα φιλοῦμεν τὸ εὐεργετεῖν καὶ εὖ ποιεῖν· τὸ δὲ εὐεργετεῖν αὐτός ἐστιν ὁ εὐεργετούμενος· φυσικῶς ἄρα μᾶλλον φιλεῖ ὁ εὐεργέτης τὸν εὐεργετηθέντα, ἤπερ ὁ εὐεργετηθεὶς τὸν εὐεργετήσαντα. τὸ μὲν εὐεργετεῖσθαι γὰρ ὑπερέχεσθαί ἐστι, τὸ δ' ὑπερέχεσθαι ὑπόπικρον καὶ ἀφίλητον· τὸ ὑπερέχεσθαι ἄρα ἀφιλητόν ἐστι. τὸ δ' ὑπερέχεσθαι τοῦ ὑπερεχομένου ἐν τῇ τοῦ ὑπερέχοντος ὁρᾶται ὑπεροχῇ, ὥστε ἀφίλητος ὁ ὑπερέχων, ὥστε καὶ ὁ εὐεργέτης ὡς ὑπερέχων. πάλιν τὸ εὐεργετεῖν ὑπερέχειν ἐστὶ, τὸ ὑπερέχειν φιλητὸν, τὸ

εὐεργετεῖν ἄρα φιλητόν· ὁρᾶται δὲ τοῦ εὐεργέτου ὑπεροχὴ καὶ τὸ εἶναι αὐτοῦ, ᾗ ὑπερέχων καὶ ᾗ εὐεργέτης, ἐν τῷ ὑπερεχομένῳ καὶ εὐεργετηθέντι· φιλητὸς ἄρα ὁ εὐεργετηθείς, καὶ φυσικόν ἐστι τὸ μᾶλλον φιλεῖν τὸν εὖ δράσαντα ἢ τὸν εὖ παθόντα. Vrat, N^b et Ven pro *ὑπερέχουσιν* exhibent *ὑπάρχουσιν*, i. e. qui in benefaciendo priores sunt; et usurpatur quidem utraque vox de hac re, cf. supra IV, c. 3, §. 22-23.

§. 8. *γενόμενα*) Par, Vrat, M^b, Coraes *γινόμενα*. — *τῶν παραλαβόντων*) Paraphrastes: *τῶν διαδεξαμένων*, i. e. hereditate (cf. supra IV, c. 1, §. 19). — *μὲν εὖ*) *εὖ μέν*) Fritzschius e Vrat, K^b, L^b, M^b. — *φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γάρ*) Citat Fritzschius Euripid. Phoeniss. v. 355:

> *Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί,*
> *Καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.*

— *μᾶλλον ἴσασι*) Coraes ad VIII, c. 12, §. 2. dicit: *ὅθεν καὶ τὸ (παρὰ Στοβ. σελ. 451, καὶ Εὐσταθ., σελ. 1412) Εὐριπίδου ἢ μᾶλλον Μενάνδρου, τοῦτο·*

> *Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός·*
> *Ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται.*

— *τοῦτο*) Paraphrastes et Eustratius recte ad utrumque, scilicet *ἐπιπονωτέρα* et *καὶ μᾶλλον ἴσασι*, referunt; prius patet, cum ab Aristotele ipso in praecedentibus dictum sit. Posterius Paraphrastes ita enarrat: *καὶ γὰρ ἐνδέχεται τὸν εὖ ποιοῦντα οὐκ αὐτὸν οἴκοθεν, ἀλλ' ἑτέρῳ ὑπηρετούμενον εὐεργετεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ αὐτὸν εἶναι τὸν εὐεργέτην.* Eodem modo Eustratius: *ὑπολάβοι γὰρ ἂν ἴσως ὁ εὖ παθών, ὅπερ ἔλαβε, μὴ εἶναι τοῦ δράσαντος, ἀλλὰ παρ' ἄλλου λαβεῖν ἐπὶ τῷ δοῦναι τοῖς χρήζουσιν.* Ad *φιλοτεκνότεραι* et *μᾶλλον* Paraphrastes subaudit *παίδων*, Lambinus *πατέρων*: illud accuratius, cum magis conveniat cum benefico et accipiente. Eustratius utramque interpretationem exhibet: *ὡς γὰρ ἡ γέννησις ἐπιπονωτέρα τῆς μίξεως, οὕτω καὶ τὸ εὖ ποιεῖν τοῦ εὖ πάσχειν· καὶ ὡς αἱ μητέρες μᾶλλον ἴσασιν, ὅτι ἑαυτῶν εἰσὶν οἱ παῖδες, οὕτω καὶ οἱ εὐεργέται μᾶλλον τῶν εὐεργετηθέντων γινώσκουσιν, ὅτι ἐξ οἰκείων εὐεργετοῦσι καὶ οὐκ ἀπὸ ἀλλοτρίων. ἢ ῥητέον καὶ οὕτως· ἔστιν ἐν τοῖς προκειμένοις ἰδεῖν τρία τρισὶν ἀναλόγως· εἰσὶ δὲ τρία μέν, μήτηρ, κύησις, παιδία· καὶ ἕτερα τρία, εὐεργέτης, κτῆσις, ὁ εὐεργετηθείς. καὶ*

ἐστιν ἀνάλογον, ὁ μὲν εὐεργέτης τῇ μητρὶ, ἡ δὲ κτῆσις τῶν χρημάτων τῇ κυήσει, ὁ δ' εὐεργετηθεὶς τοῖς παισίν· ὡς οὖν αἱ μητέρες μᾶλλον φιλοῦσι τὰ παιδία διὰ τὸ τῆς κυήσεως ἐπίπονον, οὕτω καὶ ὁ εὐεργέτης τὸν εὐεργετηθέντα διὰ τὸ μετὰ πόνου κτήσασθαι ἃ δέδωκε τῷ εὐεργετηθέντι. ληπτέον δὲ καὶ τὸν εὐεργετηθέντα ἀνάλογον τῷ πατρὶ, καὶ ῥητέον· ὡς ὁ πατὴρ ἧττον τῆς μητρὸς ἀγαπᾷ τὰ παιδία, ὅτι δι' ἡδονῆς αὐτῷ ἐγεννήθησαν, οὕτω καὶ ὁ εὐεργετηθεὶς ἧττον φιλεῖ τὸν εὐεργέτην, ὅτι ἀπόνως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἔλαβε τὴν εὐεργεσίαν.

CAP. VIII. §. 1. *ἀπορεῖται δέ*) *καί* addunt Cardwellus et Bekkerus ex auctoritate codicum suorum, excepto L[b]. — *δοκεῖ τε*) Pro *τε* legunt *δέ* L[b], M[b], O[b], ut sit pro *γάρ*: sed *τε* etiam ad hunc sensum accedit *quin et videtur*, cum *γάρ* praeierit. — *οἷον ὅτι οὐδὲν ἀπ' αὐτοῦ*) *οἷον* om. Bekkerus secundum suos codices, excepto K[b]: Coraes inducendum censet. Verba *οὐδὲν ἀπ' αὐτοῦ* vel *ἀφ' αὐτοῦ* (saepissime enim aut Aristoteles aut librarii haec permutant) explicat recte Eustratius *οὐδὲν πόῤῥω ἑαυτοῦ*, Lambinus *nihil a suis rationibus et commodis alienum.*

§. 2. *εἴρηται*) Cf. supra c. 4, §. 1. — *τῶν φίλων*) *τῶν* om. Vrat, Bekkerus. — *πάντα γὰρ ταῦτα*) Paraphrastes: *εἰ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ ἡ ἰσότης καὶ τὸ ἔγγιστα φιλίας, τί γένοιτ' ἂν ἑκάστῳ φιλικώτερον ἑαυτοῦ;*

§. 4. *φιλαύτους*) Paraphrastes *αὐτοφιλαύτους* eos nominat, quam vocem, ut et substantivum *αὐτοφιλαυτία*, Coraes civibus suis ad designanda Gallica *égoïste* et *égoïsme* commendat. — *ἀπὸ τοῦ πολλοῦ*) *τὸ πολύ* hoc loco idem significat, quod alias *οἱ πολλοί*.

§. 5. *σπουδάζει*) Cardwellus et Bekkerus propter sequens *περιποιοῖτο*, ut vitarent modi mutationem, *σπουδάζοι* dederunt ex H', K[b], N[b]. Sed quis, quaeso, optativum mutasset, quem invenisset? Vidimus jam saepius (cf. supr. c. 5, §. 3. etc.) modi mutationem apud Aristotelem. Oratio conditionalis in *σπουδάζει* lectorem fugere non potest, cum *εἰ* satis prope sit, sed nonnullis versibus interjectis, ne ad alterum verbum *εἰ* repetatur, ipsum verbum modo conditionali ponitur *περιποιοῖτο*. Optativus *σπουδάζοι* incertam rationem inferret (cf. *Buttmann Gr. Gr.* §. 126, 9, 3), quae a nostro loco plane est aliena.

Apud Hegelium nostrum talis modi mutatio saepissime occurrit, praesertim in praelectionibus; etsi strictis grammatices regulis non accommodata, nec omnino laudanda sit. Apud Gallos vero haec modi mutatio usu comprobata est, si in altero protasis membro pro *si* repetito vox *que* ponitur: *Si Monsieur N.* *vient, et que je ne sois pas de retour, dites-lui d'attendre;* ubi nunquam indicativum ponere licet. Haud absurde; magis enim conditionalis videtur altera conditio, cum e priore pendere videatur, si non sensu, tamen semper grammatice. Ceterum pro *περιποιοῖτο* Par *περιποιεῖτο*, et pro *ἀεί* denuo *αἰεί* exhibet (cf. supr. ad I, c. 7, §. 4). — *ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον*) *ἐρεῖ τοῦτον φίλαυτον* Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus: *φίλαυτον ἐρεῖ τοῦτον* Par.

§. 6. *εἶναι μᾶλλον*) *μᾶλλον εἶναι* Par, Vrat, H[a], K[b] (secundum Bekkerum), M[b], N[b], O[b], Bekkerus. — *ἀπονέμει γάρ*) *γοῦν* pro *γάρ* Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L[b]. — *ἐγκρατὴς δή*) *δέ* pro *δή* legunt El, Vrat, Ven, Bekkerus sine varietate codicum, Cardwello tamen, qui retinet vulgatam, de K[b] nihil notante. — *τούτου ἑκάστου ὄντος*) *τοῦτο* pro *τούτου* Par, K[b] (secundum Bekkerum), M[b], N[b], O[b]. — *ἕκαστός ἐστι μάλιστα*) *ἢ* ante *μάλιστα* addunt El, Cardwellus et Bekkerus e codicibus suis excepto O[b]. — *ὀρέγεσθαι ἢ τοῦ καλοῦ*) *ἢ* om. Coraes, Bekkerus secundum H[a], L[b], N[b], O[b]. Paraphrastes *τὸ ὀρέγεσθαι τοῦ καλοῦ* eodem modo *τῷ ὀρέγεσθαι τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν* opponit, ut *τὸ κατὰ λόγον ζῆν* oppositum est *τῷ κατὰ πάθος ζῆν*. Sic et Coraes: *ὅσον διαφέρει τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ ὄρεξις τῆς ὀρέξεως τοῦ συμφέροντος.* Eustratius vero verba *καὶ ὀρέγεσθαι ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν* cum *τὸ κατὰ λόγον ζῆν* conjungit et utrumque *τῷ κατὰ πάθος ζῆν* opponit, *τὸ δοκοῦν συμφέρειν* explicans: *ὃ δοκεῖ συμφέρον πρὸς τὰ κάλλιστα*, cum e sententia Victorii et eorum omnium, qui Paraphrastae rationem sequuntur, sit potius id quod malus sibi conferre putat, cum tamen vere sibi sit nocivum. Graeca tamen melius mihi videntur cum Eustratii interpretatione convenire, quam etiam Argyropylo probari video, et veteri Interpreti, quem citat

Zellius, nisi quod iste quidem ad δοκοῦντος iterat καλοῦ, cum vertat: *et appetere vel simpliciter bonum vel visum conferre.* Paraphrastae explicatio postulat, ut legamus τὸ τοῦ καλοῦ ὀρέγεσθαι τοῦ (sc. ὀρέγεσθαι) δοκοῦντος συμφέρειν. Quamquam structurae mutatio ferri potest in Aristotelica oratione. Vocem δοκοῦντος Eustratius sic dilucidat: κἂν μὴ κατ' ἀλήθειάν ἐστι καλὸν, ὀρέγεται αὐτοῦ· οὐ γὰρ πᾶν τὸ δοκοῦν συμφέρον ἤδη καὶ καλόν ἐστιν ἁπλῶς, ἀλλὰ τότε καὶ ἐφ' ὅσον συντελεῖ πρὸς τὰ κάλλιστα.

§. 9. ἀληθὲς δὲ τὸ περί) τό om. Cardwellus et Bekkerus secundum suos codices excepto L[b], faciliore structura. Vulgatam intellige: *Verum est, quod de bono dicitur, scilicet.*

§. 10. πλείω) πλείονα Par, Bekkerus. — περὶ τὰς τιμὰς δέ) τάς om. Bekkerus secundum H[a], K[b] (dissentiente Cardwello), M[b], N[b]. Reliqui hic et similibus locis codices introspexisse non videntur. Forsitan τάς melius abest, ne δέ nimis ab initio removeatur; sed δή exhibent K[b], O[b], Cardwellus.

§. 12. δεῖ φίλαυτον εἶναι) φίλαυτον εἶναι δεῖ Cardwellus et Bekkerus secundum H[a], K[b], N[b], O[b]: φίλαυτον εἶναι δοκεῖ M[b].

CAP. IX. §. 1. φασι φίλων δεῖν) φασι δεῖν φίλων Par, Bekkerus secundum H[a], K[b] (dissentiente Cardwello), L[b], N[b], O[b]: δεῖν φασι φίλων M[b]. — ὅταν ὁ δαίμων) Eustratius: ἔστιν ἐκ τοῦ Ὀρέστου τοῦ Εὐριπίδου (v. 666. sqq)· λέγει δὲ τοῦτο Ὀρέστης πρὸς τὸν Μενέλαον παρακαλῶν αὐτὸν εἰς βοήθειαν. Quae Felicianus ita amplificat: „Cum enim Orestes matrem Clytaemnestram et Aegisthum interfecisset, atque ob id Furiis agitaretur atque in periculum capitis apud Argivos esset venturus, rogat Menelaum, ut sibi ea in re adversus Tyndarum opem ferat, neque committat, cum multa a fratre Agamemnone beneficia acceperit, ut ipse, qui solum semen familiae ejus superest, ab inimicis succidatur; atque ita postea subjicit,“ cum spe adnuendi:

— τοὺς φίλους
Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ τί χρὴ φίλων;
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.

§. 2. εἰ δὲ φίλου) εἴ τε φίλου Par (sed φίλον), Vrat, Bek-

kerus secundum suos codices, exceptis L^b, O^b; novum argumentum utraque particula (sed *τε* melius) inducere potest. — *ἐστὶ μᾶλλον*) *μᾶλλον ἐστί* Par, Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos.

§. 3. *ἐν ἀτυχίαις* usque ad *ἐν εὐτυχίαις*) Posteriore loco ponunt *ἀτυχίαις* Par, Vrat, H^a, K^b (secundum Bekkerum), L^b, M^b, N^b, Bekkerus, Paraphrastes, Argyropylus; melius videri possit, voci *εὐτυχίαις* priorem concedere locum, cum de rebus secundis agatur. Sed cum dicere auctor velit, in rebus secundis non minus opus esse amicis quam in rebus adversis, maluerim *ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον* praemitti, quae est vulgaris opinio quam confutare Noster studet. — *μᾶλλον δεῖ φίλων*) M^b *δεῖ φίλων μᾶλλον.*

§. 4. *μονώτην*) cf. supra I, c. 7, §. 6; c. 8, §. 16.

§. 5. *ἐπεισάκτου ἡδονῆς*) Cf. supra I, c. 8, §. 12. Mirum videri poterit, cur auctor non, ut mox (§. 6. et 7), ad locum initio Ethicorum Nicomacheorum positum nos rejecerit; sed vide supr. ad VIII, c. 9, §. 1.

§. 6. *ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται*) cf. I, c. 7, §. 14; ita ut nostrae §. vocabula, sicut et §. 7. *καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται* (cf. I, c. 8, §. 10), secundae debentur manui.

§. 7. Protasin more solito post parenthesin demum claude. Sic Argyropylus, Lambinus. Plerique tamen apodosin jam inde ab *αἱ τῶν σπουδαίων δή* ordiuntur. Nostrae rationi favent CCC, Vrat, Ald, legentes non male *σπουδαίων δέ*: est enim *δή* hoc loco pro *δέ* positum, et *δή* apodosi (*ὁ μακάριος δή*) reservari praestat. Ultima autem verba hujus §. *οἴονται δέ κ. τ. λ.* omnes cum sequenti §. conjungunt, post *φίλου ὄντες* punctum ponentes. Rectius forsitan; incipere enim hic videtur secundum argumentum. Nec pugno, si qui *οἴονταί τε* legerint, ut Bekkerus secundum codices suos, excepto K^b, qui *οἷόν τε* secundum Cardwellum, *οἷόν τε δέ* secundum Bekkerum legit. — *τοῦ ἀγαθοῦ δ'*) *τοῦ δ' ἀγαθοῦ* Cardwellus et Bekkerus ex H^a, K^b, M^b, N^b. — *θεωρεῖν δέ*) *δέ* om. M^b, quasi apodosis jam hic incipiat. — *ἑαυτούς*) Refer ad primam personam, ut supra II, c. 9, §. 5.

§. 8. *οὐ ῥᾴδιον γάρ*) *οὐ γὰρ ῥᾴδιον* Bekkerus tacite.

§. 10. *γένοιτο*) *γίνοιτο* Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, excepto Lb. — *Θέογνις*) In versibus, quos et infra (c. 12, §. 3) tangit Aristoteles, et Plato in Menone p. 95 (p. 379) plenius citat:

Καὶ παρὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν
Ἶζε, καὶ ἅνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Tertium versum, cujus initium exstat infra c. 12, §. 3, et quartum hic habent Lb, Nb, 2113 et margo Oxoniensis CCC, ut notat Bekkerus, qui addit: „Ea olim textui inserebantur; absunt etiam a 1471, 1855, 1856, 2023, 2024, 2114. Ven his versibus praemittit: *οἷον ὥς λέγει*. — *εἴρηται*) Cf. supra I, c. 8, §. 11. — *δυνάμει*) *δύναμιν* Par, Lb, Mb, Nb. — *αἰσθήσεως ἢ νοήσεως*) Sic omnes codices; Zellius tamen sequente Corae pro *ἢ* assumsit *καί*, quod et in Cardwellianam editionem irrepsit, varietate lectionis non notata: ita ut nescias, utrum e codice Kb, an potius e Zelliana editione. Correctione non opus est; nam *ἢ*, pro *καί* positum, explicare atque etiam conjungere, vidimus supra ad VII, c. 7, §. 2. Sensus est: Animalia tantum sentiunt, homines aut sentiunt aut intelligunt; ita ut homini et sensus et intelligentia competat. Si qui vero legunt *ἀνθρώπῳ* pro *ἀνθρώποις*, ut Par, ii sane melius *καί* scribant. Eustratius: *τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ζῆν ὁρίζεται τῷ τε αἰσθάνεσθαι δύνασθαι καὶ τῷ δύνασθαι νοεῖν*. Sed Paraphrastes *ἢ* servavit. — *ἀνάγεται*) Antiquus codex Victorii *ἄγεται*, et cum Bekkerianus Lb item sic legat, habes novum argumentum, eundem esse librum cum Victoriano. Legit ita et Par. — *ἔοικε δέ*) Sic Zellius et Cardwellus sine varietate codicum: *δή* Wilkinsonus et ipse sine nota critica. Bekkerus item *δή* legit, e suis codicibus solum Mb *δέ* exhibere affirmans. Non male scribitur *δή*, cum nova series enuntiationum inchoetur, praecedentibus lucem allatura. — *τὸ δ' ὡρισμένον*) Cf. supra ad I, c. 6, §. 7.

§. 11. *ἐν τοῖς ἐχομένοις*) Locum in quinque prioribus capitibus libri ultimi, de voluptate et dolore iterum disputan-

tibus, non inveneris distinctum; ita ut jam Giphanio hujus §. clausula suspecta videatur.

§. 12-13. Claudicat interpunctio omnibus in editionibus, mea non ex epta. Plerique εἰ δ᾽αὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθόν protasin esse statuunt, et καὶ ἡδύ apodosin; sed hoc jam non concludi opus est, cum jam superius (§. 10) dictum sit. Ubi Cardwellus ponat apodosin, non facile dixeris; Bekkerus, etsi alias maximam interpunctionis partem cum eo communicaverit, tamen hoc loco ni fallor §. 12, l. 6. apodosin constituit: καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Sed cum praecedentibus haec arcte conjunguntur. Itaque apodosin demum §. 13, l. 3. incipio καθάπερ οὖν, protasin pluribus parenthesibus interrumpens §. 12, l. 1-4. ἔοικε δέ — μακαριωτάτη ζωή, l. 10-11. τὸ γὰρ — ἢ νοεῖν, l. 12. φύσει — ζωή, l. 15-16. συναισθανόμενοι — ἥδονται, §. 13, l. 3. ἕτερος — ἐστίν. Quam interpungendi rationem jam nunc Fritzschium tacite introduxisse in suam editionem video.

§. 12. αἰσθανοίμεθα δ᾽ ἄν) ὥστε αἰσθανοίμεθ᾽ ἄν Bekkerus ex H^a, N^b: ὥστε αἰσθανόμεθα ὅτι — καὶ νοοῦμεν Cardwellus e K^b, qui legit ὥστε αἰσθανόμεθ᾽ ἄν et νοοῦμεν. Non turbat sensum ὥστε, sed sine majore codicum numero in textum non recipiam. — τὸ δ᾽, ὅτι αἰσθανόμεθα usque ad ἐσμέν) Supple haec ita: τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν, ὅτι αἰσθανόμεθα ἢ νοοῦμεν, ἐστὶν αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν, ὅτι ἐσμέν. Sic Eustratius et Paraphrastes. — ἦν τὸ αἰσθάνεσθαι) Bekkerus τό omittit sine nota critica: Ven ἢ pro ἦν τό. Coraes: Ἐν τούτοις τοῦ φιλοσόφου τοῖς ῥήμασι περιέχεται τὸ πολυθρύλλητον τοῦ Καρτεσίου ἀξίωμα· Νοῶ, ἄρα εἰμί. — ἡ ζωή) ἡ Bekkerus omittit secundum H^a, K^b, M^b, N^b. — ὑπάρχον ἑαυτῷ) ἐν ante ἑαυτῷ Cardwellus et Bekkerus inserunt secundum codices suos, excepto O^b.

§. 13. αὐτοῦ) αὑτοῦ Bekkerus, ἑαυτοῦ Eustratius.

§. 14. ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται) Paraphrastes: εἰ δὲ μὴ ἐνδεὴς ἔσται τοῦτο τὸ μέρος.

CAP. X. §. 1. δοκεῖ τό) τό om. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto N^b. — μήτε πολύξεινος) Est versus Hesiodi: Operum et Dier. v. 713. — ἄξεινος) Ad-

dunt L[b], O[b] καλεοίμην, cum apud Hesiodum legatur καλέεσθαι. Aristoteles more solito Hesiodeum μηδὲ in μήτε mutavit (cf. supr. ad I, c. 1, §. 5, p. 6).

§. 2. ἱκανῶν) ἱκανῶς Vrat, Bekkerus secundum codices suos excepto O[b]. Genitivus pendet a comparativo. Lambinus: *Plures quam qui satis sint.*

§. 3. τὸ δὲ ποσόν) Philosophi nostrates dicunt: Quantitatem esse determinationem indeterminatam, limitem sublatum, quippe quae plus minusve recipere possit substantia non mutata. — ἐστί τι πλῆθος) τι om. Bekkerus secundum codices suos, excepto N[b].

§. 4. αὑτόν) Ven ταὐτόν, quasi: *idem cum omnibus facere, qui tamen diversa agant,* ut Eustratius interpretatur. — ὑπάρχει) ὑπάρχειν Par, H[a], K[b], M[b], N[b], Cardwellus, Bekkerus.

§. 6. δ' ἔοικεν ἔχειν) δ' ἔχειν ἔοικε Bekkerus. — ἑταιρικήν) cf. supra ad VIII, c. 5, §. 3. — αἱ δ' ὑμνούμεναι) Eustratius: ἡ τοῦ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου, ἡ τοῦ Πυλάδου καὶ Ὀρέστου, ἡ τοῦ Θησέως καὶ Πειρίθου. Plutarchus, qui (De amic. mult. 2), Fritzschio citante, ejusmodi amicitias κατὰ ζεῦγος φιλίας nominat, addit Phintiam et Damonem, Pelopidam et Epaminondam. — πολιτικῶς) Male nonnulli de urbanitate accipiunt, Eustratium secuti dicentem: τὸ πολιτικῶς δὲ ἐστὶ τὸ μὴ ἀπαρέσκεσθαι, οἷς λέγουσιν οἱ προςομιλοῦντες, μηδ' ἐναντιοῦσθαι τοῖς λόγοις αὐτῶν ἢ ταῖς πράξεσιν. Sed jam hic, ut §. 7. πολιτικῶς cum Paraphraste de civili amicitia intellige, in qua multi boni amici esse possunt: scilicet aut omnes cives, aut omnes earundem partium. Itaque οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους cave referas ut Eustratius ad πολιτικῶς, cum πλὴν πολιτικῶς sit parenthesis in praesenti omissa et §. 7. demum rursus excepta et explicata, pugnetque §. 7. καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα.

§. 7. δι' ἀρετὴν δὲ καὶ δι' ἑαυτούς) Civiles amici possunt esse vere boni (ὡς ἀληθῶς ἐπιεικῆ), ut veri amici, si bonarum sint partium: possunt tamen esse et mali. Sed etiam illi a veris amicis ita distinguuntur, ut non conjunctim *et virtutis nomine et propter ipsos* multi se ament; non enim cuique unusquisque finis est, sed salus patriae aut partium victoria.

Hanc civilem bonorum amicitiam Paraphrastes eam esse dicit, quam Aristoteles capite sexto libri quarti medioeritatem inter ἀρέσκους et δυσκόλους vocaverit.

CAP. XI. §. 1. *φίλων μᾶλλον δεῖ*) *μᾶλλον φίλων δεῖ* Bekkerus. — *ἀναγκαιότερον μὲν γὰρ δή*) Sic Par, Vrat, Ald; Wilkinsonus, Cardwellus, Bekkerus, ut vulgo, *γάρ* omittunt sine varietate codicum: Ven *δή*. Vox *γάρ* saepe explicat tantum, ut et mox §. 2. *ἔστι γάρ*, nisi isto quidem loco pro *δέ* positam esse malueris, quod et saepius jam occurrit, et illo loco prorsus necessarium fiet, siquidem cum Bekkero, pro *ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἀτυχίαις*, legeris *ἐν ταῖς δυστυχίαις* secundum codices H[a], K[b], N[b]. De K[b] tamen Cardwellus dissentit, et codicis varia lectione non notata legit *ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις*, quam lectionem Bekkerus codici M[b] attribuit et Zellius suo Parisiensi; quin et reliqui Bekkeriani codices (L[b], O[b]) *ἐν ταῖς* ante *ἀτυχίαις* repetere dicuntur, ita ut aperte vir doctus codices M[b] et K[b] permutaverit. — *ἀπορήσειεν ἄν*) *ἄν* om. Bekkerus ex auctoritate codicum suorum.

§. 3. *αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν*) Coraes: Τὰ τοῦ Εὐριπίδου (Ἴων. 730) *αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ ταῦτα·*

> Σὺν τοῖς φίλοις γὰρ ἡδὺ μὲν πράσσειν καλῶς·
> Ἃ μὴ γένοιτο δ', εἴ τι τυγχάνει κακόν,
> Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκύ.

§. 4. *λυπούμενον*) Muretus e conjectura *λυπουμένων* legendum proponit. — *συλλυπεῖσθαι*) *συλλυπεῖν* CCC, Vrat, H[a], K[b], L[b], M[b], Cardwellus, Bekkerus; minus bene, cum non sint causa doloris amicis. *Cavent ne doleant amici*, non, *ne dolorem inferant amicis.* Ferri posse videtur, si ita suppleas: *ne praesentibus amicis dolorem inferant suo ipsorum dolore;* sed *αὐτοῖς* nunquam bene quadrat in *συλλυπεῖν*, nam sibi ipsis quidem non ipsi inferunt dolorem. Paraphrastes et Eustratius nobiscum faciunt. — *κἂν μὴ ὑπερτείνῃ*) Simplicissima explicatio videtur Argyropyli: *Et si non exsuperent indolentia, dolorem, quo illi afficiuntur, non ferunt.* Eustratius explicat: *ὑπερτείνωσι τὴν ἀλυπίαν*, pluralem pro singulari *τις* supplente ponens, ut et mox Par et Ven *ὑπομένουσι* legunt. Amplificat autem sententiam

suam interpres graecus: *χαίρειν προσποιοῦνται καὶ γελῶσι, καὶ ὡς μηδέν τι λυπηρὸν πάσχοντες διάγουσι* pessimo sensu, ut recte Muretus et Victorius viderunt; sequeretur enim, eum, qui satis durus sit, ut amicorum condolentium moestitiam non curet, tolerare, se causam dolendi amicis afferre. Tertiam iniit rationem Paraphrastes, quem sequitur Thomas Aquinas, contortam nimis; quippe *τὴν ἐκείνους γενομένην λύπην* ad *ὑπερτείνῃ* referens, subjectum hujus verbi amicum consolantem esse vult, et ad *ὑπομένει*, amico infelice tanquam subjecto posito, supplet *κοινωνεῖν τοῖς φίλοις τῶν κακῶν*, hoc sensu: „Viri fortes, nisi amicus ipsorum dolorem suo cum minimo dolore consolans superare possit, nolunt cum eo communicare mala.“ Etsi subjectum mutatum in verbis *ὑπερτείνῃ* et *ὑπομένει* offendere nos non debet, tamen ne hanc quidem interpretationem admittendam arbitror, quippe cum hoc non viri fortis sit, et tum amicus contra tolerantiam prae se ferat. Ceterum nostrae explicationi convenit melius *γινομένην*, quod Bekkerus, hortante Corae, e codicibus suis excepto O[b] assumsit, quippe cum de amici dolore superveniente agatur, cum Paraphrastae interpretationi, quae de dolore infelicis jam dudum orto loquatur, accommodatior sit aoristus. Jure autem videtur editoribus versionis Garvianae (T. II, p. 570, not.) Aristoteles Socratem spectasse, cujus fortitudinem et tolerantiam Platonis Phaedo tam praeclare depinxit, cum tamen eo usque constantiae non progressus sit, ut uxoris gemitum liberorumque adspectum potuerit sustinere. Estque hoc etiam in causa, Argyropyli cur praeferam explicationem, quippe quae et imprimis quod sequitur Socratis exemplo aptissime accommodari possit.

§. 5. *αὐτοῦ*) Amici felicis (cf. infr. §. 5). — *ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν*) Paraphrastes dicit *ὁ τραγῳδός φησιν.* Eustratius versum ad Euripidem refert. Ambigunt interpretes, utrum Aristoteles spectaverit locum ex Euripidis Oreste v. 239:

λέξεις τι καινόν; κεἰ μὲν εὖ, χάριν φέρεις·
εἰ δ' εἰς βλάβην τιν', ἅλις ἔχω τοῦ δυστυχεῖν.

an tragoedia, unde versus ille depromtus est, perierit. Citat

Victorius et similem Sophoclis sententiam, qui (Oed. Tyr. 1061) Iocastam inducit loquentem: ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.

§. 6. τοὺς μὴ ἀξιώσαντας) τό pro τούς Bekkerus ex H', K^b (dissentiente Cardwello), L^b, N^b, O^b (M^b neutrum). Pro τοὺς μή Paraphrastes posuit μήπω. Quid cogitaverit Bekkerus, illam omnium priorum editionum consensu firmatam lectionem corrigens, facile dijudicari non potest. Vituperat me Stahrius in recensione prioris editionis hujus commentarii (p. 383), quod τὸ μή conjunxerim et Bekkerianam lectionem explicaverim: *auxilium recusantes*; Graecos enim ita locutos non esse, quam quidem litem aliis dijudicandam relinquo. Vult igitur τό ex „genuino Aristotelis usu" dictum esse pro τοῦτο et referri debere ad εὖ ποιεῖν. Priorem interpretationem, ut et jam in priore editione commentarii mei dixeram, ineptam esse, nemo non videt. Quis enim recusanti opem, et quidem maxime, ferat aut ferre debeat? Alter sensus a sensu vulgatae non discrepat. Quamobrem si sigla articuli in codicibus bene legit Bekkerus, tot codicum auctoritati resistere noluerim. Nam, etsi quae exempla Fritzschius hujus Aristotelici usus affert aut habeant vel τὸ δ' (supr. V, c. 9, §. 15: τὸ δ' οὐκ ἔστι, IX, c. 9, §. 6: τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές), vel τόγε (V, c. 9, §. 3: ἐπεὶ καὶ τόγε ἀπορήσειεν ἄν τις), aut verum articulum exhibeant (IV, c. 5, §. 14: ἀλλὰ τό γε τοιοῦτον δῆλον), tamen non video, cur non et τό simplex, δέ aut γε non addito, item τοῦτο significare queat, et ignoratus ille usus editoribus periculum commutandorum articuli generum facere potuerit. Quis enim unquam librarius τό pro τούς in membranas introduxerit! Itaque jam nunc Stahrii in hoc loco interpretando sagacitatem non possum, quin mirer. Venitque mihi in mentem, et Hegelium non minus insolenter *es* pro *dasselbe*, quam Aristoteles τό pro τοῦτο usurpasse: *und besonders die bedürftig sind, und um es nicht bitten.* — χρεία φίλων) Vulgatam φίλῳ jam inde a Zellio in φίλων mutatam solus O^b, et Wilkinsonus sine varietate codicum. — ἐνίοτε) Hoc enim homini non est naturale.

CAP. XII. §. 1. ἄλλας) λοιπάς El, Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus. — ἡ δ' ἐνέργεια γίνεται αὐτῆς) Pro αὐτῆς

male αὐτοῖς praebet vulgata, Wilkinsonus et Bekkerus sine nota critica, cum Zellii codices, Cardwellus e Laurentiano (K^b), Ald, Ven habeant αὐτῆς. Sic et Eustratius: ἡ ἐνέργεια τῆς αἰσθήσεως, τουτέστι τοῦ ὁρᾶν τὸν φίλον. Eandem lectionem Paraphrastes quoque dilucidavit: αἰσθάνοιτο δ' ἂν τις ἐνεργείᾳ τοῦ φίλου συνών.

§. 2. ὅ ποτέ ἐστιν) ὅ, τι ποτ' ἐστίν Bekkerus ex H', M^b, N^b. — ἄλλοι δὲ καί) καί om. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b. — ἕκαστοι δ' ἐν) δ' omittunt El, CCC, Vrat, H', K^b, L^b, M^b, N^b, Ven, Coraes, Cardwellus, Bekkerus; non male. — συζῆν γάρ) Pro συζῆν Bekkerus e conjectura εὐζῆν legendum proponit, quod jam Krischius (l. l. p. 395) reprehendit. Nam τούτων et οἷς sunt neutra: *Una cum amicis vivere cupientes, ea faciunt, eaque cum iis communicant, quibus effici putant, ut una vivant.* Paraphrastes: τούτων κοινωνοῦσιν ἃ καὶ ἀμφοτέροις ἡδέα ἐστίν· οὕτω γὰρ συζῆν δυνατόν. Quam interpretationem Argyropylus in versione expressit.

§. 3. ἀβέβαιοι ὄντες) Paraphrastes: καὶ ἡ φιλία αὐτοῖς οὐχ ἕστηκεν· ἀβέβαιοι γάρ εἰσιν. Item Eustratius. — ἐσθλῶν μὲν γάρ) Vide supra ad c. 9, §. 10.

§. 4. ἑπόμενον κ. τ. λ.) Haec sententia repetitur X, c. 1, §. 1. Eodem modo conjungitur liber quartus cum quinto, septimus cum octavo (vide supr. ad I, c. 13, §. 1). Sunt, qui ejusmodi verba non ab Aristotele profecta putent. Sane ejus sunt, qui libros singulares in totum corpus Ethicorum Nicomacheorum conjunxit; sed hunc ipsum Aristotelem non fuisse contendere non ausim, etiamsi constet, longo demum post ejus mortem tempore has praelectiones in lucem prolatas fuisse.

LIBER X.

CAP I. §. 1. (Cap. 1.) περὶ ἡδονῆς) Repetitam de voluptate disquisitionem Victorius Eustratium secutus ita explicat: Cum in posteriore parte septimi horum librorum Aristo-

teles tantum de ipsa tradidisset, quantum pertineret ad continentiam, incontinentiam reliquosque habitus aperiendos, „nunc rursus de voluptate praecipit, quia ita est finitima beatitudini, ut nonnulli unam eandemque ambas esse existimarint." Nempe cum beatitudo sit operatio, operationem autem unamquamque sua perficiat voluptas (cf. infra c. 4, §. 6-9), de voluptate is commode praemonebit, qui de beatitudine expositurus est. Uterque tamen tractatus non alium, tanquam pedissequus aut praecursor, respicit, sed in se est totus et absolutus suique ipsius causa propositus; etiamsi e dispositione totius operis (cf. supra ad I, c. 7, §. 16; et ad VII, c. 1, §. 1) appareat, hunc nostrum alterum de voluptate tractatum praesertim nactum fuisse suum locum necessarium. Praeclare Eustratius: *ἐπεὶ οὖν καὶ αὔτη ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια μεϑ' ἡδονῆς, καὶ ἴσασιν ὁποίας, ὥς φησιν ὁ Πλωτῖνος, οἱ ἐνεργηκότες, ἀναγκαῖον πρότερον περὶ ἡδονῆς ἐπισκέψασϑαι. — πρὸς τὴν τοῦ ἤϑους ἀρχήν*) Sic Par, K[b], M[b], N[b], vetus Victorii codex (ita ut hic quidem Krischii conjectura de L[b] non confirmetur, nisi sigla codicum Bekkerum permutasse putaveris), alius in margine. Vulgatam (*ἀρετήν* pro *ἀρχήν*), quam, Cardwello meque exceptis, omnes editores dederunt, exhibent igitur Vrat, H[b], L[b], O[b], Ven, Wilkinsonus sine nota critica; nec non praeter *A (L[b]) mei reliqui, B, C, nisi quod in B, ut scribit Millerus, „novae correctionis vestigia deprehendis." Paraphrastes aperte nostram lectionem illustrat *πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ἠϑικῆς ἀρετῆς*, nam *πρὸς τὴν τοῦ ἤϑους ἀρχήν* est *ad acquirendos* vel *gignendos mores.* Eustratius tamen, Paraphrasin ante oculos habens solam explicat vulgatam: *ἤϑους ἀρετὴν εἰπὼν αὐτὴν τὴν ἀρετήν· ὡς εἰ ἔλεγε, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τῆς ἠϑικῆς ἀρετῆς κτῆσιν.* Nihilominus ex hac ipsa forsitan Paraphrastae interpretatione *ἤϑους ἀρετήν* in textum tot codicum irrepsit etiam Eustratianorum, et veterem obliteravit lectionem. Quis enim, quaeso, vulgatam correxisset, quam primitus invenisset, cum contraria correctio satis probabilis et in codice B etiam manifesta sit? Sensum sane ipsius quidem loci vulgata non turbat; sed ita scribere non potuit Aristoteles, cum in sequentibus plane idem diceret *ῥοπὴν ἔχοντα*

καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν. Praeterea ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή minus bene pro ἡ ἠθικὴ ἀρετή dicatur; nam, quod infra occurrit (c. 2, §. 2), διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετήν significat *propter* Eudoxi *morum excellentiam:* et ne c. 8, §. 2. et 3. quidem ἤθους ἀρετή et ἠθικὴ ἀρετή plane idem sunt. Laetabar, cum lectionem, quam tenuissima ex auctoritate satis audacter in textum receperam, postea dimidia Bekkerianorum codicum parte defensam viderem.

§. 2. ἀνάγειν) ἄγειν Vrat, et Cardwellus Bekkerusque e consensu suorum codicum. Coraes correxit ἀπάγειν, notans: μαρτυρεῖ δὲ τῇ διορθώσει καὶ ἅπερ ἀνωτέρω (B, θ') ἔλεγεν· „εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ· πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν" (cf. supr. II, c. 9, §. 5). Item Paraphrastes: ἀπάγειν, ἵνα συνηθῶσιν εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν.

§. 3. μή ποτε δὲ οὐ) Interrogatio e Turnebo assumta non necessaria est, ut nec infra c. 2, §. 6; c. 3, §. 2. Eustratius: τὸ λέγειν, φησὶν, ὡς χρὴ ψέγειν καὶ ἐκφαυλίζειν, κἂν μὴ ψεκτὸν μήδε φαῦλόν ἐστιν ἐκεῖνο, πρὸς ὃ ἐπιῤῥεπεῖς ἐσμὲν, οὐ καλῶς λέγεται. οὐ γάρ ἐστι καλὸν τὸ μὴ ἁπλῶς φαῦλον, ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι ὡς ἁπλῶς ἐστι τοιοῦτον. — διαφωνῶσι) sc. οἱ λόγοι, cum τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν sint πράξεις. Paraphrastes: ὅταν τοίνυν οἷς μὲν λέγουσι τὴν ἡδονὴν ψέγωσι, δι' ὧν δὲ ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν ἐπαινῶσιν, ἑαυτοῖς ἀντιλέγοντες ὑπὸ τῶν ἀκουόντων καὶ ὁρώντων καταγελῶνται· καὶ τοῖς λόγοις οὐδὲν μᾶλλον ὤνησαν πολλοὺς, ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐλεγχομένοις. — καταφρονούμενοι) Suppleas iterum οἱ λόγοι. Eustratius: καταφρονούμενοι πρὸς τῷ ἀπίθανοι δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν προςαφανίζουσιν. — ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτήν) Quibus verbis Paraphrastes explicandi gratia addit: καὶ ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι· καὶ οὕτω δόξαν ἐντίθησι τοῖς ὁρῶσιν οὔ τινα ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' ἁπλῶς ἅπασαν ἐπαινεῖσθαι. Eustratius: ὁ γὰρ λέγων ἁπλῶς καὶ ἀδιορίστως τὴν ἡδονὴν φαῦλον, εἶτα ὁρᾶται πρὸς αὐτὴν ἀποκλίνων καὶ σπουδῇ διώκων, ἀναιρεῖ τὸ ἀληθές. ἔστι γὰρ ἀληθῶς ἡδονή τις φαύλη καὶ ἀληθεύει ὁ φαύλην αὐτὴν λέγων· δοκεῖ δὲ ψεύδεσθαι διὰ τοὺς λέγοντας τὴν ἡδονὴν φαύλην, εἶτα ἀποφαινομένους ἀγαθὴν ἐκ τοῦ ἐπιδιώκειν αὐτήν. οἱ πολλοὶ γὰρ μὴ δυνάμενοι διαιρεῖν, ποσαχῶς ἕκαστον λέγεται, καὶ τὴν φαύλην ἀγαθὸ

οἴονται. Intellige cum Zellio: „Qui voluptatem reprehendens tamen ejusdem sectator deprehenditur, etiamsi fortasse non plane inhonestae, alios monet, ut credant omnia voluptatis genera talia esse, i. e. expetenda; nam accuratius distinguere non est multorum." — τοιαύτην) Coraes: ἀξίαν ἐπιθυμίας καὶ ὀρέξεως. Negationem οὐ ante τοιαύτην, quam Coraes praeferendam putat, pessima est correctio, cum vulgus utique non distinguat. Et si οὐ τοιαύτην explicamus οὐ ψεκτήν, verbis facta sane non respondent, sed vulgus, quod distinguere non potest, ille, qui egit, non ad falsam opinionem perduxit, omnes voluptates esse bonas.

CAP. II. §. 1. (Cap. II.) Εὔδοξος) cf. supr. ad I, c. 12, §. 5. — τἀγαθόν) Ut apud Platonem ideam boni, ita haec vox apud Aristotelem summum bonum designat (cf. supr. I, c. 2, §. 1; c. 6, §. 3). — τὸ δὲ πάντ') δή pro δέ Bekkerus ex H^a, K^b (dissentiente Cardwello), O^b. — ἐπὶ τὸ αὐτό) Par ἐπιτοαυτό: Bekkerus ἐπὶ ταὐτό, notata varia lectione tantum in K^b, qui legit ἐπὶ ταῦτα. — ὡς πᾶσιν ἄριστον μηνύειν) τοῦτο ante ἄριστον inserunt El, H^a, K^b, M^b, N^b, O^b, Cardwellus, Bekkerus: ὂν post ἄριστον addunt El, K^b, M^b, Cardwellus: μηνύειν statim post φέρεσθαι ponunt H^a, K^b, M^b, N^b, O^b, Cardwellus et Bekkerus: μηνύει pro μηνύειν Par, Vrat, M^b, Ald, Ven. Sed pendet infinitivus adhuc ab ᾤετο.

§. 3. ὁμοίως δέ) δή pro δέ Bekkerus. — τῷ δικαιοπραγεῖν) Sic mei, Wilkinsonus, Cardwellus, Bekkerus sine varia codicum suorum lectione, Coraes; Zellii codices, nec non Ven τό pro τῷ, „sensu", ut dicit ipse, „ad summam non diverso. Dativus ad προστιθεμένην referendus est, accusativus ad ποιεῖν."

§. 4. οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου) Jam hic carpit Philosophus Eudoxi argumentum, quippe quod non probet, voluptatem esse summum, sed quoddam modo bonum.

§. 5. Πλάτων) Etiam in hoc altero tractatu de voluptate, sicuti in priore, Platonis Philebus spectatur, p. 21-22 (p. 153-154). — μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον) τὸν ἡδὺν βίον μετὰ φρονήσεως Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b. — προστεθέντος αὐτῷ) Eustratius αὐτῷ recte αὐτοαγαθῷ inter-

pretatur. Pro αὐτῷ legit αὐτό (cum τἀγαθόν conjunctum) Bekkerus ex H[a], K[b] (dissentiente Cardwello), N[b], eodem sensu. — δῆλον δ' ὡς) Eadem sententia jam occurrit supra I, c. 7, §. 8. — οὐδ' ἄλλο οὐδέν) Nempe, ut dicit Plato l. l., sapientia, mens, scientia et memoria a voluptate sejunctae.

§. 6. τί οὖν ἐστὶ τοιοῦτον) Paraphrastes: οὐκ ἄρα ἡ ἡδονή ἐστι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν· ἀλλὰ ἀγαθόν τι ἐστὶ τοιοῦτον, οἷα ἀγαθά εἰσιν αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι καὶ τἄλλα, ὧν καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν. Sic et Eustratius: ἀλλ' ἀγαθὸν μὲν ῥηθήσεται (sc. ἡ ἡδονή), τὶ δὲ ἀγαθὸν καὶ τοιοῦτον, οὗ καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν. Postquam Eudoxum carpsit Aristoteles contendentem, voluptatem esse summum bonum, Platoni assentitur probanti, non esse summum bonum. Sed cum Plato id voluptati opprobrio esse velit, Aristoteles laudi apponit, ut supra (I, c. 6, §. 13) Platonis ideae objecit: δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ· νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται. Jam vero omissis Platone ejusque idearum doctrina, in iis refutandis Noster pergit, qui eo usque Eudoxo contradixerunt, ut argumenta ejus ne ad id quidem valere putaverint, ut voluptatem omnino bonum esse probetur. Jnest igitur hoc loco in particula οὖν quaedam vis adversativa, quam nimium justo auxit Garvius in versione sua (T. II, p. 583-584), ab editoribus quoque ob id ipsum vituperatus. — λέγουσιν) Dedi sic solus fere e Par, Vrat, Ald, Ven; accedunt jam nunc L[b], N[b]. Vulgo λέγωσιν, sed exstat indicativus etiam supra c. 1, §. 3. — ᾗ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὀρέγεται) ᾗ scripsi ex Ald et Ven pro εἰ: vulgatam εἰ qui maluerit, ut Argyropylus, suppleat cum Eustratio et Paraphraste μόνον ad τὰ ἀνόητα, cum εἰ δὲ καί sequatur; testaturque Lambinus, quosdam codices μόνα in textu exhibere. Pro ὀρέγεται Bekkerus ὠρέγετο ex H[a], L[b], N[b], et Wilkinsonus sine codicum varietate, cum Zellii codices et Ven praesens tueantur; ortum est imperfectum, ut videtur, ex εἰ pro ᾗ, sed pessimo sensu, quia μόνα jam suppleri non licuerit. Imperfectum et conjunctio εἰ procul dubio ex Eustratio et Paraphraste fluxerunt. Coraes aperte in textu: εἰ — μόνα ὠρέγετο. Ceterum τὰ ἀνόητα interpretatur Eustratius recte: τὰ ἄλογα. — ἣν ἄν τι λεγόμενον) Wilkinsonus et Bekkerus τό post τι ad-

dunt, sine varietate lectionis; sed Cardwellus τό in K^b, Zellius in Vrat omissum dicunt. Eustratius: ἡ λέγουσα πρότασις.

§. 7. Speusippi sententia exponitur, quam auctor in priore de voluptate tractatu jam perstrinxit; vide supra VII, c. 13, §. 2. — τῷ μηδέτερα) sc. ὄντι. Pro μηδέτερα dedit μηδετέρῳ Wilkinsonus sine varia codicum lectione, Coraes, Bekkerus ex H^a, Eustratius: μηδετέρα N^b: μηδέτερον M^b. Explicat Eustratius: καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ, τουτέστι καὶ ἀμφότερα τὰ κακὰ τῷ ἀγαθῷ. μηδέτερον γὰρ τὸ ἀγαθὸν εἶπεν· αἱ γὰρ ἀρεταὶ μεσότητες οὖσαι, οὐδέτερον τῶν ἄκρων εἰσίν. Audacia igitur et ignavia sunt malum malo oppositum; et utrumque vitium opponitur fortitudini, quae neutrum horum malorum est. Sic etiam Paraphrastes, nec non Coraes. Sed quomodo dici possit: *Ambo opponuntur ei, quod neutrum est?* Quasi aut omnis res, quae non est haec ambo mala, iis opponatur, aut haec ambo mala unquam alii rei, quam quae non est haec ambo mala, opponantur! Μηδέτερον idem est, quod Stoici postea ἀδιάφορον vocaverunt, i. e. neque bonum neque malum, sed medium quiddam (μέσον): et ἄμφω ad κακόν et ἀγαθόν referendum est. Verte igitur: *Malum malo oppositum est, et malum et bonum medio.* Unde secundum Speusippum sequitur, voluptatem, etsi dolori oppositam, tamen nondum statim esse bonum; posse enim etiam medium esse, cum et medium malo sit oppositum. — λέγοντες ταῦτα δ' οὐ) Pro λέγοντες exhibet λέγεσθαι K^b, post hanc vocem distinguens, et secundum Bekkerum δ' servans, quod omittit Par, Wilkinsonus sine varietate codicum, Coraes, et Bekkerus secundum reliquos suos codices. Metayphysicam de oppositis Speusippi sententiam Aristoteles non vituperans, consequentiam tamen voluptati adhibitam respuit: voluptatem enim non esse mediorum, cum eam tanquam bonum persequamur, ita ut opposita sit necessarie dolori, quam, ut malum, fugiamus. — ἀμφοῖν) sc. τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης. — εἶναι ἄμφω) ἄμφω εἶναι Bekkerus. — τῶν μηδετέρων δέ) sc. ἀμφοῖν ὄντων. Hic tandem veteres interpretes verum vocis μηδέτερον sensum agnoscunt. Eustratius enim explicat μηδὲ ὄντα μήτε κακὰ μήτε ἀγαθά, et ad μηδέτερον, ἢ ὁμοίως adnotat: τουτέστιν, οὔτε φεύγομεν, οὔτε διώκομεν. ἢ ὁ μ ο ί ω ς, ἤτοι

ἐπίσης ἢ διώκομεν ἢ φεύγομεν. Media enim, ob id ipsum quod sint media, et persequi et vitare possumus. Nec interesset ne minimum quidem inter dolorem et voluptatem, cum tamen maxima sit differentia. Cum Eustratio consentit Paraphrastes, nisi quod ad ὁμοίως alterum modo verbum (διώκειν) intelligit: εἰ γὰρ ἄμφω κακὰ ἦν, καὶ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ λύπη, ἦν ἂν καὶ ἄμφω φευκτά· καθάπερ εἰ καὶ ἄμφω ἦσαν ἀγαθά, ἦν ἂν ἀμφότερα αἱρετά, ἢ εἰ μήτε ἀγαθὰ μήτε φευκτά, οὔτε αἱρετὰ ὁμοίως ἀμφότερα. Ita μηδέτερον tertio positum significaret demum: *neutrum*, nempe nec fugiendum neque expetendum. Sed cum variatus ille sensus confusionem orationi possit injicere, optime K^b legit ἢ ἕτερον ἢ ὁμοίως. Quippe *expetendum* non praecessit, sed *fugiendum* modo, ita ut summa concinnitate dicat Aristoteles: *sin vero utrumque medium, aut expetendum aut similiter fugiendum.* Ven: ἢ ἕτερον ὂν ὁμοίως. Ceterum eodem sensu, quo hic bis μηδέτερον, infra (c. 5, §. 7) etiam οὐδέτερον usurpatur.

CAP. III. §. 1. ἀρετῆς ἐνέργειαι) Eustratius: εἴπερ ἡ ἐνέργεια κίνησίς ἐστι δραστική, ἡ δὲ κίνησις οὐ ποιότης. Virtutes vero ipsae sunt qualitates (cf. supr. I, c. 6, §. 3). — ὡρίσθαι) Coraes: κατὰ τὴν τῶν Πυθαγορείων συστοιχίαν τῶν ἀγαθῶν (cf. supr. ad I, c. 6, §. 7).

§. 2. καὶ περί) Incipit hic apodosis. — καὶ κατὰ τὰς ἀρετάς) Nullum video equidem pleonasmum, dummodo καθ' ἃς ad ἐναργῶς ὑπάρχειν et κατὰ τὰς ἀρετὰς ad ποιούς referamus. Qui quales sunt secundum virtutes, i. e. habitu virtutum instructi sunt, ii in operatione plus et minus suscipere possunt; habitus enim, tanquam potentia aut qualitas simplex, plus minusve suscipere non potest, sed operatio, qui est actus, cum variam et multiplicem in existentiam procedat, hanc diversitatem subire probe potest. Sic et virtus ipsa, quae est ποιότης, et ἐνέργεια virtutis opponuntur (cf. supra ad §. 1). Quamobrem non male δυνάμεις pro ἀρετάς conjecit Victorius. Καί ante κατά omiserunt Cardwellus et Bekkerus secundum H^a, K^b, N^b. Sed significat *quoque: Secundum quas et actu esse plus minusve dicunt eos, qui quales quoque sint secundum ipsas.* — εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς) Si non operatio voluptatis (τὸ ἥδεσθαι), sed vo-

luptas per se plus aut minus suscipere dicitur, non recte causam afferunt, cur quaedam voluptates plus minusve suscipiant. Ipsi enim voluptati hoc non accidit; sed cum voluptates aliae sint purae ac sincerae, scilicet animi, aliae mistae, nempe corporis, quae quidem cum dolore conjunctae sunt: jam apparet, has quidem propter dolorem illum admistum remitti et intendi. Eustratius *ἀμιγεῖς* illustrat *ἡδονὰς αὐτὸ καθ' αὑτὸ, χωρίς τινος ὑποκειμένου, τὸ εἶδος τῆς ἡδονῆς νοούμενον*, et *μικταί* sic: *τὰς μεθ' ὑποκειμένου νοουμένας, οἷον τὰς ἐν ἐμοὶ καὶ σοὶ ἐνούσας.* Sed praeterquam quod ista interpretatio ab Aristoteleo loquendi usu prorsus est aliena, non de abstracta voluptatis idea locuturus est Philosophus, qui ne universi quidem boni ideam dignam censuerit, quae ab ipso consideretur (cf. supr. I, c. 6, §. 13). Utramque explicationem Paraphrastes ita conjunxit, ut tamen noster sensus praeponderare videatur: *τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡ ἡδονὴ αὐτὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔστιν ἀόριστος, ἐν δὲ τοῖς ἡδομένοις τὴν ἐπίτασιν καὶ τὴν ἄνεσιν ἐπιδέχεται, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀμιγὴς λύπης ἐν πᾶσιν, οὐδὲ ὁμοίως.*

§. 4. Iterum, sed accuratius Platonis sententiam de voluptate auctor confutat (vide supr. ad VII, c. 12, §. 3). — *οὐδ' εἶναι κίνησιν*) Zellius: „E praecedente *ἐοίκασι* supplebis *ἔοικεν* ante *εἶναι.*" Pro *κίνησιν* K^b legit *κινήσεις*, et pro sequente *πάσῃ* item pluralem *πᾶσι.* Coraes: *οὐδ' οὗτοι δὲ καλῶς λέγουσιν οἱ λέγοντες τὴν ἡδονὴν κίνησιν εἶναι.* Quamobrem et Bekkerus distinctionem ante *οἱ δέ* sustulit. Sed quomodo iterata negatio *οὐδέ* hic ferri possit, non video. Argyropylus infinitivum *εἶναι* in *est* mutavit. — *οἷον τὸ τοῦ κόσμου*) *τῇ* pro *τό* habet Vrat, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus, Bekkerus ex H^a, K^b, N^b; Eustratius legit *τά.* Interpretatio Eustratii et Paraphrastae in textum irrepsit. Ceterum mundum, ut vult Eustratius, auctor hic intelligit supremum coelestem orbem, non erraticum (ut Felicianus vertit Eustratianum *τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν*), cujus motus, cum semper sibi aequalis sit et celeritate sua stellarum erraticarum motum superet, solus absolute celer dici potest. Paraphrastes: *καὶ εἰ μὴ αὐτή τις πρὸς ἑαυτὴν βραδεῖα ἢ ταχεῖα φαίνεται τῷ τάχιον ἑαυτῶν καὶ βράδιον κινεῖσθαι τὰ κινούμενα, οἷά*

ἐστι τὰ ἀνωμάλως κινούμενα, ἀλλὰ πρὸς ἄλλῳ γοῦν θεωρούμενα ταχέως ἢ βραδέως κινεῖσθαι λέγονται· καθάπερ ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ὁμαλὴ μέν ἐστι καθ' ἑαυτήν, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀστέρων θεωρουμένη κίνησιν, ταχεῖα λέγεται. — ταχέως οὐκ ἔστι) οὐκ ἔστι ταχέως Bekkerus secundum codices suos excepto L[b].

§. 5. γένεσίς τε) Eustratius: εἰ οὖν καὶ ἡ ἡδονὴ γένεσις ἦν, ἦν ἂν ὁδός τις καὶ μεταβολὴ ἔκ τινος εἴς τι, ὡς ἡ μέλανσις ἐκ λευκοῦ εἰς μέλαν, καὶ ἡ νόσανσις ἐξ ὑγιείας εἰς νόσον. οὐκ ἔστι δὲ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς οὔτε τὸ ἀφ' οὗ οὔτε τὸ εἰς ὅ· οὐκ ἔστι γὰρ οὔτε τὸ ἀλλοιούμενον καὶ μεταβάλλον καὶ γινόμενόν τι διὰ τῆς ἡδονῆς, οὔτε τέλος τι εἰς ὃ τελευτᾷ ἡ ἡδονή, ὥσπερ ἡ ὑγίανσις εἰς τὴν ὑγιείαν καὶ ἡ θέρμανσις εἰς τὸ θερμόν. καὶ τοῦτο εἰκότως συμβαίνει· οὐ γάρ ἐστι γένεσις, ἀλλ' ἐνέργεια, ὡς δείξει. — δοκεῖ γάρ) Solita breviloquentia in priore hujus §. argumento (vide Conspectum nostrum) propositio minor omissa est: πᾶν ἐξ οὗ γίγνεται εἰς τοῦτο διαλύεται, ἡ ἡδονὴ οὐκ ἐξ οὗ γίγνεται εἰς τοῦτο διαλύεται, οὐκ ἄρα γένεσις ἡ ἡδονή, in altera major: οὗ γένεσις τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων τούτου τὸ ἕτερον φθορά, οὐχ οὗ γένεσις ἡ ἡδονὴ τούτου ἡ λύπη φθορά, οὐκ ἄρα γένεσις ἡ ἡδονή. Sic Acciajolus. Garvius, Paraphraste duce, ambo argumenta in unum contraxit: πᾶν ἐξ οὗ γίγνεται εἰς τοῦτο διαλύεται, οὐχ οὗ γένεσις ἡ ἡδονὴ τούτου ἡ λύπη φθορά, οὐκ ἄρα γένεσις ἡ ἡδονή. Sensus idem est; sed conjunctio καί potius novum argumentum, quam propositionem minorem inducit. Explicatur autem καί, si §§. 5-8. unum tantum argumentum, non tria (vide Conspectum nostrum), cur voluptas non generatio sit, allatum est. Sic Giphanius summa cum perspicacitate, §. 5. Platonis sententiam exponi putat; quam opinionem et Eustratius firmare videtur, cum aperte dicat, Aristotelem afferre quae moverint Platonem, ut voluptatem generationem asseveret. Pergit autem Giphanius: „Concludendum, inquit, Platoni fuit hunc in modum. Ex quo quid oritur, in idem interit; neque enim omnia ex omnibus oriuntur, neque omnia in omnia occidunt. Atqui voluptas, cujus rei ipsa est ortus, ejusdem dolor est interitus. Ergo voluptas est ortus, dolor interitus. Sic Plato assumtionem confirmabat hac ratione, quia voluptas sit expletio, dolor indigentia: ergo, inquiebat Plato, eodem pertinet voluptas

et dolor; ergo ortus est." Tum interrogatio initio §. non negatione, sed explicatione excipitur, quae continetur orationibus: *δοκεῖ γάρ, καὶ οὐ γένεσις, καὶ λέγουσι δέ*: et melius verba *καὶ οὐ γένεσις — φθορά* Giphanius ut apud Aristotelem affirmative potest intelligere, cum apud Acciajolum negative, in Paraphrastae interpretatione dubitanter proferantur.

§. 6. *τὴν μὲν λύπην*) Addidi *μέν* (sic et Ven) ante *λύπην* cum Zellio et paulo post (cum Paraphraste) *τά* ante *πάθη*, utrumque e Zellii codicibus; confirmantur jam nunc lectiones hae a Cardwello et Bekkero suorum codicum auctoritatem secutis. — *ἡδονή*) *ἡ ἡδονή* Paraphrastes, Eustratius, Ven, Par, Bekkerus.

§. 8. *καὶ διὰ τῆς ὀσφρήσεως*) Vulgatam *καί* tueri videntur NC, CCC, Par et Vrat, cum Wilkinsonus *αἱ* ex El assumserit, et Zellius *καί* edens de suis taceat codicibus: sic habent quoque O[b] et Ven; lege cum Corae, Cardwello et Bekkero *αἱ* pro *καί* ex El, H[a], K[b], L[b], M[b], N[b]. Coraes: *ὑπονοεῖν μέντοι παρέχει ὁ σύνδεσμος, μήποτε ἐγέγραπτο πάλαι, αἱ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ διὰ τῆς ὀσφρήσεως.* — *πολλαὶ δέ*) Bekkerus ex H[a], K[b], N[b] *πολλά*, conjungens cum *ὁράματα*. Sed spectacula semper sine dolore sunt, spes et memoria non semper, ex. gr. expectatio rerum tristium et memoria rerum turpium. — *οὐδενὸς γὰρ — ἀναπληρώσεις*) Quater singularem ponit pro plurali Bekkerus secundum codices suos excepto L[b], qui, ut Par, Vrat, Ald, Ven nobiscum facit. Cardwellus et Wilkinsonus sine codicum varietate tertio et quarto tantum loco singularem ponunt.

§. 9. *ἁπλῶς*) Omittit Cardwellus et Bekkerus secundum H[a], K[b], M[b]; tunc *εἶναι* habet sensum verae existentiae, quod *καί* innuere etiam videtur. Fluxit *ἁπλῶς* forsitan e Paraphraste et interpretatione Eustratii. Wilkinsonus et Zellius vulgatam referentes variam lectionem afferunt nullam, ita ut dubitaveris, num codices eorum inspecti fuerint. Nec video, quomodo aliquid simpliciter jucundum esse possit, quod ita non sit nisi quibusdam.

§. 10. *ἀπό γε τούτων*) Eustratius: *δεῖ τὰς ἡδονὰς ἀγαθὸν καὶ αἱρετὰς λέγειν τὰς ἀπὸ τῶν ἀληθῶς ἡδέων, ἀληθῶς δέ εἰσιν ἡδέα*

αἱ ἐπιστῆμαι, αἱ ἀρεταί. τὰς δὲ ἀπὸ τῶν ἐπονειδίστων ἡδέων ἡδονάς, αἵπερ εἰσὶν αἱ ἀπὸ τῆς τῶν ἀῤῥένων ἀφροδισίαι καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας, οὐκ ἡδονὰς ἁπλῶς ῥητέον. — ὁτιοῦν φαγόντι) Acciajolus: „Ut ex carne humana non est bonum nec expetendum sanitatem consequi.“

§. 11. ἢ τῷ εἴδει) Vocem ὅτι, quae vulgo ante τῷ legebatur, expunxi ex auctoritate codicum El, Par, Vrat, nec non Ald et Ven. Jam nunc adstipulantur Cardwellus et Bekkerus cum omnibus suis codicibus. Addentibus ὅτι supplendum erat e §. 10. λέγοιτ' ἄν.

§. 12. τῷ μὲν — τὸν δ') Sic dedi e Par, cum Wilkinsonus et Cardwellus vulgatam τὸ μὲν — τὸ δ' sine codicum suorum varietate ediderint; sic et Ven. Mecum facit Bekkerus, cujus omnes codices legunt τῷ μέν exceptis L[b] et O[b], et τὸν δέ excepto O[b]. Coraes: ὁ μὲν ὀνειδίζεται, ex Eustratio: ὁ δὲ κόλαξ ψέγεται.

§. 13. ὡς οἴονται μάλιστα) Assumsi, Zellium secutus, hanc lectionem ex B, C, El, CCC, Par, Vrat, codicibus Victorii, Ald, Ven, Argyropylo, cum NC, Cardwellus et Bekkerus legant ὡς οἷόν τε e suis codicibus, inter quos meus A, et K[b], qui constanter has voces permutat. Zellius nostram lectionem ita interpretatur: „Opinari quidem pueros eorumque similes maximis se gaudiis perfrui, sed decipi in hoc;“ referens ὡς οἴονται μάλιστα ad ἡδόμενος, ad ἐφ' οἷς τὰ παιδία supplens ἥδονται. Etiam nunc, quamquam tot jam codicum auctoritate vulgatam video defensam, persuadere mihi non possum, eam ut praeferam. Simpliciorem sane sensum primo obtutu videtur praebere: *Nemo ita vivere expetet, ut per vitam pueri mentem habeat, etiamsi quam maxime iis rebus delectetur, ex quibus pueri voluptatem capiant.*“ Sed qui revera maxime iis rebus delectatur, e quibus pueri voluptatem capiunt, is et pueri mentem habet et puerilem vitam expetit. Nostra autem lectione hoc recte exprimitur, puerorum voluptatem non esse veram, sed fictitiam. Ex Eustratii et Paraphrastae interpretatione, ceterum non falsa, tamen de lectione nihil certi apparet, quasi inter utramque lectionem dijudicare noluerint. Eadem

vox οἴονται, simillima in sententia exstans infra c. 7, §. 4, suadet etiam, ut nostram lectionem servemus.

§. 14. αἱρεταί τινες) τινες αἱρεταί Par, Cardwellus et Bekkerus ex consensu codicum suorum. — τῷ ἀφ' ὧν) τῷ om. Ald, Ven, Par (superscripto tamen τοῖς), Bekkerus secundum codices suos excepto K[b], quem priore manu δεῖ ἀφ' αὐτῶν exhibere dicit, cum Cardwellus tacite vulgatam ediderit. Sensum Paraphrastes optime expressit: ἢ ταῖς αἰτίαις, ὅθεν γίνονται.

CAP. IV. §. 1. (Cap. III.) ἐντιναοῦν) ἐντινοῦν Vrat, Ven, Bekkerus. — καὶ κατ' οὐδένα) Haec et sequentia omittit N[b] usque ad ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία (c. 7, §. 7).

§. 2. ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ τούτῳ) Sic *A (L[b]) secundum Bekkerum (secundum Millerum ἢ ante τούτῳ), M[b], Ald, Ven; item Par et O[b], nisi quod δή post χρόνῳ ponunt, quae particula, ipsius forsitan Aristotelis manu ita transposita, genuit reliquas lectiones: Cardwellianam et Bekkerianam ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ ἢ τούτῳ in B, C, El, CCC, Vrat, H[a], K[b], N[b], nisi quod C τοιούτῳ pro τούτῳ legit, et K[b] secundum Bekkerum δή omittit; vulgatam ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ ἢ ἐν τούτῳ, quam solus NC tuetur. Omnis lectio, quae a nostra recedit, sensu omni carere videtur. Sensus est: Cum voluptas in unoquoque temporis puncto perfecta sit, aedificatio, qui est motus pluribus temporis momentis indigens ad singulas aedificii partes perficiendas, perfecta demum est *in toto illo tempore,* quo aedificabatur, in partibus autem temporis imperfecta. Refer igitur τούτῳ ad ὅταν ποιήσῃ, quasi Noster scripserit τῷ χρόνῳ τοῦ ποιῆσαι vel οἰκοδομῆσαι: et ἤ, ut sexcenties apud Aristotelem, non disjungit, sed explicat illud ipsum ὅταν. Qui ἢ disjunctivum esse voluerunt, alterum ἢ post χρόνῳ in tot codicum et editionum textum intruserunt. Sed quid sibi volunt hoc loco opposita: *aut in toto tempore, aut in hoc?* Cum *in hoc* sit tempus definitum aedificationis, *in toto tempore* nihil nisi infinitum tempus designare potest; quod quam absurdum sit nemo non videt, in infinito enim tempore non aedificatur. Garvius vulgatam vertit: *Es mag nun dieses in irgend einer Zeit, oder in einer gewissen bestimmten geschehen.* Tunc vero

auctor non dixisset ἅπαντι, sed ὁτῳοῦν. — ῥαβδώσεως) Est striatura, Gallis, ut Coraes notat, *cannelure* dicta. Eustratius male intelligit: τὴν κατὰ μῆκος τοῦ κίονος πῆξιν, ἣ γίνεται, ὅταν πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἵσταται. Nec melius Paraphrastes: ἡ τῶν κιόνων κατασκευή, negligentia sane indigenarum ipsius eorum linguae vocabula, ut ita dicam, *technica* indagare non studentium. — κρηπίδος) Est fundamentum columnarum, metaphora a calceamento sumta, quasi dicas *soccum columnae*, unde et Galli nominant *le soc*. — τριγλύφου) Eustratius: τρίγλυφα δέ ἐστι τὰ τρίχα ἐν τοῖς πέρασιν ἐγγεγλυμμένα ξύλα· καλοῦσι δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ μοῦτλα. Sed jam Coraes notavit, a Meursio (in glossario graecobarbaro sub voce μοῦτλον) graecum interpretem vituperatum fuisse, quod miscuerit τρίγλυφα et μοῦτλα. Sunt enim τρίγλυφα ornamenta ordinis dorici tripartito striata, in zophoro inter coronidem et epistylium a dextra laevaque columnarum posita, cum μοῦτλα in ipsa coronide sint projecturae ligni aut lapidis, cymatio sustinendo inservientes, Latinis *mutuli*, Gallis *modillons* dictae.

§. 3. ἐν τῷ παντί) ἅπαντι pro παντί Cardwellus et Bekkerus secundum H[a], K[b], O[b]. — πόθεν ποῖ) Coraes καί interjiciendum putat, nulla necessitate cogente (cf. Phys. VI, 1). Quem autem auctorem hujus correctionis citat, Paraphrastes orationem plane aliter struxit: οἱ γὰρ ὅροι διάφοροι πόθεν καὶ ποῖ. Est terminus *a quo* (ἀφ' οὗ vel ἐξ οὗ) et terminus *ad quem* (εἰς ὅ), ut Noster alibi dicit (Phys. VIII, c. 3, 8. etc). — καὶ ταύτης διαφοραί) Incipit hic apodosis, cujus protasis est εἰ γάρ ἐστιν κ. τ. λ. Post appositiones πτῆσις —· τὰ τοιαῦτα suppleas εἰσὶ κινήσεις πόθεν ποῖ. — κατ' εἶδος) κατ' εἴδη Bekkerus. — ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βαδίσει) sc. διαφοραὶ κατ' εἶδος εἰσίν. Paraphrastes: ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν φορῶν τούτων διάφορα εἴδη γίνεται τῆς βαδίσεως. — ἐν τόπῳ) Vulgatam ἐν τῷ τόπῳ, quam Wilkinsonus sine nota critica exhibet, sic correxi e Zellii codicibus, Ald et Ven; item Cardwellus et Bekkerus secundum suos omnes. Natura quoque loci, quem percurrimus, novam temporis et motus diversitatem introducit; nam, ut dicit Eustratius: ἡ ἐν τῇ γραμμῇ τῇ ἐν τῷ θεάτρῳ βάδισις ἑτέρα τῆς βαδίσεως τῆς

γεγονυίας ἐν τῇ γραμμῇ τῇ ἐν τῷ ἀγρῷ. Lentius scilicet in agro, quam in theatro currimus.

§. 4. ἐν ἄλλοις εἴρηται) Nempe in Physicis, libro tertio, et inde a libro V. — αἱ πολλαί) Eustratius: τὸ „πολλαὶ" προσκεῖται διὰ τὰς κυκλοφορίας· αὗται γὰρ αἱ κινήσεις ἀεὶ ἐν τέλει, καὶ εἴρηται πῶς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ οὐρανοῦ πραγματείας. Nempe c. 4, ubi circularem motum Aristoteles aeternum esse contendit, cum contrarii motus in ipso ad idem redeant (cf. Metaph. XII, 7). — εἰδοποιόν) Recte Argyropylus: *Siquidem ipsi termini speciei sunt effectores;* et Paraphrastes: εἴπερ οἱ ὅροι τῆς κινήσεως, τὸ πόθεν καὶ ποῖ, τὴν κίνησιν εἰδοποιοῦσιν. — ἕτεραι) sc. ἡ κίνησις καὶ ἡ ἡδονή.

§. 5. τὸ γάρ) sc. ἥδεσθαι. — ἐν τῷ νῦν) Eustratius: τοῦ χρόνου τὸ ἄτομον εἶπε νῦν. δέδεικται δ' ἐν τῇ φυσικῇ ἀκροάσει ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ (c. 3. sqq.), ὅτι ἐν τῷ ἀμερεῖ καὶ ἀτόμῳ νῦν οὔτε κινεῖσθαί τι οὔτε ἠρεμεῖν δύναται, ἀλλ' οὐδὲ γίγνεσθαι ἢ φθείρεσθαι. — πάντων ταῦτα λέγεται) Eustratius: λείπει ἡ καταπρόθεσις, ἵν' ᾖ κατὰ πάντων ταῦτα λέγεται. λέγει δὲ ταῦτα τὴν κίνησιν καὶ τὴν γένεσιν. Paraphrastes: οὐ γὰρ πάντων ἁπλῶς γένεσίς ἐστιν.

§. 6. (Cap. IV.) More solito longior protasis usque ad clausam parenthesin extenditur, apodosi incipiente καθ' ἕκαστον δέ (pro δή). Coraes: ὃ ἡ γράφειν παρῄνεσάν τινες (ex. gr. Lambinus), ἵν' ᾖ ἐντεῦθεν ἡ ἀπόδοσις τῆς προτάσεως. — κειμένων) Cardwellus et Bekkerus expungunt cum H[a], K[b], M[b]. — αὐτήν) sc. αἴσθησιν. Eustratius: φησὶν οὐδὲν διαφέρειν, εἴτε τὴν αἴσθησιν αὐτὴν λέγοι τις ἐνεργεῖν καὶ ἥδεσθαι, εἴτε τὸ ζῷον ἐν ᾧ ἡ αἴσθησις. Paraphrastes: ἡ ἐνέργεια ἢ ἡ ἐνεργοῦσα ἕξις. — διάνοιαν καὶ θεωρίαν) διάνοιαν Aristoteles τὰς ἐπιστήμας intelligit, θεωρίαν vero νοῦν et σοφίαν (vide supra VI, c. 3. et 6-7).

§. 7. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον) Acciajolus: „Medicus est ut causa efficiens, sanitas vero ut forma quae est in corpore sano. Similiter objectum perficit sensum ut causa efficiens, quia agit in sensum: voluptas operationem vel potentiam operativam, ut quaedam forma." Eustratius quoque ad τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις supplens τὴν αἴσθησιν, voces καὶ ἡ αἴσθησις abundare dicit, cum mos sit Aristoteli et τὰ τεχνητά appellare τέχνας.

Sic liquido interpretatur Paraphrastes: οὐδ᾽ ὥςπερ τὸ αἰσθητὸν τελειοῖ τὴν αἴσθησιν. Subaudi potius τὴν ἐνέργειαν, sicuti ad ἥ τε ἡδονή. Eoque minus est necessaria Eustratii mutatio τὴν αἴσθησιν loco verborum τε καὶ ἡ αἴσθησις proponentis, quod ipse dicit: ἡ γὰρ κατ᾽ ἐνέργειαν αἴσθησις, ὡς ἐν τῷ περὶ ψυχῆς (II, 5; III, 2) δέδεικται, ταὐτόν ἐστι τῷ κατ᾽ ἐνέργειαν αἰσθητῷ, ἤτοι ταὐτόν ἐστι τῷ εἴδει τῷ ἐν τῇ ὕλῃ ὄντι. Eustratius ad οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον adnotat: ἀλλὰ πῶς τὸ αἰσθητὸν τελεῖοι τὴν αἴσθησιν; ἢ δηλονότι, ὡς ἄγον αὐτὴν ἀπὸ τῆς δυνάμεως εἰς τὸ ἐνεργεῖν. Optime autem explicavit rem Paraphrastes: τελειοῖ δὲ (τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ) οὐχ ὡς ἕξις τὸν ἔχοντα ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ἄγουσα,... καθάπερ οὐδὲ ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά εἰσιν τοῦ ὑγιαίνειν· ἡ μὲν γὰρ αὐτὴ ποιεῖ μὴ οὖσα τὴν τοῦ ὑγιαίνειν ἐνέργειαν, ὁ δὲ συντηρεῖ καὶ φυλάττει, καὶ ὅπως παραμείνῃ ζητεῖ.... ἡ δὲ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ γενομένῃ συμπεφυκυῖα συντηρεῖ καὶ φυλάττει· πείθει γὰρ ἐνεργεῖν ἡ ἐπ᾽ αὐτῷ ἡδονή.

§. 8. ἡ ἡδονή) ἡ omisit Bekkerus.

§. 9. ἕως δ᾽ οὖν ἄν ποτε τὸ αἰσθητὸν ἢ νοητὸν ᾖ, οἷον δεῖ καὶ τὸ) ἕως ἂν οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ᾖ οἷον δεῖ καὶ τό Cardwellus et Bekkerus ex H[a], K[b]: ἕως οὖν ἄν ποτε τὸ νοητὸν ἢ αἰσθητὸν εἴη οἷον δὴ τό M[b], O[b]: ἕως οὖν ἂν ᾖ τὸ αἰσθητὸν ἢ νοητὸν ἢ οἷον δεῖ καὶ τό L[b].

§. 10. ἢ κάμνει) Cave haec cum praecedentibus conjungas, quasi quaerat auctor, cur nemo continenter delectetur et aegrotet; alterum enim, scilicet τὸ κάμνειν συνεχῶς, sane locum habere potest, etsi dolore assuefactus homo ipsum minus sentiat. Recte explicat Eustratius: ἐρωτήσας διὰ τί οὐ συνεχῶς ἡδόμεθα, ἀπεκρίθη πρὸς τὴν ἐρώτησιν εἰπών· „ἢ κάμνει.“ διὰ τοῦτο δὴ οὐ συνεχεῖς ἡδόμεθα, ὅτι κοπιῶμεν. Item Paraphrastes: πρὸς ὃ ῥητέον, ὅτι κάμνει πάντα τὰ ἀνθρώπεια καὶ οὐ δύναται συνεχῶς ἐνεργεῖν. Unde Wilkinsonus dicit ἢ ὅτι κάμνει legi, nescio ubi; nisi quod Coraes jam nunc in textum receperit. Non male signum interrogationis Victorius, quem secutus est Bekkerus, non solum post κάμνει, sed etiam post ἥδεται ponit. Altera enim quaestio priori respondens habet sensum affirmationis, cum sequatur γάρ (cf. supr. ad I, c. 2, §. 2). — διὰ ταῦτα)

Bekkerus ex H[b], K[b] (Cardwello dissentiente), O[b] διὰ ταὐτό, perpetua accentus confusione. Non tamen auctor eandem rationem ulterius enarrat, cur non continenter delectemur; sed, ut indicat particula δέ post ἔνια, jam novum plane argumentum affert. Non possumus continenter delectari, primo quia defatigamur assiduis operationibus: deinde, etiamsi non defatigati simus, tamen quaedam non nisi nova delectant, cum semel assuefactis jam nullam praebeant voluptatem, sicut etiam doloribus assuefieri nos posse vidimus. Paraphrastes falsae lectionis et interpretationis auctor est: τὸ δὲ αἴτιον, ὅπερ ἔφην, quasi *non nova* ob eandem rationem (διὰ ταὐτό) non delectent, quippe cum non semper agere possimus. Sed lectio διὰ ταῦτα ad eundem sensum trahi potest, ut Lambinus vertit: *propter hanc causam.* Garvius solus διά ταῦτα ad sequentia retulit: *aus folgender Ursache.* Etenim ταῦτα et τοιαῦτα saepe Aristoteles permutavit. Possit tamen διὰ ταῦτα, sicut et διὰ ταὐτό, etiam secundum nostram rationem ad praecedentia referri: Non possumus semper gaudere, primo ratione subjecti, quia defatigamur, deinde ratione objecti, quia non semper nova habemus quibus gaudeamus, vetera autem sensim perdant vim delectandi, ob hanc eandem causam, propter quam et ipsi non semper agere possumus. Ideo autem διὰ ταὐτό praetulerim, ut quod sequitur περὶ αὐτά melius ad καινά referri possit, nullo alio plurali interjecto. — παρακέκληται) i. e. *invitatur, excitatur;* sic dedi e meis et Zellii codicibus, Ald, Ven, Bass: item Cardwellus et Bekkerus secundum omnes suos. Vulgata παρακέκλιται, quam Wilkinsonus sine varietate codicum exhibet, quum secundum lexica plane contrarium significet *avertitur*, non video, quomodo ferri possit, nisi alius voci sensus sit et vertas cum Lambino *incumbit.* Eodem modo non intelligo glossam interlinearem manus recentioris in codice A (L[b]) ὑποσύρεται ab Hasio notatam, quae quamvis textus legat παρακέκληται, tamen Hasio παρακέκλιται explicare videtur; recte. Citatque vir doctus mihique amicissimus Joannem Chrysostomum in Genesin 104, B, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν ὑποσύρῃς τὴν διάνοιαν. Nec reliquos locos, quos, utpote paulum notos et de usu vocis

ὑποσύρειν inter se conferendos, literis mihi significavit, lectori invideo: „S. Basil. tom. I, p. 770, B. S. Joann. Chrysost. in Mathaeum 768 A, in Acta Apost. ed. Eton. p. 805, lin. 36; tom. V, p. 40, lin. 39; 182, lin. 33; 530, lin. 5; tom. VII, 103, lin. 3. Euseb. Hist. eccles. 187 C; Demonstr. evangel. 76 A. 126 A: contra Marcellum 59 D. 99 D, 136 D; Praepar. evangel. 196 C, 317 A. S. Gregor. Nyssen. tom. II, 251 B, 305 B. 1015 B. S. Clem. Alexandr. 164 B, 172 C, 433 D, 477 B, 647 D, 763 C, etc.“ Mireris, quod et Paraphrastes legerit *παρακέκλιται*, et Eustratius in commentario: *παρακέκλιται καὶ ἐπισύρεται*. [*Παρακέκλιται* recte interpretatur Lambinus verbo *incumbit*, quem sensum et veteres et recentiores Graeci huic voci haud raro tribuunt. Ceterum licet in codice A (L^b) *παρακέκληται* legatur, tamen qui explicandi gratia *ὑποσύρεται* versuum intervallo inscripsit, non quod prae manibus habebat *παρακέκληται*, sed quod propter simillimam pronunciationem menti obversabatur *παρακέκλιται* explicasse putandus est; id quod Graecis hac in causa accidere posse, scio expertus. Verumenimvero et illa verbi *παρακέκλιται* potestas, qua idem fere quod *ὑποσύρεται* valet, non aliena ab hoc loco est. Est enim *διάνοια παρακέκλιται mens abripitur*. Mullachius.] — *οἱ ἐμβλέποντες*) Coraes: *διαφέρει τὸ Βλέπειν τοῦ Ἐμβλέπειν, καθάπερ τὸ παρὰ τοῖς Γάλλοις voir τοῦ regarder*. — *δὲ οὐ γίνεται τοιαύτη ἡ ἐνέργεια*) *δὴ οὐ τοιαύτη ἐνέργεια* Cardwellus ex K^b: *δ' οὐ τοιαύτη ἡ ἐνέργεια* Bekkerus ex H^a: *δ' ἡ τοιαύτη ἐνέργεια οὐ γίνεται* M^b, O^b.

§. 11. *ὅτι καί*) *ὅτε* pro *ὅτι* Bekkerus solus sine varietate codicum; nescio an vitio typothetae.

§. 12. (Cap. V.) *πᾶσάν τε*) *γάρ* addunt Vrat, K^b (secundum Bekkerum), O^b, Ald, Ven: *γάρ* pro *τε* Par, M^b.

CAP. V. §. 1. *γραφή*) Coraes *γραφαί*. -- *ὁμοίως δή*) *δέ* pro *δή* Bekkerus. — *διαφερόντων τῷ εἴδει*) Bekkerus *τῷ* omisit secundum suos et Zellii codices, ut infra §. 9. Zellius tamen variam lectionem eo loco proposuit, ut *τῷ* lineae primae aut secundae omissum videatur.

§. 2. *καὶ αὗται*) *αὐταί* pro *αὗται* Bekkerus ex H^a, K^b

dissentiente Cardwello. Tunc non sensus solum, sed et ipsius cogitationis operationes specie inter se differre dicuntur; utrumque sane dici potest, et ab ipso dictum est Aristotele (infra §. 8.) Sed cum nec veteres nec recentiores interpretes et editores hanc variam lectionem afferant, duorum aut trium codicum auctoritati assentiri nolo. — ἐπιδιδόασιν) De sensu hujus vocis vide supra I, c. 7, §. 16, et ad II, c. 8, §. 8. — συναύξουσι δή) δέ pro δή El, Par. Bekkerus sine nota critica (Cardwellus δή legens de K[b] silet), Ald, Ven; Par tamen δή superscribit.

§. 4. οἱ τραγηματίζοντες) Eustratius: τραγήματα δέ εἰσιν οἱ ταγηνιστοὶ, ἐρεβίνθοι (Felicianus: cicer frixum, fabae, nuces) καί τινα ἕτερα τοιαῦτα (Felicianus: quae secundis mensis adhibentur). Recte locum Zwingerus interpretatur: „Graeci totos dies in theatris sedebant: secum igitur ferebant in pera cibum, quo inter medios actus vel etiam athletarum productiones uterentur. Si placerent spectacula, obliviscebantur cibi: sin minus, aurium et oculorum voluptate posthabita, bellaria comedebant."

§. 5. ὁ μὲν οὐ γράφει) γάρ post μέν addit Bekkerus secundum Par, H[a], K[b] (dissentiente Cardwello), M[b], O[b]; tum praecedentia ad superiora referas.

§. 6. πλὴν οὐχ ὁμοίως) Supplet Argyropylus recte: *operationes.* Haec adjunxisse Aristotelem Acciajolus dicit, „quia aliena voluptas videtur minuere operationem, dolor vero impedire, ne producatur, vel ipsam destruere."

§. 7. τῶν δὲ οὐδετέρων) De sensu hujus vocis vide supr. ad c. 2, §. 7. — τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει) *Tempore* cupiditates ab operationibus distinctae sunt, cum antecedant; *natura* sive dignitate, quia operatio videtur perfecta, cupiditas imperfecta, quippe quae desistere suumque finem potest non consequi. Cupiditas igitur operatione χρόνῳ quidem πρότερον, sed ἀξίᾳ ὕστερον est. Voluptates vero et tempore et natura cum operationibus conjunctae sunt.

§. 8. ἡδονή) ἡ ἡδονή Vrat, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus secundum suos codices excepto O[b]. Sed ἡδονή est attributum vocabulorum διάνοια et αἴσθησις. Rectius Ven ἡ αἴσθησις, sed

tum etiam *ἡ διάνοια* scribi debuit. Eustratius, etsi *ἡ ἡδονή* legerit, tamen nobiscum explicat: *διάνοιαν τὴν τῆς διανοίας λέγει ἐνέργειαν, οἷον τὴν διανόησιν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ καὶ δοκεῖ ἡ ἡδονὴ ταὐτὸν τῇ διανοήσει διὰ τὴν αὐτῆς συνοικείωσιν, οὐ χρὴ καὶ ὡς ἀληθὲς τοῦτο ἀποδέχεσθαι· ἕτεραι γάρ εἰσι καὶ ἡ διανόησις καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν αἴσθησις τῶν ἐπ' αὐταῖς γινομένων ἡδονῶν.* — *ταὐτόν τισιν*) *τισι ταὐτόν* Cardwellus et Bekkerus sine codicum varietate. — *ἑκάτεραι ἀλλήλων*) Veteres de voluptatibus cogitationis intelligunt, quasi de sensuum voluptatibus id jam dictum sit. Paraphrastes: *καὶ αὐταὶ δὲ αἱ τῆς διανοίας ἡδοναὶ οὐχ αἱ αὐταὶ ἔσονται ἀλλήλων, ὅτι διάφοροι ἐνέργειαι διανοίας.* Eustratius: *τὸ δὲ καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων περὶ τῶν ἡδονῶν εἶπε τοῦ νοῦ καὶ τῆς διανοίας· ἐπεὶ γὰρ διττὸς ὁ νοῦς, ὅ τε θεωρητικὸς καὶ ὁ πρακτικὸς, καὶ αἱ τούτων ἡδοναὶ διαφέρουσιν.* Sed *ἑκάτεραι ἀλλήλων* significat, in utroque voluptatum ordine, i. e. et cogitationis et sensuum, voluptates alteram ab altera differre.

§. 9. *ἐφ' ἑκάστῳ θεωροῦντι*) Paraphrastes: *καθ' ἕκαστον θεωροῦντι.* — *Ἡράκλειτος*) Ad hunc locum interpres graecus Heraclitum civem suum nominat, unde jure conjicias, sicuti nonnulli contenderunt, hujus libri commentarium Michaëli Ephesio tribuendum esse, nisi putaveris Eustratium quoque, Nicaenum episcopum, fuisse Ephesium. — *ὄνον*) *ὄνους* CCC, Vrat, K^b^, Ven, Eustratius, nimirum e sequente *ὄνοις.* — *σύρματα*) Eustratius: *τὸν χόρτον Ἡράκλειτος λέγει.*

§. 10. *τοὺς μὲν λυπεῖ, τοὺς δὲ τέρπει*) *λυπεῖ* et *τέρπει* transponunt Par et Bekkerus secundum suos codices excepto K^b, in quo inde a *λυπεῖ* usque ad *ἱκανῶς* (infra c. 7, §. 4) omnia desunt. — *δοκεῖ*) Ante *τῷ πυρέττοντι* ponunt Par, et Bekkerus secundum codices suos. — *οὐδὲ θερμὸν εἶναι*) Coraes: *δοκεῖ τὸ αὐτό.* — *τοῦτο*) Bekkerus ante *καί* ponit suis e codicibus.

§. 11. *καθάπερ δοκεῖ*) *καί* ante *δοκεῖ* addunt M^b, Ald. — *ἑκάστου*) *καί* ante *ἑκάστου* inserunt CCC, Par, Vrat, H^a, *καὶ ἔστι* cum *δοκεῖ* conjungentes; sic etiam Argyropylus et Coraes. Paraphrastes *καθάπερ δοκεῖ καὶ ἔστιν* omisit, *καί* ante *ἑκάστου* servans. — *ὁ ἀγαθός*) *ὁ* omittunt Bekkeriani H^a, L^b, M^b, O^b: i. e. omnes, cum in N^b et K^b lacuna sit. Jam Krischius (p.

395) nescit, an recte variam lectionem Bekkerus proposuerit. — *καὶ ἡδοναί*) Haec vocabula apodosin ordiuntur. — *ἀλλὰ τούτοις*) Et hic, ut saepissime, *ἀλλά* pro *πλήν* sive *ἀλλ' ἤ* positum est. — *οὕτω*) *τοῖς οὕτω* M^b, Coraes.

§. 12. *δοκούσῶν εἶναι*) *εἶναι δοκουσῶν* Par et Bekkerus secundum codices suos. — *μακαρίου ἀνδρός*) Transit ad disquisitionem de beatitudine. Nam cum optima voluptas optimam operationem perficiat, consequens esse videtur, ut de hac, quae quidem est beatitudo, scribat. — *πολλοστῶς*) Argyropylus recte: *perparum*, ut Plato *τὰς πολλοστὰς ἡδονάς* eas intelligit voluptates, quae sint exiguae. — *ὥσπερ*) Addit Coraes *καί* e Paraphraste et Argyropylo.

CAP. VI. §. 1. (Cap. VI.) *τύπῳ διελθεῖν*) Vide supr. ad I, c. 2, §. 3, et c. 7, §. 16. Postquam Aristoteles beatitudinem in primo libro adumbratam per totum opus accuratius expolivit, hanc rei imaginem iterum, sed omnibus accuratae descriptionis momentis auctam proponit.

§. 2. *φυτοῦ*) *φυτῶν* Par, H^a, L^b, M^b, Bekkerus. — *εἰ δὴ ταῦτα*) Apodosin ponas vocibus *δῆλον ὅτι*. — *πρότερον*) Cf. I, c. 7, §. 14; c. 13, §. 1. — *ἀναγκαῖαι*) Necessaria non sunt hoc loco ea, quae per se necessaria sunt et summe expetenda *(innere Nothwendigkeit)*; sed media et instrumenta, quae fini alicui subjecta, ad illum finem exsequendum sunt necessaria *(äussere Nothwendigkeit)*. Eustratius: *τὰς ποιητικάς, οἷον οἰκοδόμησιν, ἰάτρευσιν, χάλκευσιν.*

§. 3. *αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις*) Eustratius addit: *καὶ τὰς θεωρίας καὶ γνώσεις τῶν ὄντων.* — *τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδεῖαι*) Eustratius: *οἱ γὰρ παιδιαῖς σχολάζοντες, οἷον οἱ κυβεύοντες, οἱ ἀστραγαλίζοντες.* — *τῶν σωμάτων*) Felicianus Eustratium amplificans: „Neglectis exercitationibus corporis, cum otio marcescant. — *ὧν γὰρ ἐφίενται*) sc. *οἱ τύραννοι.* — *παρέχουσι*) sc. *οἱ εὐτράπελοι.* — *τοιούτων*) *τούτων* CCC, Vrat, L^b, Ven. Eustratius: *σημαίνει ἄν· δέονται δὲ οἱ τύραννοι οὐ σπουδαίων. πῶς γάρ; οὓς καὶ μισοῦσι καὶ ἀπελαύνουσιν. ἀλλὰ δέονται μίμων καὶ γελωτοιῶν.* — *διὰ τὸ τοὺς ἐν ταῖς δυναστείαις*) Recepimus. Coraes, Cardwellus et ego *τό* in textum e Par et quibusdam Sylburgii codicibus, cum nulla antea editio ita legerit. Con-

firmat nostram lectionem Bekkerus, qui (ut etiam Paraphrastes), varia lectione non notata, τό agnoscit, ταῖς vero ante δυναστείαις rejicit. — ἀποσχολάζειν) ἀπασχολάζειν codex Camerarii, H^a, L^b, M^b, ita ut e Bekkerianis solus O^b tueatur vulgatam. Si σχολή est otium et ἀσχολία negotium, ἀπό vero habet sensum perfectionis, non negationis: ἀποσχολάζειν est *vacare*, vel, ut explicavit Paraphrastes, διατρίβειν, ita ut et ἀπασχολάζειν esset *incumbere*. Sic et infra (c. 7, §. 9) inter lectiones ἀπαθανατίζειν et ἀποθανατίζειν non multum interest. Sed ἀπασχολάζειν Lexicographi non agnoscunt et in ἀπασχολέω praepositioni sensum negationis tribuunt: *ab occupatione distrahere*, ut sit dem ac ἀποδιατρίβειν.

§. 4. παρ' αὐτοῖς) παρ' αὐτοῖς Bekkerus.

§. 5. πολλάκις εἴρηται) Scilicet supra c. 5, §. 11, et pluribus locis, ex. gr. III, c. 4, §. 4-5. — ἡ κατὰ τὴν ἀρετήν) ἡ om. CCC, Vrat, H^a, L^b, M^b, Ald, Ven. Ex usu Aristotelis articuli omissio fuisse videtur, cum saepius et in pluribus codicibus occurrat (cf. supra §. 3), quam ut negligentiae librariorum adscribi queat.

§. 6. ἑτέρου χάριν) ἕνεκα pro χάριν Par, Bekkerus sine varietate codicum.

§. 7. σπουδαῖος) i. e. *serius*: μετὰ σπουδῆς legunt Zellii et Bekkeri codices, nec non Lambini Colonienses. Bekkerus in textum recepit; sed est interpretamentum, quod e Paraphraste in textum fluxit, ut ostendunt Victorii codices, qui μετὰ σπουδῆς exhibent in margine. Retineo σπουδαῖος, cum arrideat lusus verborum in voce σπουδαῖος, quae et *serius* et *probus* significat. Lusum illum non male Paraphrastes expressit his verbis: οὗτος δὲ μετὰ σπουδῆς· καὶ ὁ σπουδαῖος οὐ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων. — μετὰ παιδιᾶς) τῶν ante μετά addit ex L^b solo solus Bekkerus; vide supra ad §. 5. Hic peculiarem Aristotelis loquendi consuetudinem omnes fere servaverunt codices.

§. 8. εἰ μὴ καὶ βίου) Eustratius, Paraphrastes et plerique σπουδαίου vel εὐδαίμονος subaudiunt. Solus Giphanius absolute dici recte contendit; servos enim „esse vitae expertes, non

quidem ζωῆς (sunt enim animantes), sed βίου". i. e. vitae hominum sive civilis, quae quidem est vera vita. Citatque vir doctus e Digestorum titulo *De regulis juris* legem *Quod attinet*, ubi „eleganter juris consultis *servi pro mortuis et pro nullis habentur*, quod ad vitam civilem attinet."

CAP. VII. §. 1. (Cap. VII.) αὕτη δ' εἴη) ἄν post δ' addunt CCC, Vrat, Ald, Ven, Coraes, Cardwellus e K[b]: item Bekkerus sine codicum suorum varietate.

§. 2. τῶν ἐν ἡμῖν) sc. ἐστὶ κράτιστος. Reliqua ita intellige: ταῦτα τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς, ἐστὶ κράτιστα.

§. 3. ἡ σοφία) Par, quidam Victorii codices, Bekkerus e suis, Paraphrastes, Eustratius, Argyropylus ἡ φιλοσοφία. Sed amat Aristoteles altera voce uti. — ἀγωγήν) διαγωγήν codices Turnebi, Coraes et Bekkerus cum H[a], M[b], O[b].

§. 4. σοφὸς ᾖ) σοφώτερος ᾖ Vrat, Coraes, Cardwellus et Bekkerus e suis omnibus codicibus, Paraphrastes, Eustratius; sed Victorius contendit, cunctos quos viderit calamo exaratos libros hic habere σοφός, etsi in plurium margine adscriptum sit σοφώτερος. Positivus pro comparativo hic non ab Aristotelico usu est, et citat Zellius Phalereum dicentem: ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμί, φιλομυθώτερος γέγονα. Suppleas in utroque loco alterum μᾶλλον.

§. 5. δόξειε δ' ἄν) δόξειέ τ' ἄν CCC, Vrat: δόξαι τ' ἄν Bekkerus cum H[a], K[b]; et constantius quidem novum argumentum particula τε introducit, quamquam alias et δέ eodem modo usurpatur.

§. 6. αἱ μὲν οὖν πολεμικαί) οὖν a Cardwello et Bekkero secundum codices ipsorum omissum; aderat in Par, sed erasum est. — καὶ παντελῶς) Et hic, ut supra (I, c. 2, §. 5), καί significat *nun auch*, vel, quod Stahrio (l. l. p. 391) magis placet, *eben*. — παρασκευάζειν) παρασκευάζει Vrat, Cardwellus et Bekkerus cum H[a], K[b], O[b]. Infinitivum servantibus articulum τό ante πολεμεῖν inducendum esse, jam Coraes recte vidit. Sed cum τό omnibus in codicibus exstare videatur, concinnior est indicativus παρασκευάζει τὸν πόλεμον, sc. τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα. Coraes de indicativo (ὁριστικῇ) adnotat: ἐκ τοῦ περιττοῦ ἴσως ἄρθρου

γεννηθεῖσα. Paraphrastes tamen et articulum servat, et infinitivo utitur: οὐδέ τις ἐθέλει δι' ἑαυτὸν τὸν πόλεμον παρασκευάζειν. — δὲ καὶ ἡ τοῦ πολιτικοῦ) sc. ἐνέργεια, cum haec verba respondeant superioribus αἱ μὲν οὖν πολεμικαὶ καὶ παντελῶς, ubi item ἐνέργειαι e praecedentibus intelligendum erat. — ἑτέραν οὖσαν) Ab ipsa reipublicae administratione diversus est finis ejus administrationis, nempe incolumitas et salus reipublicae, quae quidem est beatitudo; quam politici viri dum quaerunt, sciunt etiam aperte esse diversam, cum philosophantis operatio cum fine suo plane sit eadem.

§. 7. εἰ δὴ τῶν μέν) Protasin hanc longissimam excipit apodosis ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία, ut Eustratius jam vidit. — εἰσιν αἱρεταί) αἱρεταί εἰσιν Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b. — παρ' αὐτήν) παρ' αὑτήν Bekkerus, Ven. — αὔταρκες δή) Vulgo δέ pro δή post αὔταρκες legebatur. Cardwellus, Bekkerus, ego δή cum Par, Vrat, H^a, K^b, L^b, Ald, Ven; vidimus enim jam saepius δή ante coeptam apodosin positum. Wilkinsonus vulgatam sine nota exhibens, codices suos inspexisse non videtur. — ὡς ἀνθρώπινον) ὡς ἀνθρώπῳ Cardwellus et Bekkerus suis e codicibus, excepto L^b. — τελεία δή) Abest δή a CCC, Vrat, Eustratio.

§. 8. κρείττων βίος) Cardwellus et Bekkerus suorum codicum (excepto iterum L^b) auctoritatem secuti βίος κρείττων. — συνθέτου) Eustratius: ἄνθρωπον νῦν τὸν σύνθετον λέγει τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος (cf. infra c. 8, §. 3).

§. 9. χρὴ δὲ οὐ) οὐ χρὴ δέ Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, M^b, N^b, Paraphraste. — κατὰ τοὺς παραινοῦντας) Eustratius: τινὲς μὲν Θεόγνιδός φασιν εἶναι τὴν γνώμην ταύτην, οἱ δὲ Σόλωνος. Quam vero Noster citat (Rhetor. II, 21) sententiam: θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν, Epicharmo adscribi testatur Zellius. Exstat proverbium et apud Pindarum (Isthm. V, 20):

θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.

Similia quoque Horatius (Carm. IV, 7, v. 7-8) cecinit:

Immortalia ne speres monet annus, et almum
Quae rapit hora diem.

— *ἀπαθανατίζειν*) Cardwellus et Bekkerus *ἀθανατίζειν*, secuti H^b, K^b, M^b, O^b: *ἀποθανατίζειν* L^b, ita ut e Bekkerianis solus N^b vulgatam ab omnibus editoribus probatam retineat. Si legas *ἀποθανατίζειν*, praepositio habet sensum negationis, sin *ἀπαθανατίζειν* perfectionis (vide supra ad c. 6, §. 3). — *αὐτῷ*) *αὐτῷ* Bekkerus. — *δυνάμει*) *ἀλλὰ δυνάμει* CCC. Vrat, Ven, Paraphrastes; saepissime autem *ἀλλά* non sed *(aber)*, verum tamen *(doch)* significat. — *ὑπερέχει πάντων*) *πάντων ὑπερέχει* Bekkerus.

§. 10. *ἕκαστος εἶναι*) *ἕκαστος* pro *ἕκαστον* recentissimi editores dedimus: vulgatam *ἕκαστον* soli El, NC, M^b, O^b (om. CCC): *εἶναι* priore sede Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b. — *τὸ λεχθέν τε πρότερον*) Nempe eadem sententia jam supra IX, c. 8, §. 6. et saepius proposita est. — *ἐσθ' ἑκάστῳ*) *ἐστιν ἑκάστῳ* Cardwellus et Bekkerus, et mox *τοῦτο μάλιστα* pro *μάλιστα τοῦτο* suis e codicibus excepto L^b.

CAP. VIII. §. 1. (Cap. VIII.) *τὸ πρέπον ἑκάστῳ διατηροῦντες*) Ante *τὸ πρέπον* posuit *διατηροῦντες* Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b.

§. 2. *ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή*) Eustratio plane idem esse videtur atque *ἠθικὴ ἀρετή*. Sed singulari tantum numero prius usurpatur, et designat morum rectitudinem ex qua activae virtutes (*ἠθικαὶ ἀρεταί*) tanquam principio suo gignuntur. Nam probaturus auctor, prudentiam rectitudini morum et morum rectitudinem prudentiae esse conjunctam, ostendit: et rectitudinem morum, quae fines proponit in activis virtutibus, principium esse prudentiae; et prudentiam in activis virtutibus rectitudinem viarum ad finem consequendum ducentium monstrare, quod et ipsum sine morum rectitudine fieri non potest. Nec offendet nos circulus ille, cum et ex singulis principia deducantur, quae rursus ad singula descendant. Cf. locum, ad quem jam Paraphrastes nos hic rejicit: VI, c. 13, §. 6-7.

§. 3. *φρονήσεως ἀρχαί*) Eustratius: *λέγει δὲ ἀρχὰς τὰ τελικὰ αἴτια, ὧν ἕνεκα πράττομεν καὶ ποιοῦμέν τινα... ἔστι γὰρ ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὸ ὀρθοδοξεῖν περὶ τὰ τέλη,... ἀπὸ δὲ τῆς φρονήσεως ἡ εὕρεσις τῆς ὅλης καὶ τῶν ὀργάνων καὶ πράξεων καὶ ποιήσεων, δι' ὧν ὁ ὀρθὸς σκοπὸς καὶ τὸ τέλος γενήσεται. ἐπεὶ οὖν ἡ*

μὲν ἠθικὴ ἀρετὴ τοὺς ὀρθοὺς σκοποὺς ὑποδεικνύει, ἡ δὲ φρόνησις τὰ συντελοῦντα πρὸς τὴν τούτων λῆψιν καὶ ἐπιτυχίαν ἀνευρίσκει, συνεζευγμέναι ἂν εἶεν. Recte quidem interpres, nisi quod praetermisit inter virtutem activam et prudentiam medium terminum τὴν ἤθους ἀρετήν interponere, i. e. virum bene moratum, quem saepe Aristoteles regulam boni vocat; ita ut ἀρχαὶ φρονήσεως et τὸ ὀρθόν ad ἤθους ἀρετήν referri debeant, quae infra, c. 9, §. 3. ἦθος εὐγενές, et §. 6. ἦθος οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς vocatur. — αυται καὶ τοῖς πάθεσι καί) Prius καί omisit Ven, Coraes: alterum Bekkerus ex auctoritate codicum suorum praeter M[b]; sed utrobique *quoque* significat haec conjunctio. Eustratius pro αὗται legit αὐταῖς, quod ita interpretatur: συνεζευγμέναι οὖσαι αἱ ἀρεταὶ τῇ φρονήσει καὶ ἡ φρόνησις ταῖς ἀρεταῖς, καὶ οὐ μόνον ἀλλήλαις συνεζευγμέναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς πάθεσιν (ἃ δὴ πάθη αἰσθητικὰ καὶ τοῦ συνθέτου εἰσίν), ἀνθρωπικὰ καὶ αὗται ἂν εἶεν. — εἰρήσθαι) Sic dedi solus cum CCC, Par, O[b], codicibus Turnebi, Ald, Ven; nam particula γάρ, quae praecedit, indicat, quae capite praecedente disputata sunt, argumento esse, cur mentis beatitudo sejuncta sit. Vulgatam εἰρήσθω servantibus potius δέ (sic M[b]), quam γάρ legendum esset.

§. 4. διαφέρῃ) διαφέρειν K[b]: διαφέροι Coraes, Bekkerus, H[a], M[b], N : quod postulat ratio grammatica. — ἐπιτελεῖ) Coraes jure futurum esse dicit, citatque Sophoclem (Oed. Reg., v. 232):

Κέρδος τελῶ 'γὼ, χ' ἡ χάρις προσκείσεται.

— ἐξουσίας) Ne de opibus neve de magistratu cum Wilkinsono cogites. Recte Eustratius: ὁ γὰρ σωφρονῶν ἐπὶ παιδαγωγῷ τεταγμένος ἢ ἄλλῳ τινὶ, ὃν φοβούμενος ἢ αἰδούμενος ἀπέχεται τῶν ἐκ τῆς ἁφῆς ἡδονῶν, οὔπω δῆλός ἐστιν, εἰ σώφρων ὄντως ἐστίν. — ἢ οὗτος) Coraes: ὁ σώφρων, εἰ μὴ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ ἀκολασταίνειν. — ἢ τῶν ἄλλων τις) Coraes: ἢ ὁ ἐλευθέριος καὶ ὁ δίκαιος, εἰ μὴ ἔχοιεν χρήματα, ἢ ὁ ἀνδρεῖος μὴ ἔχων δύναμιν.

§. 5. ζητεῖται) ἀμφισβητεῖται Eustratius, Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L[b].

§. 6. ἀνθρωπεύεσθαι) Coraes: κατ' ἄνθρωπον ζῆν καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀναστρέφεσθαι. Τῶν σπανίων ἡ λέξις, σημαίνουσα τὸ παρὰ τοῖς Γαλλοῖς **s'humaniser**. Ἔσωσε δὲ αὐτὴν καὶ ἡ συνήθεια,

κατὰ μετοχὴν μάλιστα. ἀνθρωπευμένοι γὰρ ἐπαινοῦντες λέγομεν τὸν ἀστεῖον τὰ ἤθη, καὶ ἀγαπητῶς τοῖς ἄλλοις συμπεριφερόμενον.

§. 7. *ὅσα ἄλλα τοιαῦτα)* *ἄλλα* om. Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto L^b. — *τοὺς ἀνδρείους)* Legunt editiones omnes fere *τὰς ἀνδρείους* (*ἀνδρείας* L^b, Paraphrastes, Eustratius) et mox *τὰς ἐλευθερίους*. Nescio, quomodo alteram lectionem praeferre potuerim, cum *τοὺς ἀνδρείους* tantum Vrat, Ald, Ven et *τοὺς ἐλευθερίους* solae Ald et Ven exhibeant, duriusculum autem propter articulum videatur haec verba non ad *πράξεις* referre, sed de Diis accipere et ad *ὑπειλήφαμεν* remittere: quamquam non minus dura est anacoluthia in *ὑπομένοντας*, quae nostra quidem in lectione non exstat (K^b legit *ὑπομένοντες* ad *φανοῦνται* relatum). Praeterea *εἰ δὲ σώφρονες* certe ad Deos referri necesse est inversa oratione. Ferri tamen non potest nostra interpretatio, nisi deleto articulo ante *ἀνδρείους* et *ἐλευθερίους*. Correctione vero non opus est, cum saepius Aristoteles adjectiva trium terminationum pro communibus accipiat (cf. supr. ad III, c. 11, §. 1). Quod autem legit Bekkerus ex H^a, L^b, N^b. *αἱ δὲ σώφρονες* ad *πράξεις* revocatum, apertius olet correctionem, quam ut Aristoteli tribui posse videatur. — *οὐ γὰρ δὴ καθεύδειν)* *δεῖ* pro *δή* CCC, Zellii codices, Ald, Ven, Paraphrastes, Argyropylus. — *ἀφῃρημένῳ)* Bekkerus *ἀφαιρουμένου* ex H^a, K^b (Cardwellus silet), M^b: *ἀφαιρούμενον* N^b. Sed praestat, dativum *τῷ ζῶντι* ad *λείπεται* referre.

§. 8. *πᾶς ὁ βίος)* *ἅπας* pro *πᾶς* Cardwellus et Bekkerus sine codicum varietate. — *οὐδαμοῦ)* Cardwellus et Bekkerus *οὐδαμῇ* ex H^a, K^b, M^b, N^b: *οὐδαμῶς* L^b. — *κατὰ τὴν θεωρίαν)* Eustratius: *ἤτοι τὴν ἁπλῶς καὶ κυρίως εὐδαιμονίαν. ἢ λέγει ἂν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἀντὶ τοῦ· οὐ δι' ἄλλο τι ἔσονται εὐδαίμονες, ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν θεωρίαν καὶ τὴν περὶ τὰ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα διατριβήν· ὡς γὰρ ὁ στεφανωθεὶς διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν ἢ δημοσίας τυχὼν τροφῆς οὐ δι' ἑαυτὸν ἔτυχε τῆς τιμῆς, ἀλλὰ διὰ τὸν πατέρα καὶ κατὰ συμβεβηκός, ὁ δὲ ἀριστεύσας καὶ στεφανοῦ τυχὼν δι' ἑαυτὸν ἐστεφάνωτο καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός,... οὕτω καὶ ἡ θεωρία καθ' αὐτήν ἐστιν εὐδαιμονία, καὶ ὁ θεωρητικὸς καθ' αὑτὴν εὐδαίμων, ἀλλ' οὐ δι' εὐγένειαν ἢ πλοῦτον ἤ τι τοιοῦτον.*

§. 9. (Cap. IX.) Novum hic caput incipiunt nonnulli, quod ad tertiam beatitudinis partem, bona externa et virtutis instrumenta, auctor transeat.

§. 10. *οὐδ' ἡ πρᾶξις*) *αἱ πράξεις* pro *ἡ πρᾶξις* Par, Mb, Ob. Ante *οὐδ'* addit vulgata *οὐδ' ἡ κρίσις*, quae verba inde a Cardwello meque rejecta sunt; absunt enim a quibusdam Lambini codicibus, quos tamen mendosos vocat, et ab H', Kb, Nb, Ald, Ven. Ex Eustratii tamen et Paraphrastae interpretatione *οὐδ' ἡ κρίσις* ortum esse non potest, cum veteres isti aperte ita legerint in ipsorum exemplaribus. Dicit ille: *οὐδ' ἡ κρίσις· τουτέστιν οὐδὲ τὴν αὐτάρκειαν δεῖ κρίνειν ἐκ τῆς τῶν χρημάτων ὑπερβολῆς· ἐπισφαλῶς γὰρ καὶ ἡμαρτημένως κρίνει ὁ λέγων, ὅτι αὐτάρκης ἐστὶν ὁ πάνυ πολὺν πλοῦτον περιβεβλημένος.* Hic: *οὐ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ τοῦ πλούτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν αὐτάρκη ποιεῖ τὸν εὐδαίμονα, ἢ πείθει κρίνειν ὀρθῶς περὶ τῶν πρακτῶν, ἢ πράττειν τὰ δέοντα.* Averroes et ipse duo substantiva legisse, *κρίσις* autem de honoribus accepisse videtur: *Sufficientia enim non est in honoribus et non in operationibus.* Non video, quomodo *οὐδ' ἡ κρίσις* cum *ἐν τῇ ὑπερβολῇ* conciliari possit. Nam etiamsi nonnulli contendere potuerint, magnam opulentiam opus esse ad *αὐτάρκειαν* et res honestas gerendas, ad dijudicandas tamen ne stultissimus quidem requiret, cum contra dives de divitiis pessime judicabit. Quare cum tot codices vocem tueri videantur, non male Bergius *χρῆσιν*, quae vox eodem modo pronuntiabatur, conjiciebat, quamque Coraes ita commode explicat: *τὸ αὔταρκες οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, ὥςπερ οὐδ' ἡ χρῆσις αὐτῶν ἐστὶν ἐν τῇ ὑπερβολῇ, οὐδὲ ἡ δι' αὐτῶν, ὡς ὀργάνων πρᾶξις.* — *δυνατὸν γάρ*) *γάρ* pro *δέ* dedi vulgatam corrigens, ex Ald, Ven et pluribus Victorii codicibus, Eustratio et Paraphraste. Sed commodum sensum praebet lectio a plerisque, ut videtur, firmata codicibus, quippe cum praecedens *γάρ* sufficiat et ad introducendam orationem *δυνατὸν δέ κ. τ. λ.*, qua continuetur expositio argumenti, cur ad beate vivendum non permagnis opus sit bonis externis. — *ἄρχοντας*) *ἄρχοντα* Par, H', Kb (secundum Bekkerum), Mb, Nb, plures Victorii codi-

ces, Paraphrastes, Bekkerus. — *σωφρόνως*) Eustratius: *εἶπε δὲ τὸ σωφρόνως ἀντὶ τοῦ· καὶ κατὰ πάσας ζῶντα τὰς ἀρετάς.*

§. 12. *εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς*) Hoc de se Anaxagoram dixisse Eustratius eo sensu putat, ut absurdus et infelix multitudini esse videatur: *κακοδαίμονα γὰρ τὸν Αναξαγόραν οἱ πολλοὶ ἐκάλουν, ὡς μὴ πολλῶν εὐποροῦντα, καίτοι πλουσιώτατον ὄντα τὴν θεωρίαν, καὶ τῷ ὄντι εὐδαιμονέστατον.* Sed jam Victorius increpuit graecum interpretem: „Neque enim usquam hoc legitur, contemtum fuisse et ludibrio habitum doctissimum hunc et maximi ingenii virum.“ Victorius igitur Eudemum (I, 4) secutus, hoc ita illustrat: „Quum enim ex eo quaesitum foret, quem vellet beatum esse, respondet se, si sensum suum aperiret, eum indicaturum esse, qui fortasse a ceteris haberetur insulsus et absurdus homo.“ Garvius ita vertit, tanquam Anaxagoras se ob hanc suam sententiam multitudini absurdum et ineptum forsitan visum iri dicat. Huic explicationi, utpote simplicissimae, accedo.

§. 13. *συμφωνεῖν δὲ*) *δή* pro *δέ* Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos, excepto O^b. Melius, cum explicativa, non adversativa postuletur particula. Sic et Eustratius, Paraphrastes autem *ὥστε.* — *σκοπεῖν δέ*) *δή* pro *δέ* Par, Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, N^b; hoc item placet. Paraphrastes *τοίνυν.* — *λόγους*) sc. *κενούς*, ut explicat Paraphrastes: nempe verba, non res. Eustratius: *φωνὰς ὑποληπτέον κενὰς εἰς ἀέρα χεθείσας· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ σαφέστερον εἰπεῖν, ψόφους ἀνάρθρους καὶ παντάπασιν ἀσήμους.*

§. 14. *ταῦτα πάντα*) *πάντα ταῦτα* Cardwellus et Bekkerus cum H^a, K^b, N^b, O^b.

CAP. IX. §. 1. (Cap. X.) *εἴρηται τοῖς τύποις*) Coraes: *ὥσπερ ἂν εἰ ἐγέγραπτο, εἴρηται ἐν τύποις· καὶ ἢ οὕτω γραπτέον, ἢ εἴρηται ὡς ἐν τύποις· οὗ χρηστότερον ἂν ἦν τὸ ἑνικὸν, εἴρηται ὡς ἐν τύπῳ.* Paraphrastes: *ὡς ἐν τύπῳ διαλαβεῖν.*

§. 2. *ἢ εἴ πως ἄλλως*) Eustratius: *εἰ μὲν ἀπὸ τῆς τῶν ἀρετῶν χρήσεως γινόμεθα ἀγαθοὶ, χρηστέον αὐταῖς· εἰ δέ τινα ἄλλον*

τρόπον, ἐκεῖνον ζητητέον. πάντως δὲ χρηστέον ἐκείνοις, δι' ὧν ἀγαθοὶ ἐσόμεθα.

§. 3. ἔφερον) Paraphrastes de Aristotele ipso dictum accepit: ἐφερόμην, cum aperte ad οἱ λόγοι referendum sit. — Θέογνιν) Aristoteles, Zellio monente, Theognidis locum (v. 432) significat:

εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτο ἔδωκε θεός,
ἰᾶσθαι κακότητα καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν,
πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον.

— πορίσασθαι) Paraphrastes: καὶ πολλῶν ἔδει τοῦτον (τὸν λόγον) ὠνεῖσθαι, καὶ ζητεῖν ἐκ παντὸς τρόπου λαβεῖν. — φαίνονται) sc. οἱ λόγοι, strue autem: φαίνονται ἰσχύειν προτρέψαι. — προτρέψαι) προτρέψασθαι Bekkerus cum Par, H^a, K^b, M^b, O^b. — τοὺς ἐλευθερίους) Eustratius: τοὺς μὴ δεδουλωμένους τρυφαῖς καὶ ἀκολασίαις, ἀλλὰ τοὺς καλῶς ἀχθέντας ὑπὸ παιδαγωγῶν ἢ συγγενῶν, καὶ διὰ τῆς ἐπιεικοῦς ταύτης ἀγωγῆς εὐπειθεῖς ὄντας καὶ εὐκινήτους ἐπὶ τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις. — κατακώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς) Eustratius: λέγει δὲ νῦν ἀρετὴν οὐ τὰς κυρίως ἀρετάς, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, ἀλλὰ τὴν γινομένην διάθεσιν ἢ ἕξιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς βελτίστης ἀγωγῆς. Praebet tamen difficultatem quandam vox κατακώχιμος (κατοκώχιμος Bekkerus ex H^a, K^b, N^b). Paraphrastes latius ab Aristotelis verbis aberrat, quam ut aliquid docere nos possit ad explicandam vocem: φαίνονται δυνάμενοι πείθειν καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ταύτης πρᾶξιν, καὶ τὴν ἕξιν παρακαλεῖν. Nisi putare velis, latere κατακώχιμον in τὴν ἕξιν, ita ut sensus sit: *Praecepta reddunt ingenium generosum et boni vere studiosum ad virtutem habile.* Sed quomodo explicaveris praepositionem ἐκ? Optime Coraes: „Quod facile capiatur virtutis amore ἐξηγεῖται ὁ Βουδαῖος (παρὰ τῷ Στεφάνῳ Θησαυρ. τόμ. I, σελ. 1347) τὸ χωρίον τοῦτο· ὁ δὲ Σνεϊδέρος (Λεξικ. Ἑλληνογερμ. λέξ. κατακώχιμος) *geneigt machen zur Tugend*, ὅπερ ἐστὶν, εὐεπίφορον ποιῆσαι πρὸς ἀρετήν. Σημαίνει δ' οὖν κατὰ λέξιν ἡ φράσις· οὕτω διαθεῖναι, ὥστε κατέχεσθαι ἐκ τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐκ θεοῦ καὶ οἱονεὶ ἐκθουσιᾶν καὶ θεόληπτον γίνεσθαι. Sic jam Victorius et Lambinus ex Eustratio: τὸ δὲ κατακώχιμον σημαίνει καὶ τὸ πλῆρες, οἷον ὁ δεῖνα κατακώχιμός ἐστι σοφίας· καὶ τὸ ἐχόμενον καὶ κεκρατημένον,

σίον ὁ δεῖνα κατακώχιμός ἐστι ταῖς ἀρεταῖς. δηλοῖ καὶ τὸ ὑπεῖκον καὶ εὐπειθὲς, ὃ νῦν σημαινόμενον ἔλαβε τοῦ κατακωχίμου· καὶ λέγει, ὅτι τὸ γεγονὸς ἦθος εὐάγωγον καὶ εὐπειθὲς ἕπεται τοῖς καλῶς λεγομένοις. Praetulit autem suam scripturam Bekkerus nimirum, quia vox a *κατοχή* (*κατέχειν*) derivatur, pro quo tamen et duplex scriptura *κατοκωχή* et *κατακωχή* occurrit. — *ἐννοίας*) *ἔννοιαν* Coraes, Cardwellus et Bekkerus cum H[a], K[b], M[b], N[b]. Coraes citat locum (supra c. 7, §. 1), ubi Aristoteles item singulari utitur. Paraphrastes: *εἰς ἔννοιαν ἐλθεῖν.*

§. 4. *κατειλημμένα*) Paraphrastes: *ἐμπαγέντα καὶ βεβαιωθέντα.* Eustratius pro masculino dictum putavit: *ἀδύνατον γὰρ ἢ χαλεπὸν, τοὺς ἐκ μακροῦ χρόνου φαύλοις ἔθεσι κατειλημμένους μεταστῆσαι τῆς κακίας.*

§. 5. *μή ποτε οὐκ*) Pendent haec e verbo quodam omisso, ex. gr. *verendum est;* vel interrogative accipias, ut nos supra impressimus, ubicunque pro conjunctivo indicativus exstat (cf. supra c. 3, §. 2; c. 2, §. 6; c. 1, §. 3. etc.), quem nostro quidem loco exhibent pro *ἰσχύῃ* (*ἐνισχύῃ* M[b] et O[b]) Vrat, K[b] (*ἐνισχύει* secundum Cardwellum), L[b], Ald, Ven, Eustratius: pro *δέῃ* L[b] (*δέει*), M[b], Eustratius. — *προδιειργάσθαι*) Paraphrastes: *παρεσκευασμένην εἶναι.* Eustratius: *ἡ διδαχὴ οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύει, ἀλλ' ἐν τοῖς προειργασμένοις τοῖς ἔθεσι, τουτέστι τοῖς προητρεπισμένοις ὑπὸ τῆς ἐπιεικοῦς ἀγωγῆς.* — *ὥσπερ γῆν*) Coraes: „*Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα· ἡ δὲ παιδομαθίη τὸ κατ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν ἐς τὴν ἄρουραν*" (*Ἱπποκράτ. Νόμ.* §. 2). — *ἂν συνείῃ*) *αὖ* pro *ἂν* Bekkerus secundum H[a], K[b], M[b], N[b]: *συνίῃ* pro *συνείῃ* CCC, Par, Vrat, L[b], Ald, Ven (nisi quod veteres illae editiones scribant *συνίη* sine iota subscripto, quod et in L[b] deesse Bekkerus affirmat): pro *συνείῃ* M[b] *συνίησιν*, Coraes *συνίοι* e conjectura, quod quidem eodem modo pronunciatur. — *ὅλως δ' οὐ δοκεῖ*) *τε* pro *δέ*, Par, Bekkerus.

§. 6. *ἦθος*) Coraes *ἔθος* ex conjectura, ut videtur; Paraphrastes: *τὸ ἀγαθὸν ἔθος.* — *ζῆν καὶ καρτερικῶς*) *καὶ καρτερικῶς ζῆν* Bekkerus. — *τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα*) Eustratius: *τὴν ἀγωγὴν εὐθὺς ἐκ βρέφους τὴν ἐπιτήδεια ποιοῦσαν τὰ ἔθη.*

Lambinus: *educationem studiaque et exercitationes.* — συνήθη γενόμενα) γινόμενα pro γενόμενα Bekkerus secundum codices suos, excepto O[b], Eustratius.

§. 7. ἐπειδὴ καί) ἐπειδή Par, ἐπεὶ καί CCC, L[b], Coraes: apodosi semper incipiente καὶ περί. — ἐπιτηδεύειν αὐτά) Paraphrastes: ἐπιτηδεύειν δεῖ τὰ καλὰ καὶ πρὸς ἀρετὴν ἑαυτοὺς ἐθίζειν. Sed referas αὐτά ad τροφῆς καὶ ἐπιμελείας ὀρθῆς. Lambinus: *ea quae didicerunt studiose tractare et persequi, iisque assuefieri oportet.*

§. 8. ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἔθεσι προηγουμένως) Coraes προηγμένων pro προηγουμένως: Bekkerus et Cardwellus cum H[a], K[b], N[b] ὡς ὑπακουσομένων (Cardwellus ἐπακουσαμένων e Laurentiano) τῶν ἐπιεικῶς (Cardwellus ἐπιεικῶν e Laurentiano) τοῖς ἔθεσι προηγμένων: Morelii codices ᾧ ἐπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν, ὡς τοῖς ἔθεσι προηγμένων: M[b] ἐπακουσομένοις pro ὑπακουσομένων et προηγμένοις pro προηγουμένως: Par προηγουμένοις superscripto ως in fine: L[b] pro ὑπακουσομένων legit ἐπακουσαμένων. Sed adverbium ad ὑπακουσομένων relatum vel significat *praecipue*, vel potius *in antecessum* (nempe a προηγέομαι), i. e. etiamsi lex non jubeat: Gallis *préalablement.* Coraes προηγμένοι τοῖς ἔθεσιν explicat: προτεθραμμένοι καὶ προπεπαιδευμένοι διὰ χρηστῶν ἐθῶν. — τὰς τοιαύτας γίγνεσθαι λύπας) τάς demum ante λύπας ponunt Cardwellus et Bekkerus e suorum codicum consensu.

§. 9. ταῦτα δὲ γίγνοιτ') Sensus non patitur, ut cum Zellio et Bekkero jam hic apodosin constituamus, quamvis δέ in apodosi vix offendat. Incipe apodosin inde ab ἡ μὲν οὖν πατρική, quod viderunt jam Victorius et Lambinus. Ceterum δέ in apodosi exstat et apud Demosthenem (De Chersoneso, c. 1, §. 3) multa ab Aristotele mutuatum: quamquam semper in ejusmodi structura ἀνακόλουθον inesse videatur (cf. supr. ad I, c. 1, §. 4; etc.). — ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ) Supplet Paraphrastes τεθείς, Argyropylus *profectus.* — ἐχθραίνουσι) sc. cum Paraphraste: οἱ πολλοί, mutaturque in δρῶσι subjectum. Bekkerus ἐχθαίρουσιν ex H[a], K[b], N[b], Paraphraste.

§. 10. μετ' ὀλίγων) Significat auctor Cretenses et Car-

thaginienses, ut apparet e loco I, c. 13, §. 3, et iis quae ad illum locum adnotavimus. — *τροφῆς*) Hic tandem Victorius non *educationem*, sed potius *rationem victus et cibum* vertendum putat, cum ceteras civitates nihil adhibuisse in liberis educandis non sit existimandum. Sed aperte testatur Aristoteles (Polit. VII, 17), suis temporibus privatam educationem in plerisque praevaluisse civitatibus. — *Κυκλωπικῶς*) Vide Odysseam, IX, v. 114-115:

— *θεμιστεύει δὲ ἕκαστος*
Παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσιν.

Iisdem versibus Aristoteles, secundum Zellium, utitur ad statum naturae, qui fertur, describendum ante respublicas institutas (Polit. I, c. 2).

§. 11. *μὲν οὖν γίγνεσθαι*) *τό* ante *γίγνεσθαι* addunt CCC, Par, Ald, Ven, Cardwellus et Bekkerus cum H', K^b, M^b, N^b (vide supr. ad c. 6, §. 3. et 5). — *καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι*) i. e. *καὶ τὸ δύνασθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὀρθὴν ποιεῖσθαι.* — *νομοθετικὸς γενόμενος*) Coraes: *μάλιστα δὲ τοῦτο δυνήσεται ποιεῖν ὁ τοὺς ἑαυτοῦ ἢ τοὺς τῶν φίλων υἱοὺς ἰδίᾳ θρέψειν ἐπιβαλόμενος, ἐὰν καὶ νομοθέτου φρόνησιν ἔχῃ.* — *σπουδαίων*) Intelligit recte *νόμων* Coraes. — *ὥσπερ οὐδ'*) sc. *οὐδὲν διαφέρει.* Paraphrastes: *ὥσπερ συμβαίνει.* — *παιδευμάτων*) *ἐπιτηδευμάτων* codices Lambini, Ald, Ven, Paraphrastes, Cardwellus et Bekkerus secundum codices suos excepto L^b. — *τὰ ἤθη*) *τὰ ἔθη* Par, Bekkerus ex H', M^b, N^b, Paraphrastes: et mox item Bekkerus ex H', M^b, N^b, quibus ipse quidem et K^b addit. — *στέργοντες*) De filiis; cave cum Zwingero et Zellio hunc nominativum de patribus accipias, et *εὐπειθεῖς* tanquam accusativum ad filios revoces. Jam Coraes objecit, tum scribi debuisse: *προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες εὐπειθεῖς ὄντας τῇ φύσει.* Praeeuntibus Eustratio et Paraphraste Coraes: *οἱ παῖδες προϋπάρχουσι στέργοντες φύσει τοὺς πατέρας διὰ τὴν συγγένειαν καὶ τὰς εὐεργεσίας, καὶ ῥαδίως αὐτοῖς πείθονται.* Sed cum Lambini codicibus, Ven, et Bass *εὐπαθεῖς* praeferendum viro docto videtur, quod ita interpretatur: *φύσει εὐαίσθητοι καὶ εὐμετάτροποι διὰ τὴν ἡλικίαν.*

§. 12. *ἐξακριβοῦσθαι*) Sic dedi cum Corae, vulgatam *ἐξα-*

κριβῶσαι corrigens, e Zellii et pluribus Victorii codicibus; accedunt secundum suos omnes Cardwellus et Bekkerus, qui etiam δή pro δέ cum Ha, Kb, Nb, Ob ediderunt. — τοῦ καθ' ἕνα) ἕν pro ἕνα Ven, Vrat, Coraes: τοῦ omisso καθ' ἕνα CCC, καθ' ἕν Bekkerus. Paraphrastes: καὶ ἑνός τινος καὶ ὀλίγων. Eustratius: διττὴ φέρεται ἡ γραφή· ἡ μὲν ἔχουσα τοῦ καθ' ἕνα, ἡ δὲ τοῦ καθόλου (sic quoque Par et Ob). εἰπὼν δὲ, ὅτι ἐξακριβοῖ μὲν ὁ τὸ καθόλου εἰδὼς, λέγει, ὅτι μάλιστα ἂν ἐπιμεληθείη ἂν ἑνὸς ἑκάστου ὁ τὸ καθόλου εἰδώς· ἀπὸ γὰρ τοῦ καθόλου δύναται μάλιστα γνωρίζειν ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ τὸ καθέκαστον... καὶ ὃ μὲν λέγοι ἂν διὰ τῆς ἐχούσης γραφῆς, ἀλλ' ἐπιμεληθείη ἂν τοῦ καθ' ἕνα, τοιοῦτόν ἐστι. Respexit Eustratius locum Metaphys. I, 1-2. Alteram lectionem ita explanat: πρὸς δὲ τὴν (ἔχουσαν γραφὴν) τοῦ καθόλου λέγοι ἄν· ὁ εἰδὼς τὸ καθόλου περὶ παίδων ἢ ἀκμαζόντων ἢ καὶ πάντων τῶν πολιτικῶν νόμων ἐπιμεληθείη ἂν καθόλου πάντων. Sed procul dubio haec lectio, tautologiam prae se ferens insipientissimam, ab iis orta librariis est, quibus ignota fuit sententia in Metaphysicorum loco laudato exstans, qua, qui universalem scientiam habeat, et omnia singularia universalibus subjecta scire dicitur.

§. 13. οὐ μὴν ἀλλά) Cf. Metaph. I, 1: πρὸς μὲν οὖν τὸ πράττειν ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν διήνεγκεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτυγχάνουσιν οἱ ἔμπειροι τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων· αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία τῶν καθέκαστόν ἐστι γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη τῶν καθόλου, αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι περὶ τὸ καθέκαστόν εἰσιν. — ἀνεπιστήμονα) Paraphrastes: τὸν μὴ τὸ καθόλου εἰδότα. — ἑαυτοῖς) ἑαυτῶν Cardwellus et Bekkerus cum Hb, Kb, Lb, Nb. — ὡς ἐνδέχεται) Difficiliora enim cognitu universalia singularibus (cf. supr. ad I, c. 4, §. 5, p. 21-23).

§. 14. τάχα δ' ἂν καί) ἂν om. Coraes, Bekkerus cum Hb, Kb, Mb, Nb. — ὅντινα) Eustratius male de lege accepit: οὐ γάρ ἐστι τοῦ τυχόντος διαθεῖναι, ἤτοι κρῖναι, εἰ καλῶς ἢ μὴ καλῶς οὗτος ἢ οὗτος ὁ νόμος ἔχει. Rectius ὅντινα καὶ τὸν προτεθέντα plerique cum Paraphraste de hominibus intelligunt. Lambinus: *Non enim cujuslibet hominis est, quemvis et eum, qui propositus et traditus ei fuerit erudiendus, recte conformare.*

§. 15. *δυνάμεων*) Fere idem est ac *ἐπιστήμη* (vide supra ad I, c. 1, §. 4), nisi quod *δύναμις* potius de artibus, i. e. scientiis activis dicatur. Paulo aliter Eustratius: *δυνάμεις ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἐπιχειρούσας τέχνας εἰς τἀναντία· οἷον ῥητορικήν, διαλεκτικήν· ἐπιστήμας δὲ τὰς μὴ τοιαύτας, οἷον ἀριθμητικήν, γεωμετρίαν, φυσικήν.* — *ἰατροί, γραφεῖς*) *ἰατρικοί* pro *ἰατροί* CCC, Vrat, Ald, Ven, K^b (dissentiente Cardwello), L^b, codex Victorii: *ἰατροὶ καὶ γραφεῖς* Bekkerus cum H^a et N^b. Procul dubio *ἀσύνδετον* manu Aristotelis est. — *ἐπαγγέλλονται — οἱ σοφισταί*) Cf. Platon. Protagor. p. 318 (p. 167); Gorg. p. 452 (p. 15). — *πολιτικοὺς πεποιηκότες*) Cf. Platonem in Protagora p. 318-328 (p. 166-181), qui fusius sententiam proponit, politicen doceri non posse; et Hegelium de hoc loco: *Gesch. d. Philos.*, T. II, p. 14-18.

§. 16. *εὔλογον ὅ ἦν*) *εὔλογον δ' ἂν ἦν*) Ven, Coraes. — *ἐδύναντο*) *ἠδύναντο* Par, L^b, M^b, Coraes: *δύναιντο* Vrat. — *μᾶλλον πολιτικοί*) Omisit *μᾶλλον* Bekkerus cum H^a, K^b, M^b, N^b.

§. 17. *οὐδὲ περὶ ποῖα*) *ἢ* pro *οὐδέ* Paraphrastes, Bekkerus. — *ἐκλέξασθαι γὰρ εἶναι*) Eustratius et Paraphrastes *ῥᾴδιον* e praecedentibus subaudiunt; intellige potius *ἐξεῖναι*. — *ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν*) Est accusativus absolutus, de quo vide supra ad III, c. 2, §. 16). — *ἐπιτελεῖται, συνιᾶσι*) *τελεῖται* pro *ἐπιτελεῖται* A (L^b): *συνίσασι* pro *συνιᾶσι* B, C, Par, K^b, M^b, Ald, Ven, Cardwellus: *ἃ δεῖ* addunt B (sed expunxit manus recentior), C, CCC, Vrat, Ald et Ven (sed ante *συνίσασι* ponunt veteres illae editiones). — *τοῖς πολιτικοῖς*) *τῆς πολιτικῆς* Bekkerus non male ex H^a, K^b (Cardwello silente), N^b, cum *γραφική* tantum sit differentia; desideratur tamen tunc articulus ante *ἔργοις*. Paraphrastes: *ἔργον δὲ τοῦ πολιτικοῦ ὁ νόμος ἐστίν.*

§. 18. *ἰαθεῖεν*) sc. *αἱ νόσοι* vel *οἱ νοσοῦντες*. Paraphrastes: *οἱ τούτοις* (sc. *θεραπεύμασι*) *χρησάμενοι*. — *ἑκάστου*) *ἑκάστους* ad *θεραπεύειν* relatum quidam Victorii codices et Bekkerus secundum suos excepto O^b. Sed non de singulis aegrotis loqui possunt libri, etiamsi de singulis morbis et curationibus disserant. Paraphrastes: *καὶ ὅπως προσήκει τῶν νοσημάτων ἕκαστον θεραπεύειν.* Quamobrem ad *τὰς ἕξεις* supplet *τῶν νοσημάτων,*

quod ipse praemisit. Eustratius vero: τῶν νοσημάτων διαίρεσις καὶ τῶν ἰαμάτων. Sed postulat ratio grammatica, ut ἑκάστου referas ad praecedens θεραπεύματα.

§. 19. πολιτειῶν αἱ συναγωγαί) Paraphrastes: τὸ γὰρ συναγαγεῖν νόμους καὶ διερευνᾶσθαι τὰς ἑκασταχοῦ πολιτείας. — εὔχρηστα ἂν εἴη) Neutrum relatum ad femininum συναγωγαί. Hanc autem ob utilitatem et librum cjusmodi argumenti Aristoteles ipse scripsit, quem utinam non perdidissemus!

§. 20. παραλιπόντων) Non plane praetermiserunt veteres hunc locum, quem quidem Plato ipse in Republica et Legibus attigit, sed accuratissime nondum perscrutati sunt. Sic Paraphrastes: τῶν προτέρων οὐ πάνυ περὶ νόμων καὶ πολιτείας διερευνησαμένων. Item Eustratius: καὶ οὐ λέγει, ὅτι οὐδεὶς τῶν πρὸ αὐτοῦ νόμους ἐξέθετο καὶ πολιτείας ἐκδέδωκε· πολλοὶ γάρ, οὓς ἱστορεῖ ἐν ταῖς Πολιτείαις, καὶ νομοθέται γεγόνασι καὶ πολιτείας ἔγραψαν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων αὐτός. ἀλλ' ὃ λέγει, ἐστὶν ὅτι, ἐπεὶ μηδεὶς τῶν πρὸ ἡμῶν ἠκριβώσατο ταῦτα, ἀλλὰ πάντες τῆς ἀληθοῦς πολιτείας καὶ ἀρίστης τὴν φύσιν ἠγνόησαν, πειραθῶμεν αὐτοὶ εἰπεῖν τὸ βέλτιον. Intellige παραλιπόντων potius de diversis rerum publicarum formis, et quae quibus conferunt, ut §§. 19. et 21. Aristoteles exponit. — αὐτούς) De prima persona, ut saepius hos per libros; solus omnium Bekkerus cum Ven αὑτούς, sine nota critica, eodem puto sensu.

§. 21. πρῶτον μέν) Tripartita Politicorum divisio hoc loco profertur: πρῶτον μέν spectat L. I-II, εἶτα ἐκ L. III-VI, θεωρηθέντων γάρ L. VII-VIII.

§. 22. λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι) Transit auctor ad Politica uno tenore. Post haec verba Vrat addit: τέλος τῆς ἠθικῆς τοῦ Ἀριστοτέλους: M[b] τέλος Ἀριστοτέλους ἠθικῶν μικρῶν Νικομαχείων, quae satis bene cum titulo Magnorum Moralium μεγάλων Νικομαχείων convenirent, quem exhibent Bekkeriani codices Q, M[b] cum Barocciano 70. et Palatino 165, nisi plurimis locis Magna Moralia epitome potius Nicomacheorum, quam amplificatio esse viderentur. Quae difficultas aliter solvi non potest, nisi putemus, Magnorum Moralium non ipsum textum, sed epitomen tantum nobis servatam esse.

Corrigenda.

p.	8.	l. 21.	Pro	239	lege	215, ed. altera.
p.	55.	l. 8.	-	tuertium	-	tuentium.
p.	61.	l. 5.	-	185—186	-	180—182.
p.	72.	l. 7.	-	ὥς τε	-	ὥςτε.
p.	94.	l. 22.	-	Oπερ	-	Ὅπερ.
p.	161.	Ita legendum pro: p. 611.				
p.	212.	l. 21.	Pro	ἠ	lege	ἢ
p.	-	l. 30.	-	ἓτερον	-	ἕτερον.
p.	216.	l. 21.	-	puippe	-	quippe.
p.	218.	l. 20.	-	ωςπερ	-	ὥςπερ.
p.	222.	l. 35.	-	semicolon	pone	comma.
p.	228.	l. 2.	-	ἒλλέβορος	lege	ἐλλέβορος.
p.	-	l. 9.	-	ἤν	-	ἦν
p.	230.	l. 28.	-	κατα	-	κατά.
p.	237.	l. 12.	-	incipit ́	-	incipi.
p.	-	l. 16.	-	φυσει	-	φύσει.
p.	238.	l. 10.	-	ἄν	-	ἂν.
p.	243.	l. 10.	-	ὔοτ’	-	οὔτ’
p.	280.	l. 28.	-	eenset	-	censet.
p.	282.	l. 7.	Post Aristotele dele comma.			
p.	305.	l. 17.	Pro	τευ	lege	τοῦ.
p.	311.	l. 1.	-	ηθους	-	ἤθους.
p.	324.	l. 14.	-	διά	-	διὰ.
p.	333.	l. 8.	-	αυται	-	αὗται.

Berolini, typis Caroli Schultze.